



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:


- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



Rw 263







GERHARDI COCCEII. J. C.

S. Cæs. Palat. Comit. & in  
inclyta GRONINGÆ & OM-  
LANDIÆ Academia Antecessoris,

*A. D.*

Tit. Pandectarum,

DE ORIGINE JURIS  
& OMNIUM MAGISTRA-  
TUUM, & SUCCESSIONE  
PRUDENTIUM,

L. PRINCEPS. 31. de LL

Tit. Pandectar. DE CONSTI-  
TUTIONIBUS PRINCIPUM,

*Commentariis*


Historici, Politici, Iuridici.



GRONINGÆ

Typis FRANCISCI BRONKHORSTII  
Civitatis Groningæ, Ord. Typ. ANNO 1669





*Celssissimo Principi ac Domino,*  
Dn. ENNONI-LUDOVICO,  
Principi Frisizæ orientalis, Do-  
mino in Oesens / Steedesdorff  
& Wilmund. &c.

*Domino meo benignissimo.*



*Apienter admodum, Cel-*  
*ssimè Princeps, ac ve-*  
*rissimè dictum inter anti-*  
*quissimos rerum bonarum*  
*& salutarium magistros, justitiæ cau-*  
*sa reges constitutos esse. Quod qui-*  
*dem non de Regibus duntaxat, sed*  
*de cunctarum, quæ uspiam sunt, re-*  
*vum publicorum gubernatoribus accipi-*  
*endum. Nulla siquidem respublica est,*  
*quàm non justitia contineat, nulla,*  
*quàm non injustitia corumpat ac san-*  
*dem perdat. Sphæra verò justitiæ, ad*  
*quàm dirigit ducitque, cujusque vi-*  
*gorem servat ac tuetur sublimè regem*  
*tium*



## D E D I C A T I O .

tium munus ; tam ampla est , ut omne hominis officium, cum primis in supremum cæli solique moderatorem Deum (minuta enim dudum illorum opinio est , qui religionis ac factorum constitutionem à Principum , quique passim politiis præsumunt , potestate eximendam arbitrantur ; imò & illorum, qui potius politicæ ministram religionem , quàm hujus cultusque Divini ministram politicam , cuius utique scopus genuinus & finis ultimus timor ac veneratio Numinis , bonique hominum summi adeptio est , faciendam sentiunt) tum in cives, & homines quoslibet , etiam in se ipsum , ipsamque rempublicam, comprehendat. Quo fit, ut cunctæ virtutes reliquæ Justitiæ servire & quodammodo famulari intelligentur. Consonat pulcherrimum illud Justiniani elogium, quo justitiam ornat. Una omnium , ait (in pr. Nov. 69. verbis. purioris interpretis) perfectissima

## D E D I C A T I O .

0-  
 16-  
 27M  
 17M  
 17M  
 166  
 15-  
 19  
 20-  
 25  
 0-  
 16  
 20-  
 21  
 -  
 1  
 1  
 1  
 1  
 1  
 1

ctissima inter homines virtus censen-  
 da est, quæ jus suum cuique tribuit,  
 & ex re ipsa nomen trahit, appella-  
 turque justitia. Nisi enim cæteras  
 omnes virtutes hujus bona comiten-  
 tur, fieri non potest, ut rectè ali-  
 quid geratur & ex officio. Inde adedò  
 neque fortitudinem justitiæ non con-  
 junctam laudabimus, quamvis pà-  
 tria lingua robur & virilitatem so-  
 lummodò, quæ in armis consistit,  
 virtutem nominet. cui si quis justiti-  
 am detrahat, improbitatis duntaxat,  
 non etiam boni alicujus ansam præ-  
 biturus sit. *Hæc Imperator noster*  
*egregiè. Porro cum ad hoc justitia com-*  
*parata sit, ut secundum agendi regu-*  
*las cum animi promptitudine vivatur ac*  
*statuatur, ac jus cuique suum tribua-*  
*tur; cum, inquam, ad jus, siue il-*  
*lud in rectæ rationis dictato consistat,*  
*siue à voluntate huic non adversaria,*  
*diserta, tacita, profiscatur, justitiæ*

## D E D I C A T I O .

*tota pertineat ratio : manifestum est, ipsa  
 revera illud esse, quod flagitet hominum  
 societas, quò spectet regentium functio,  
 in quo vincula sint, quibus colligata ar-  
 teque devincta conservetur statu suo res-  
 publica. Concurrit igitur cum jure officii  
 rectorum; qui nempe regunt rem-  
 publicam, eam potestate sibi tradita  
 omnique diligentia ac fide dirigunt,  
 tuentur, factamque ac tectam præ-  
 stant. Instrumentum est potestatis quo id  
 præstant, regula, (quæ aut lex est, aut  
 legem imitatur) jus quodque exhi-  
 bens; ad cujus exercitium & in cum-  
 ctas reip. partes distributionem facti  
 rectores, & qui ab his pendent, quo-  
 rumque illi gnava & solerti que opera utun-  
 tur, cæteri magistratus.*

*Sufficerent justitiæ hæc duo, in-  
 strumentum istud commemoratum, &  
 quibus illud cum potestate tractandum  
 commissum est; nisi instrumento ipsi  
 vitium aliquod ordinarium & quasi  
 natu-*

## DEDICATIO

*naturale inesset, sagaci dispectione ac prudentiâ corrigendum; nisi quoque vel ex temporum ingenio, mutationibusque, quibus & hominum societas universim, & civium ordines, & singuli civium facile corripuntur, & aliis quibusdam eventibus, leges moresque nutare compertum esset; denique nisi & formarum ac specierum quotidie occurrentium varietas & difficultas, facilisque hominum in his aberratio & lapsus, artem illam celebratissimam æqui ac boni, cujus artifices jurisperiti, jurisprudentes, jurisconsulti appellantur, desiderasset. Hos probandi ad legem naturæ, sempiternam illam, & quæ neque tolli neque abrogari potest, (ut rectè ait Tullius) jus inter homines constitutum receptumque quodlibet; & velut affricatione ad lapidem Lydium bonitatem cujusque explorandi, hos interpretandi, supplendi, declarandi, aptandi juris ad rem oblatam*

## DEDICATIO.

ejusque circumstantias, hos respondendi de jure, consulendique magistros, ut alia quævis bene constituta respublica, sic præcipuè Romana, magni semper fecit, in dignitatibus posuit, summisque honoribus auxit. unde & juris conditorum & legillatorum (quasi in consortium vovmoderiac adsciti fuissent) amplissimo nomine ab ipsis Principibus insigniti leguntur.

Apparet, ni fallor, ex dictis, quid causæ Imperatori nostro fuerit, quod, postquam laudatissimo ac tanto culmine dignissimo conatu confusam à multa ætate Romanam jurisprudentiam ad ordinem convenientem redigere satagens, initio à constitutionum Principum collectione facta (quam sexto anno post Codex repetitæ prælectionis insecutus est) curaque inde ad veterum prudentum de jure relictos commentarios conversâ, ex duobus penè millibus librorum, operâ Triboniani sui, &  
ab

## D E D I C A T I O.

*ab hoc selectorum laboris consortium, opus jurisprudentiæ pulcherrimum extrui, & justitiæ, quasi proprium & sanctissimum templum, consecrari jussisset, in frontispicio hujus templi, cui Digestorum, seu Pandectarum nomen indidit, post inscriptionem de justitia & jure, tabellam istam, velut picturam antiquitatis, De origine juris, & omnium magistratuum, & successione prudentium, suspendi voluerit. Nempe id egit, ut cuique hoc templum ingredienti, & inclytæ rei publicæ veteris ordo conspicuus, & quo processu jus omne, quo illa hætenus fuisset usa, quibusque occasionibus & auctoribus exstitisset, denique dignitas, & quasi imagines eorum jurisprudentiæ antistitum, qui ante Principes, & sub horum primis, cum auctoritate Imperatoriæ responsa Jurisconsultorum ornata ac firmata essent, claruerant, ob oculos essent.*

## DEDICATIO.

*Pictura hæc, ut optima instituto fuit apposita, ita exactissimum artificem, quam excellentis Iureconsulti, ex consilio Alexandri Severi Augusti, nomen illustre præferat, Apellem aliquem historicum auctorem non habuit; aliique præterea quidam nævi, laudem illius quadantenus imminuerunt. quo factum, ut peritorum non tantum illustrationem evolutionemque rerum depictarum paulo pleniorum (qualis opera tabulis ac picturis res eximias compendio, & velut in lineamentis designantibus, nunquam non cum fructu adhibetur) sed & manum emendatricem flagitaret. In utroque jamdudum complurium eminentissimorum doctrinâ & antiquitatis cognitione virorum sedulitas occupata fuit. Horum exemplo, pulchritudine ac præstantia rerum, quibus representandis tabula hæc nostra constructa & proposita est, tum antiquitatis, quæ plena monito-*

*rum*

## DEDICATIO.

rum ac doctrinarum est, amore invitatus, & Ego studii mei partem aliquam huc non dubitavi conferre, ac præterea ob materiæ affinitatem, ipsoque in hoc commentario datam occasionem, in famosum illud caput, Princeps, de L.L. diatribam, item tituli Pandectarum de constitutionibus Principum, enarrationem adjungere; bona spe fretus, etiam in hoc meo quali quali labore repertum iri, tum quod studiosæ juventuti serviat erudiendæ, tum quod erudito lectori non improbetur.

Tuo verò, Celsissime Princeps, nomini Illustrissimo, quod dudum animo destinaveram, nunc exile hoc scriptum meum lubens meritoque humiliter dico & offero, qui non possum non agnoscere & profiteri propensionem, gratiosissimumque Celsitudinis Tuæ in me affectum, quo jam ante sex annos, cum primum, ex Amplissimo patrii Senatus Collegio, gravissimis de causis re-



## DEDICATIO.

nunciacione factâ, bona cum gratia dimissum, ad Aulam & consilia Tua vocare dignatus esses, ac deinceps toto istius meæ stationis tempore sum usus; imò quem, postquam ad curas veteres meas, quatuordecim annis, in rerum politicarum tractatione consumptis, intermissas, docendique juris ex cathedra provinciam, Divina sic jubente providentiâ; redeundum, & hujus, quæ me habet hætenus, inclytæ provincialis academiæ sacra adeunda fuere, sum expertus. Hujus, cunctorumque quibus Celsitudo Tua me luculenter affecit, beneficiorum, gratique pectoris, cui illorum nunquam oblitterabitur memoria, publicum hoc depono testimonium. Id ut serena fronte accipias, meque deinceps favore pristino benigniter complectaris, etiam atque etiam devotè rogo; simulque Deum veneror, ut Celsitudinem Tuam vitâ & valetudine; cunctam Illustrissimam domum

## DEDICATIO.

*mum tuam & prosperitate perpetuoque  
flore ; denique totam Orientalem Fri-  
siam , cum ditionibus annexis, pace  
non interruptâ, bonorumque affluentis co-  
piâ beet. Dab. Groningæ d. 20. Ianuarii.  
anni Servatoris nostri 1660.*

**CELSITUD. TUÆ.**  
ad cultum devotum & ob-  
sequia humillima addictis.  
simus

**G. COCCEJUS.**

In commentarium tit. *De Orig.*  
*juris &c.* Præfatio ad Lecto-  
rem benevolum.

**N**on dubitavi tandem in lu-  
cem prodere & publici ju-  
ris facere commentarium  
à me ante annos aliquot non  
perfunctoriè, sed cum studio ac di-  
ligentia concinnatum in titulum Pan-  
dectarum Iustinianicarum, *de origine*  
*juris, & omnium magistratuum, &*  
*successione prudentium.* Fateor, tot  
jamvirorum excellentium operas illuc  
antehac collatas esse, ut frustra vi-  
deri possim tale quid tentasse. Ex-  
stant scilicet Cagholi, Zafii, Garro-  
nis, Vaccæ, Corasii, Mureti, Bu-  
dæi, Balduini, Cujacii, Venturæ  
Cæci, Gotofredi, Bachovii (& nec-  
dum omnes enumero) in titulum  
istum enarrationes; notæ, disserta-  
tiones. quibus quis non credat com-  
pre-

## PRÆFATIO.

prehensum esse, quicquid in rem illam, de qua agit, dici queat? cui non illustria horum Auctorum nomina id persuadeant? Cæterum, uti nemo illorum quos memoravi, vel qui alii æquè magni viri in hoc idem horas suas impendere non dubitarunt, sibi ex eo, quod alii ante se locuti de re eadem fuerant, silentium injunctum putavit, sed quilibet etiam ultra id quod cæteri olim in medium attulissent, se quicquam cum fructu & ad palatum doctorum commodumque juventutis afferre posse confisus est; ita & mihi, spero, nemo vitio vertet, aut me *noctuas Athenas*, quod in diverbio est, *mississe* existimabit, quod meum hunc commentariolum, (h. est, quicquid ad materiam hujus tituli pertinens ex historicis, bonisque auctoribus collegeram, junctis meditationibus & considerationibus propriis ita comparatis,

## P R Æ F A T I O.

ratis, ut, me non in alieno habitare cerebro, sed, quod secundum animi sententiam esset, quodque veritati, licet fortè non aliorum visionibus ac placitis, consentaneum deprehendissem, id potissimum, imò unice juventuti studiosæ commendabile censere, facile intelligeretur) extrudere in publicum, & tantis Nominibus subjicere voluerim. Veneranda sanè atque illibati honoris manent nobis illa Nomina; magnæque cuilibet istorum virorum debentur gratiæ, quòd glaciem fregerint, quodque totres præclaras studiosè & cum industria comportatas nobis tradiderint. At abjecti tamen hominis est, *ullius jurare in verba magistri*, iudicioque proprio & libertati renunciare. Præterquam quòd vix ulla materia tam sterilis reperiatur, quin plurimorum admittat laborem, & post cogitata plurimorum ad huc  
plura

## PRÆFATIO.

plura eruenda & enucleanda præbeat sequentibus.

Porro materia, quam tractamus, pulcherrima ac utilissima est; quo sensu Interpretes caput secundum hujus Tituli *præclarum, nobilissimum, pulcherrimum*, vocare solent, quod nihilominus quoad formam, ipsamque, quæ Pomponio tribuitur, texturam, multa deturpant. Cùm enim jus illud, in quo interpretando occupamur, Iustinianicum, ex tam variis partibus, juriumque speciebus, quæ in veteri Romana Republica sensim exstiterunt, compositum, indeque tot antiquitatis formæ, ut sic loquar, figuræque passim toto jure nostro contineantur ac obviæ sint, quid utilius juventuti, quàm illas pernosse, eoque, ut hanc notitiam consequantur, eas fideliter & quàm dilucidissimè repræsentari? Quid præstabilius, quàm compendio pervidere totam vetusta-

## P R Æ F A T I O .

sem, seriem omnium magistratum, rationem regiminis jnrūque majestatis à primis usque ad extrema tempora, instituta varia ad reip. administrationem pertinentia, admirandas conversiones, earumque causas, denique innumera, quæ exhibuit potentissima Respublica, sapientiæ, prudentiæ, fortitudinis, gravitatis, constantiæ, fidei, justitiæ, temperantiæ, cunctarumque virtutum, neque minùs crudelitatis, profanitatis, superbiæ, perfidiæ, ambitionis, pertinaciæ, ambitus, iniquitatis, luxus, exempla, horumque omnium tum felicia, tum infauſta, & vindictam Numinis monstrantia consecraria? In quibus quasi schola est prudentiæ politicæ & omnis vitæ. Accedunt virorum qui juris scientiam intra septingentos annos circiter professi sunt, summorum, custodum conditorumque legum & juris, justitiæ & æquitatis antisti-

## PRÆFATIO.

tistitum, eorum qui juri dicundo judicandoque præerant, magistrorum ducumque, civitatis oraculorum, elogia; ubi rursus & quod mireris, & quod venereris, & quod imitandum tibi sumas, abundè obvium est. In omnibus autem istis versari, cordato cuique, & quibus non in tenuibus ac vilioribus rebus consistere, sed ad culmen eruditionis, quantum possint, adscendere animus est, oppidò delectabile jucundissimumque videri non dubito. Porro revidimus, consilio publicandi capto, commentarium huncce nostrum, & passim quædam adjecimus. Tu, quisquis es, lector, operam nostram æqui bonique consule & gratam habe. *Vale.*



**Commissorum & omissorum**  
 quorundam restitutio commendatur ante omnia Lectori benevolo, cætera quoque non annotata sponte sua facile agnituro & emendaturo.

Pag. 15. lin. 17. pro, And. l. *Alex.* P. 19. 7. pro hisce, l. *Ad morem illorum congregato populo.* P. 26. 7. l. *diff.* P. 39. 23. l. *Priscus.* P. 45. 9. l. 3. *polit.* c. 12. P. 96. in f. adde: *perlatâ tamen anno demum sequenti, ut iam supra dictum. v. & Liv lib. 2 c. 36. & 17. P. 117. 14. l. paulum. 15. l. quandoquidem. P. 126. 7. l. devinxit. P. 193. 3. l. finito. P. 216. 18. l. qua ferè pratoris. 19. dele, dicta. P. 266. 7. l. vim aqns. P. 269. 19. pro. pone, P. 285. 23. dele, O. 24. l. *οὐκ ἔδικτα* P. 296. 6. l. *hoc.* P. 345. 22. dele, *provinciales.* P. 350. 6. l. *Cof.* P. 354. 7: & 10. dele, *provinciales.* P. 356. 2. l. *fuso* P. 394. 12. adde: *Idem Consul fuit cum Publ. Sulpicio Saverriane, ut supra dictum ad S. 6. sub f. P. 442. 15. l. Maximorum cognomen reperiri. P. 450. 1. l. principibus. P. 457. 17. l. dissidia, sed quòd hi. P. 458. 7. l. *Auxere.* P. 462. 26. pro, *Sanè,* & eis quæ sequuntur usque ad finem si pone: *nisi forte Syllam & C. Iulium Casarem, generaliori sensu accepto vocabulo Principum, intellexeris.* P. 443. 27. l. *Doctoris,* imò. P. 472. pen. l. *aliud.* P. 490. 7. ante *subinde* inferere *imò & plurimum imperiam.* P. 514. 21. dele, 1. lin. 32. pone in principio, 1. P. 536. 16. l. *lib. 2. P. 553. pen. l. orationes.***







THE UNIVERSITY OF CHICAGO



TITULUS PANDECTARUM  
LIBRI PRIMI SECUNDUS,

D E

O R I G I N E J U R I S ,  
E T O M N I U M M A G I S T R A -  
T U R U M , E T S U C C E S S I O N E  
P R V D E N T I U M .



Notus hic titulus historicus est, & nihil planè habet in vim juris recepti vel constituti propositum; ut frustra sint, qui certas leges ( de officio causidici, quòd modicè debeat præfari; de juris interprete, quòd originem juris & processum, magistratum nomina, & successionem jurisprudentium demonstrare ipsum oporteat; quòd idem verbosior non debeat esse; quòd juris interpretatio necessaria habenda sit; quòd, qui studiorum suorum fiduciam habeant, publica auctoritate & interpretari & respondere debeant. Baro manual. lib. 1. sub init. ) hinc forment: Neque Gajus, aut Pomponius, quibus capita duo hujus tituli

A

tituli tribuuntur, istic de jure responderunt, neque Justiniano quicquam illic constituere in mentem venit; sed illustrandæ suæ jurisprudentiæ, quam in *Pandectis*, pulcherrimo isto suo (ut vocat in *constitutione*, Deo auctore. §. 5. C. de vet. jure enucl.) opere, & quasi proprio & sanctissimo justitiæ templo, satagebat exhibere, referre antiquitatem voluit. Secundum hoc & multo minus duo ista, in quæ tribuitur titulus, capita, *leges* cum vulgo appellanda sunt, quam alterius alicujus titulorum, qui in *Pandectis* comparent, particulæ; quas minus accuratè *leges* nuncupari, pridem à doctis quibusdam annotatum est; quamvis omnino Justinianus ea, quæ & Institutionum suarum libris, & *Pandectis* comprehensa sint, *legum vim habere* jusserit, *legesque suas* vocaverit. *Constit. Tanta circa nos*. §. 12. 13. 14. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 24. respectu scilicet eorum quæ pro jure deinceps observando illic proposita sunt.

I. *Gajus* libro primo ad legem duodecim tabularum.

**F**ACTURUS legum vetustarum interpretationem, necessariò prius ab urbis initiis repetendum existima-  
vi: non quia velim verbosos com-  
menta-

mentarios facere, sed quòd in omnibus rebus animadverto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret. Et certè cujusque rei potissima pars principium est. Deinde si in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta, judici rem exponere, quanto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omissis initiis, atque origine non repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare? namque, nisi fallor, istæ præfationes & libentiùs nos ad lectionem propositæ materiæ producunt, & cùm ibi venerimùs, evidentiozem præstant intellectum.

*Facturus*) Mutuatur Tribonianus præmium à Gajo, quo is usus est ingrediens commentationem suam ad L. 12. tab.

*Ab Urbis initiis*) Principium memorare vult Gajus rei, de qua acturus est. Acturus a. erat de LL. 12. Tabb. Earum principium



exponere sibi videtur, si & statum urbis pristinum, & quæ forma juris in eo fuerit, quibusque occasionibus eo demum deventum sit, ut leges istæ 12. tabb. conficerentur, exponat.

*Id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret.*] *Perfectum* dicit pro toto, cui ex partibus suis nihil deest.

*Cujusque rei potissima pars principium.*] Μέγιστον ἀρχὴ πάντος Aristot. in repreh. sophist. sic & illud in diverbio est, ἀρχὴ δέλοι ἡμισυ πάντος. unde Horat. 1. epist. 2. *Dimidium facti, qui caput, habet; sapere aude.* Imò plus in principio rei, quam in dimidio totius ponunt & Plato lib. 6. de LL. (quem locum refert Erasmi. Chiliad. 1. cent. 2. adag. 39.) & Aristot. ethic. Nic. lib. 1 c. 7. inf. δοκεῖ ἐν πλείον ἢ τὸ ἡμισυ τῆς πάντος εἶναι ἢ ἀρχὴν, καὶ πολλὰ ἐμφανῆ γίνεσθαι δι' αὐτῆς τῶν ζητούμενων; Potissima sanè cujusque rei pars principium est, quia prima est, & quia causa cæterarum, cum abique initio nihil sit reliquum. Sed & gravissimum ac difficillimum est cujusque operis initium, quo semel rectè constituto, facilius deinde reliqua subsequuntur.

*Causas aicentibus nefas*) Ita honoris & modestiæ & benevolentæ captandæ causâ in foro Romano factitatum. At in Areopago aliter, ubi

ubi edicebatur μήτε προοιμιάζεισθε, μήτε  
 επιλέγειν. Neque prologo, neque epilogo  
 illic erat opus, sed nudæ, nec involutæ rei nar-  
 rationi. ἀνευ προοιμίας κ̄ παύσε, sine pro-  
 oemio & affectu, seu verbis ad ciendos affectus  
 compositis. Integerrimum n. volebant Athe-  
 nienses illud iudicium, & incorruptum, quo  
 de rebus capitalibus & gravissimis agebatur.  
 Unde & noctu in tenebris dicunt confedisse  
 iudices Areopagitas, ut non in dicentes, sed  
 in ea quæ dicerentur, defigerent oculos. Lucian.  
*in Hermotimo, sive de Sectis.* Erasm. *in adag.*  
*Chiliad. 1. Cent. 9. ad. 41.*

Illotis manibus ) χειρὸν ἀνέπλοισ, vel  
 χεῖρας ἀνέπλοισ, Hesiod. *in oper. & dieb.*  
 pro eo, quod est irreverenter, & imparatè.  
*Vid. Erasm. adag. 55. d. cent. 9.* Eiusdem sen-  
 tentiæ proverbium est, *illotis pedibus*, Gell.  
*lib. 1. Noct. cap. 9.* Nunc autem isti, qui repente pe-  
 dibus illotis ad Philosophos divertunt. Macro-  
 b. 1. Saturn. Copiam rerum in Virgilio pedibus illo-  
 tis prætereunt. ἀνέπλοισ ποσὶν, Lucian. *vid.*  
*Bud. in Annotation. hic.* Convenienter sermonis  
 generi, quo utuntur Auctores, vel istam, vel  
 illam usurpant formulam. *Tractare* satagebat  
 Cælius, ergo dicit de *manibus*, nam manu rem  
 tractare solemus. Gellius & Macrobius de di-  
 vertendo & prætereundo loquuntur, quod fit  
*pedibus.*

*Lubentius producunt* ) pro *lubentiores deducunt*.

2. *Pomponius* libro singulari  
Enchiridii.

**N**ecessarium itaque nobis videtur, Nipsius juris originem atque processum demonstrare.

*Pomponius* ] Huic Jcto tribuitur hoc caput à Triboniano. an rectè & verè, dubitare licet, saltem propter errores evidentes & ἀνιστορίας, quæ occurrit; cùm ignorantiam istiusmodi rerum Reip. suæ, in virum eximium, in consilio Principis consistentem, non cadere existimandum sit. Et tamen totus contextus, ut non refert stylum Pomponii, vel alterius alicujus veterum Jctorum, ita nec planè sapit stylum Triboniani. Nimis gravis ac dura est censura Hotomanni in Antitriboniano suo (libello, qui non reperitur inter opera ipsius, Gallica linguâ conscripto anno 1567. ac primùm post authoris obitum Anno 1603. edito; Anno 1647. à viro quodam eximio Latino facto) c. 12. ubi legem hanc secundam *nihil nisi fabulas & deliria Triboniani esse* dicit. Multum sanè veri, multumque rerum memorandarum habet, quisquis etiam auctor sit. Nos in gratiam Triboniani & sociorum, *salva veritate*, credimus auctorem Pomponium.

Fuit

Fuit autem Pomponius, unâ cum Fabio Sabino, Sabini filio, Domitio Ulpiano, Ælio Gordiano, Gordiani Imperatoris Patre, Julio Paulo, Claudio Venato, Alpheno, Africano, Florentino, Martiano, Callistrato, Hermogene, Venulejo, Triphonio, Metiano, Celso, Proculo, Modestino, omnibus his discipulis Papiniani, Mario Maximo, Catilio Severo, Ælio Sereniano, Quintilio Marcello, aliisque viris doctissimis, prudentissimis, optimis, in consilio Alexandri Severi Mammææ filii, Imperatoris laudatissimi, teste Lampridio in *Alex. ad fin.*

*Necessarium*) Tripertitum est caput. Primo n. de origine & processu juris agit; tum de magistratibus Reip. Romanæ; denique de successionem juris prudentium; prout & Rubrica de his tribus concepta est.

*Ipsius juris originem*) Ius hic significat totum juris Romani syntagma vel systema.

*Processum*) *Processus juris* vulgò significat ordinem formamque agendi experiendique iudicio, ordinem judicarium. Hic *successionem* omnium juris partium notat.

## PARS I. DE ORIGINE IVRIS.

I. Et quidem initio civitatis nostræ populus sine lege certa, sine jure certo, primùm agere instituit: omniaque

omniaque manu à Regibus gubernabantur.

*Initio populus sine lege certa*) Justinus principio historiarum suarum ita de regibus nationum promiscuè : *Populus nullis legibus tenebatur : arbitria Principum pro legibus erant.* Et Romanus populus initio eadem sorte usus est.

*Manu à Regibus*, ) *Manu*, h. est, arbitrio suo secundum potestatem suam. *Manus* potestatem significat. Vulgata exemplaria habent, *manu Regis*. At ista Florentina utique proba est, neque meretur hic minus probari quam altera, ut quidam faciunt.

Tacit. lib. 3. *Annal.* Nobis Romulus, ait, ut *libitum*, imperitaverat. Et Dionys. Halicarnass. lib. 10. in princ. *Quamdiu regnatum est in urbe, Regum arbitrio lites dirimebantur, quod tunc erat pro legibus.*

Non tamen existimandum est, nullas planè vel à Romulo, vel à cæteris Regibus leges latas fuisse; Sed fuere illarum arbitrio & voluntati Regum nimis obnoxiarum, ut facilè mutarentur; & fuere pauciores, quam ut dirigendæ secundum illas Reip. & causis multis sufficerent.

De legibus Regum vel sub Regibus latis illicò. Legis etiam alicujus Regiæ ejusmodi  
mentio

nentio est in l. 2. de mortuo inferendo.

2. Postea, aucta ad aliquem modum civitate, ipsum Romulum traditur populum in triginta partes divisisse, quas partes CURIAS appellavit, propterea quod tunc Republicæ curam per sententias partium earum expediebat. Et ita LEGES quasdam & ipse CURIATAS ad populum tulit. Tulerunt & sequentes reges, quæ omnes conscriptæ exstant in libro Sexti Papirii, qui fuit illis temporibus, quibus Superbus Demarati Corinthii filius, ex principalibus vitris. Is liber, ut diximus, appellatur Jus civile Papirianum, non quia Papirius de suo quicquam ibi adjecit, sed quod leges sine ordine latis in unum composuit.

*Aucta ad aliquem modum civitate* ) Aucta  
A 5. Civitas

Civitas non tantùm ex asylo à Romulo constituto , sed potissimùm ex Ceninensibus , Antemnatis , Crustumis , post raptum Virginam in ludis Consualibus , devictis , facta etiam interventu raptarum pace cum Sabinis , omnibus hisce in civitatem receptis.

Decedens Romulus , loco 3000. peditum & 300. equitum circiter , qui cum ipso Romam condiderant coloni , reliquisse dicitur 46000. peditum , & 1000. equites circiter. *Dionys. Halicarnass.* At Servii Tullii , sexti Regis tempore , censa refert Livius 80000. civium , qui arma ferre possent , Dionysius 84700.

*Ipsam Romulam traditur divisisse* ) In 30. partes , quæ *curiæ* dictæ sint , tributum ait populum à Romulo. At primam divisionem in *tribus* tres , quarum singulæ continuerint decem curias , & quidem mox post urbem conditam & ædificiis instructam , à Romulo factam fuisse , narrat Dionys : *Halic. lib. 2.* Livius , post confectum demum bellum Sabinum tres equitum centurias , & 30. curias à Romulo factas , & à mulieribus Sabinis raptis denominatas , ac *tribus* demum à Servio Tullio institutas , vult *lib. 1. cap. 13.* Plutarch. autem *tribus* quidem tres ( Rhamnensium , Tatiensium , & Lucerum ) itemque & 30. curias , at non nisi post civitatem Sabinis datam , designatas dicit , neque curias à Sabinis mulieribus nominatas esse. Fuerunt

Fuerunt igitur 30. curiæ, eæque partes tribuum, primis quidem temporibus. At postquam *tribus* locorum regionumque nomina facta sunt (ut mox dicetur) triginta quidem curiæ manserunt, at non partes tribuum. Tribuum numerus auctus; Curiarum mansit. Curiæ tantum in urbe, eoque qui in tribus relati, non illico in curias relati fuerunt. Cuique curiæ sua sacra erant, quorum communio non aliorum erat, quam qui intra urbem domicilium habentes in curias descripti erant. Sigon. de Antiq. j. Civ. R. lib. 1. cap. 3. sub fin.

Ascon. Ped. in Verr. 3. ita de tribubus: Principio, inquit, tres fuerunt. Tatiensis una, à Tatio Rege, Rhamnes altera, à Romulo, Lucrees tertia, à Lucumone, sive Lucretino, sive à Luco, quem asylum vocaverat Romulus. post de nominibus Sabinarum plures factæ, quibus precatricibus parentum bellum maritorumque finitum est. Vide plenius de hac re differentem Sigon. lib. 1. De Antiq. jur. Civ. Roman. c. 3.

Curias appellavit propterea quod &c.) Curie vocabulum à cura deducit. Sic Varro de ling. latin. lib. 5. Curia, inquit, ubi Senatus Remp. curat. illa etiam curia dicitur, ubi cura sacrorum publica. Et Varronem lib. 2. de vita pop. Rom. citans Non. Marcellus itaque, ait propter curam locus quoque quo suam quisque domum senator confert, curiam appellat. Et Varro item lib. 4. de ling. latin. Curie, ait; duorum generum.



nam & ubi curarent sacerdotes res divinas, ut curiæ veteres, & Senatus humanas, ut curia Hostilia, quam primus edificavit Hostilius Rex. Item Festus lib. 3. Curia, inquit, locus est, ubi publicas curas gerebant. Calabria curia dicebatur, ubi tantum ratio sacrorum gerebatur. Curia etiam nominantur, in quibus uniuscujusque parti: populi Rom. quid geritur, quales sunt hæc, in quas populum Romulus distribuit, numero triginta. Est autem, ut benè Sigonius d. loco, Curia significatio triplex, nam & locum significat, & certum quendam civium, qui inde curiales dicti sunt, & jus quo curiales ipsi donati sunt. Media est hujus loci. Rectè verò Author noster, tunc ait reip. curam per sententias partium earum Romulum expedivisse, quia, quoties leges condendæ viderentur, vel magistratus creandi, vel de bello aut pace statuendum, populus à Rege curiatim convocatus fuit.

Et ita leges quasdam tulit ) Tulisse leges dicitur ad populum. Nempe legum constituendarum auctoritas erat populi; ferebant leges, qui rogabant populum, uti, quicquid referebatur ad populum jubendum sciscendumque, rogatione fiebat. Gell. lib. 10. c. 20.

Legislator is erat, qui ferebat, rogabatve. Hodie legislatorem abusivè vocamus, qui suo jure legem constituit ac sancit. Rogandi populum formula erat: *Velitis: jubeatis, Quirites.*

rites. Cic. *pro domo*. 44. *de* 80. Gell. 5. *cap.* 19. Sed & ipsæ rogationes *ferri* dicebantur, ut ex compluribus locis Tullianis constat. V. de *prisca* II. *scribendarum*, *promulgandarum*, *rogandarum* apud Romanos ratione, post alios Rosin. *Antiquitat.* lib. 8. c. 2.

*Leges Curiatas* ) *Leges curiatae*, ut *leges centuriatae*, illæ, quo comitiis curiatis, populo curiatim congregato & suffragia ferente, hæ quæ centuriatis, populo secundum centurias classium suffragante, jussæ, dicuntur Ciceroni 2. *cont. Rull.* 26. *epist. ad fam. lib.* 1. *epist.* 9. *sub fin.* & passim alibi. *Tributam legem* neque Ciceroni, neque cuiquam alii unquam appellatam, sed pro *tributa lege plebiscitum* dixisse, contra Nic. Grucchium contendit Sigon. de *ant. j. prov. lib.* 3. c. 1. quanquam fanè causa non videatur negandi, rectè dici & *legem tributam*, cum & comitiis tributis totus quædoque populus convenerit ac suffragia tulerit, non tantum plebs, eoque verum prorsus non sit, jussæ illorum comitorum *plebiscita* vocata fuisse. denique etsi sola plebs illis comitiis scivisset, attamen & *plebiscita* nomen *legum* habuisse constat, de quo post. Et superstitiosum omninò videtur, propterea negare id rectè dici, quòd apud Tullium aliumve scriptorem non occurrit, qui nihilominus & *curiatam*, & *centuriatam legem*, & *plebiscita leges* appellare non dubitarunt. Primæ utique *cu-*  
*riatae*

*riata* leges tantum fuere, post, institutis à Servio centuriis, *centuriata*.

De comitiis veterum Romanorum (quorum & in jure nostro aliqua mentio est) aliquid dicendum breviter. Fuerunt illa vel *Curiata*, vel *Centuriata* vel *tributa*. De omnibus istis ita Gellius *lib. 15. cap. 27.* ex libro Lælii Felicis ad Q. Mutium primo: *cum ex generibus omnium suffragium feratur, curiata comitia esse; cum ex censu & etate, centuriata, cum ex regionibus & locis tributa.*

Primum tantum fuere *Curiata* comitia, post curias sc. à Romulo institutas; ac omnia quæ suffragiis populi à Regibus quinque primis commissa, Curiatis Comitiis peracta fuerunt. Deinde Servius Tullius Anno 188. *Censum* populi instituit, eumque in *Classes sex* (quarum tamen ultimæ, *proletariorum & capite censorum*, non magna ratio habita, unde ferè quinque tantum classium apud Auctores mentio est) distribuit, Classes denique in 193. centurias divisit. Primæ quidem, eorum quorum census erat non infra 100. minas seu 10000. drachmas (hodie, ut computant, sunt 1000. coronati, scutati, Philippei, ducatores) 98. fecit centurias, nempe 18. equitum & 80. peditum; secundæ, census non infra 75. minas, 22. centurias; tertiæ, census non infra 50. minas, 20 centurias; quartæ, census non infra 25. minas, 22. centurias; quintæ, census

centūs non infra 12. minas cum dimidia, 20. centurias. Sexta pro una centuria erat. Pro tribubus etiam tribus Romuleis γενικαῖς, quatuor ἰστικαῖς distinxit, Palatinam, Suburanam, Esquilinam & Collinam; ac neminem è sua regione in aliam migrare voluit; singulisque singulos præfides, qui ubi quisque habitaret, cognoscerent, præfecit. Hæque urbanæ Tribus fuere, quibus additæ 15. rusticæ, sic ut illò tempore 19. tribus essent. Tribuum à numero deinceps usque ad Annum V. C. 512. crevit, & factæ sunt tribus 35. qui numerus usque ad extrema Reip: tempora duravit. V. hac de re Halicar. lib. 4. & 7. Liv. lib. 1. cap. 43. Sigon. de Antiquo I. C. Rom. lib. 1. cap. 3. Rosin: Antiquitat: lib. 6. cap. 8. & 15. And. Scot in app: Latin. loc: verb. Tribus. Gudelev. in annotat: ad Liv. lib. 1.

Populo igitur in centurias diviso, cæpere centuriatæ comitia haberi, non tamen curiatæ comitiis planè abolitis. Nam & leges à L. Junio Bruto, ejectis Regibus, latas, omnes curiatas fuisse, constat ex Dionysii Halicarn: d. lib. 4. in fin. vid. & Grucch: de comit: lib. 3. cap. 2. in princ. Sed & plebeji magistratus usque ad legem Voleronis de tribunitiis comitiis habendis, ut pro Curiatæ tributa fierent, curiatæ comitiis creati fuerunt. Halicarnass; lib. 9. Liv. lib. 2. cap. 56. 57. 58. Denique & post, licet non usque aded frequentarentur, remanserunt tamen, teste

teste etiam Tullio *d. orat. 2. cont. Rull. 26.* Tributa comitia ex tempore judicii habiti de M. Coriolano, anno V. C. 263. quo primum inducta sunt, annotante Dionys. *d. lib. 7.* frequentari cæperunt.

Causæ habendorum *Curiatorum* Comitiorum primis temporibus fuere, uti jam dictum, illa omnia, de quibus populi suffragia requirebantur. & scitum, Romulum illicò tria illa populo reliquisse, *magistratum creationem, legum lationem, & jus pacis ac belli.*

Post *centurias* introductas, & *centuriata comitia*, usque ad dictam legem Voleronis, quæ tamen à Cornelio Lectorio demum perlata est anno U. C. 283. T. Quintio, App. Claudio Consulibus, duas tantum rogationes, unam *de Imperio* (quo pertinent illæ L. Junii Bruti, apud Halicarnass: *d. lib: 4. in fin.*) alteram *de adoptione*, curiatim perlatas, ait Sigon: *de ant. j. c. v. R. lib: 1. cap. 17.* cui tamen illicò subjicit, *plebejorum magistratum creationem per annos aliquot itidem curiatim factam fuisse.* Et hoc scilicet fuit, quod P. Volero mutatum voluit, C. Lectorius unâ cum collegis assentientibus, ut mutaretur, obtinuit. Nec dubitem, quin & cætera illa, quæ post leg. Voleronis curiatim expedita fuerint, etiam ante illam ad eadem comitia pertinuerint. Cæterum post partim *legum* quarundam, partim *sacerdotum* quorundam creandorum gratiâ, comitia curiata habita fuisse, quæque  
istæ

istæ leges, item qui sacerdotes fuerint, videre  
 est apud Rosin: *d: lib: 6. cap: 3. item lib. 3.  
 cap. 13.* Inter leges erat, quâ fiebant *adoptiones*,  
 hoc est, *arrogationes*. V. Gell: *5. d: c. 19.* Tac-  
 cit: *Histor: lib. 1. cap: 15. princ.* Item *testa-*  
*menta* (quæ calatis comitiis facta dicuntur Iusti-  
 niano in §. 1. *Inst. de testam: ordin: & antè*  
*Geilio lib: 15. d. c. 27.*) *curiatis* comitis tribuun-  
 tur à Rosino *d: c. 3.* & Vinn: *add: §. 1.* Ad  
*centuriata* refert Viglius in *d: §. 1.* cujus sen-  
 tentiam propterea crediderim veriore, quòd  
 in testamento per *æs & libram* quinque testes,  
 quasi *pro numero classium* (sexte n. ut jam moni-  
 tum, ferè habita non est ratio) ad *representan-*  
*dum populum*, fuerint adhibiti. Et *classicos testes*  
 dictos, qui signandis testamentis (testator nam-  
 quetabulas offerebat testibus, procul dubio si-  
 gnandas, *Ulpianus tit: 20. §. 8. v. Salmas. de subscr.*  
*testam: adv: Herald. c. 21. sub fin.*) adhibiti  
 fuerint, testis est Fest: *lib. 3.* Nec quicquam  
 movent rationes Vinnii pro *curiatis* adductæ.  
 nam neque incommodi quicquam in eo fuit,  
 quòd *centuriata* in campo Martio haberentur.  
 Fuit n. is locus, licet extra urbem, attamen  
 haud remotus, sed propè portam Flu-  
 mentanam. Onuphy: in *Vrb: Roma pag: 61.*  
*Rosin. lib. 6. c. 11.* Et quid absurdi, *Quirites*  
*intra urbem testari non potuisse, nisi in procinctu,*  
*magis, quam, Quirites extra Comitua testari non*  
*potuisse?* nec sequitur, *si Quirites post instituta*  
*comitia*

comitia centuriata non nisi illis comitiis testari potuerint, ergo ante illa instituta planè testari non potuisse, magis quàm, si magistratus majores centuriatis comitiis creati sint, quod testatur Gell. 13. c. 14. ergo ante illa instituta magistratus majores creati non potuisse. Porro calata comitia auctore Gellio 15. c. 27. fide Lælii Felicis, ea fuere dicta, quæ pro collegio Pontificum habita sunt aut regis sacrorum aut Flaminum inaugurandorum, aut detestationis sacrorum, aut testamentorum causâ. nomen tractum à calando, h. est convocando, Latinum factum ex Græco καλέω. unde & Calendæ dictæ. quod cum & ad omnia comitia pertinuerit, hæsit tandem in istis commemoratis Pontificum, qui tamen haud curiata & centuriata tantum, sed & tributa comitia habebant Pontificis maximi creandi causa. Liv. lib. 25. cap. 5. Sigon, de Ant. I. C. R. lib. 1. cap. 19. inf. Gruch. de comit. lib. 2. Aut an potius calata comitia dicta sunt, quæ vel per Liſtorem, ut curiata, vel per cornicinem, ut centuriata pontificum, convocarentur, opposita illis, quæ per edictum propositum intimari solerent, ut quæ à magistratibus majoribus habenda essent? V. Gell. 13. c. 14. In edicto Consulum, quo edicunt, quis dies comitiis centuriatis futurus sit. Et hoc verbis Gellii in d: c. 27. videtur esse convenientius.

Centuriatorum causæ fuere ex instituto Tullii,

ma-

*magistratum*, & quidem *majorum*, creatio, *legumlatio*, *belli indictio*, quibus accessit quarta, *judiciorum exercitio*. Sed & *testamenta*, ut modò dictum, his comitiis firmata videntur. *Gell.* 13. d. c. 14. *Sigon. de antiq. I. Civ. R.* : 1. c. 17. & *de ant.* : I. *prov. lib.* 3. *cap.* 1. & *de jud.* 3. *cap.* 5. *Rosin.* *lib.* 6. *cap.* 9. Sed & *lustrum* hisce fuit conditum à censoribus exemplo *Servii Tullii*, de quo *Liv.* : 1. c. 44.

*Tributorum* denique, *creatio minorum magistratum*, *sacerdotum* (folius quidem *Pontificis maximi* ante leg: *Domitiam*, post etiam eorum, quos antea collegæ sufficiebant) *constitutio legum* de pace & civitate danda, de legibus solvendo *latio*, omniumque illarum rerum, de quibus plebs rogabatur, & *de multis judicis*. *Gell.* : d. c. 14. *Sigon.* : d. c. 17. & d. c. 5. *Pigh. annal. ad annum* 649. §. *Legem*. *Rosin.* : d. *lib.* 6. *cap.* 16.

*Curiata* comitia habebantur *auspicatò* initio à *Regibus* & *interregibus*; post ejectos reges à *Consulibus*, *Prætoribus*, *Dictatoribus*, *interregibus* (nam & hi sub libera Rep. prodi more antiquo) item à *Pontificibus*. Locus eorum erat pars fori quæ *comitium* vocabatur; ubi & *Rostra*, suggestum ante curiam *Hostiliam* ex rostris navium *Antiatium* exstructum. *Liv.* 8. c. 14. *in f.* Suffragabantur in illis eives *Romani*, in curias descripti. Singulis curiis aderant singuli *lictores ministerii causâ*. *Rogatione factâ* populus



lus discedebat in curias; tum singulæ, una post aliam, forte vocatæ exhibant, suffragiumque ferebant. Quæ prima exierat, *Principium* vocabatur. Quod plures ex triginta curiis iusserant, id ratum erat. Postquam sedecim exissent eodem suffragio, plures non suffragabantur, sed comitiorum finis erat.

*Centuriata* comitia (*maximum comitiatum* vocabat Lex 12. tabb. De his Tull. lib. 3. de ll. sub f. *Descriptus*, inquit, *populas censu, ordinibus, etatibus, plus adhibet ad suffragium auxilii, quam fuisse in tribus convocatus.* Et orat: post redit. in Sen. 26. *centuriatis*, ait, *comitiis, quæ maximè majores justa dici haberique voluerunt.* *Mysterium* eorum luculenter exhibet *Halicarnass. lib. 4.*) habebantur *auspicatò* (Cicero pro Mil. 44. *Illæ augusta centuriarum auspicia.*) à magistratibus majoribus tantum, nempe à *Consulibus, Prætoribus, Censoribus, Dictatoribus, interregibus, Trib. milit. cons. potestate, & Decemviris leg. scribendis.* Habebant & *Pontifices* creandi Regis sacrificuli, testamentorumque firmandorum causâ. locus erat *campus Martius*. v. de hoc *Guidon, Pancir, in thes. var. lect. lib. 1. c. 54. Rosin. lib. 6. c. 11.* Suffragium in illis ferebant omnes cives, qui cum jure suffragii essent, sive in urbe, sive extra illam habitarent. Rogatione factâ jubebat is, qui comitia habebat, populum in suas centurias discedere, ad ferendum suffragia; idque fiebat, nisi ob-

obnunciatum, aut ab aliquo magistratu (juxta illud in ll. Ciceronis; *par majorve potestas plus valet*) intercessum esset. Tum olim quidem à tempore Servii Tullii, primi & centuriarum & centuriatorum comitiorum auctoris, primæ classis centuriæ, quæ erant 98. tribus centuriis superantes numerum cæterarum in quinque reliquis classibus centuriarum, vocabantur, eæque, si consentirent, res confecta erat. Sic refert Dionys. Halic. lib. 4. & 7. At post sub libera Republica, primùm omnibus centuriis in sortem coniectis, quæ primaeducta fuerit, *prærogativam* dictam, primum suffragium tulisse, tum reliquas, quæ *jure vocatæ* (quasi *non scite, sed ordinis sui jure*) dictæ fuerint, eoque quasi bina, *prærogativæ*, & *jure vocatarum*, comitia fuisse, docet Sigon. 3. *de ant. j. prov. c. 3.* Tum verò, tribus triginta quinque expletis, quæ fortiendi ratio, quæque tribuum ad centurias collatio fuerit in his comitiis (quam rem item locus unus apud Livium, *lib. 1. cap. 43. inf.* & alter apud Ascon. Ped. 2. *Verrin. obscurum faciunt magis quam illustrem*) apud interpretes, imprimis inter Sigon. & Gruchium, multa disputatio est. Ego, fuisse sortitionem centuriarum, centuriamque *prærogativam*, cujus suffragii non levis fuerit auctoritas; tum post sortitionem *prærogativæ*, ejusque editum suffragium, primam classem vocatam suffragatamque, tum classem secundam, didici ex  
Tullio

Tullio *pro C. Plane.* 49. (ubi tamen, cum de comitiis ædilitiis, adeoque tributis, non centuriatis, agat, non nisi ab auctoritate unius centuriæ, prærogativæ, in comit. centuriatis, argumentum est ad auctoritatem declaratæ ab universo populo voluntatis in comitiis illis tributis) & *Philip.* 2. 82. Reliquum omne, de quo alii aliter docent, in medio relinquo. Sed & hoc notabile est, quod *Dionys. dicto lib. 4.* postquam rationem centuriatorum comitiorum exposuerat, subjicit. *Is ordo reipublicæ, inquit vers. Latinâ, multis servatus est ætatibus. nostra verò tempestate per quorundam violentiam redactus est in magis plebejam speciem, non quod centuriæ non maneant, sed, quod à prisca illa sinceritate non nihil discesserint. quod mihi, cum sæpè comitiis interfuerim, perspectum est & cognitum.*

*Tributa comitia habebant tribuni plebis, tribunorum & ædilium plebis creandorum causâ; Consules, item tribuni militum consulari potestate, quæstoria; & ædilium curulium creandorum causâ Consules, item Dictatores; Consules item tribunorum militum in castris causâ; & Consules, Prætores, & tribuni plebis extraordinariorum magistratum causâ, iidemque legum & judiciorum causâ; & Pontifices Sacerdotum causâ. Sententiam dicebant tributis comitiis omnes cives Romani, quibus compete-  
tebat civitas Romana cum jure suffragii, non tan-*

tantum, qui intra urbem, sed & qui extra illam in Italia habitabant, non minus ac in centuriatis. Cum enim suffragii ferendi causa cunctos Italiae populos anno V. C. 667. in veteres 35. tribus coniectos esse scitum sit ex historia (qua de re pluribus ago ad l. 17. de statu hom.) fieri non potuit, quin istis comitiis aequè ac centuriatis, tulerint suffragia. Soli tamen plebeji magistratus comitia haec habituri, plebem solam, non etiam patricios, vocabant. Gell. d. c. 27. Caeteros magistratus itidem non nisi plebem vocasse, nemo nisi absurdissime dixerit. Ex quo patet, quod jam antea monui, verum simpliciter non esse, quod ait Sigon. lib. 3. de ant. I. prov. c. 1. legem tributis comitiis conditam *plebiscitum* dictum fuisse; neque illud, quod idem ait lib. 1. de ant. I. civ. R. c. 17. tributa comitia non verè comitia, sed *plebis concilium* dictum esse. Sed & illis ipsis, plebejis, h. e. ad quae patricii non vocabantur, comitiis, patricios interesse & suffragia ferre potuisse, docet Gruch. de comitiis lib. 2. c. 4. pag. 227. id quod ei convenit, quod Dionys. lib. 9. de P. Volerone trib. pl. refert, hunc apud se statuisse, post-hac neque Consulibus dissuasionem legis permittere, neque patriciis suffragia. Eaque ipsius consilia historicus vocat tyrannica.

Locus non erat certus, sed pro arbitrio varius. Habita enim & in Campo Martio, & in Cemitio, & in Capitolio, & in praeis Flaminiis, seu

seu circò Flaminio. Fiebant *quæ plebis erant, magistratum creandorum*, inconsulto Senatu, utque Patres non oporteret auctores fieri. Nam quæ tributa comitia *populi erant*, & ab aliis quàm plebejis magistratibus habebantur; ea patribus auctoribus habita, dubitari non potest. Et plebejorum comitia *legum*, inconsulto Senatu non oportuisse haberi, tum ex eo perspicuum est, quod sæpè legimus, rogationibus Tribunorum plebis intercessum à Collegis, eo quòd non ex auctoritate senatus ferrentur; tum ex eo quòd ipsa illa lex Voleronis à Lectorio Collega perferri nequiverit, nisi relatione factâ ad Senatum, factoque Senatusconsulto, ut liquidò testatur Dionys. lib. 9. Sed non semper deinceps factum, quòd fieri oportuisset. Præterea & sine auspiciis habita comitia tributa in univèrsum omnia, vult Gruch. d. c. pag. 225. idque satis ostendere ait verba Dionysii, generaliter de omnibus pronunciata. At verba Dionysii d. lib. 9. generalia non sunt, quippe ita Latine sonantia. *Ex illo tempore usque ad nostram ætatem comitia creandorum tribunorum atque ædilium absque auspiciis cæteraque religione, tribuum suffragiis peraguntur.* Inauspicatò tamen illa fiebant quoad *auspicia vera*, dum nec augures nec pullarii adhiberentur. Observationem tamen de cœlo etiam hîc locum habuisse, adeoque & obnunciationi regulariter, ut in cæteris, parandum fuisse; observatum est. Denique *sortitionis*

nionis tribuum ad edenda suffragia erat alia ratio ac in curiatis & centuriatis. Neque n. post forte eductam tribum prærogativam deinceps sine forte exhibant cæteræ tribus, sed usque ad finem comitorum sortis-usus erat. In creatione Sacerdotum septendecim tantum tribus suffragium ferre ex lege Domitia poterant; ergo & totidem tantum fortientæ erant. Quod pluribus tribubus placuerat, id iustum scitumq; censebatur.

Porro in comitiis omnibus primis quidem temporibus voce cujusque suffragium editum; leges tabellarie id postmodum mutarunt; quarum prima fuit A. Gabinii, tribuni pl. anno U. C. 614. Cn Calpurn. Pisone, M. Popil. Lænate, Consulibus. De his legibus ita Cicero de amicis. 41. Videtis, inquit, in tabella jam antè quanta sit facta labe, primò Gabiniâ lege, biennio autem post Cassiâ. Et plenius lib. 3. de ll. 34. 35. 36. Quis, ait, non sentit auctoritatem omnem optimatum tabellariam legem abstulisse? quam populus liber nunquam desideravit, idem oppressus dominatu & potentiâ Principum flagitavit. Itaque graviora iudicia de potentissimis hominibus exstant vocis, quam tabellæ. Quamobrem suffragandi nimia libido in non bonis causis eripiendâ fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua, bonis ignorantibus quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. Itaque isti rationi ne-

que lator quisquam est inventus, neque auctor unquam bonus. Sunt enim quatuor leges tabellariae, quarum prima de magistratibus mandandis, est Gabinia, lata ab homine ignoto & sordido. Secuta biennio post Cassia, est, de populi iudicio. Ea à nobili homine lata est, L. Cassio, sed, pace familiae dixerim, issidente à bonis, omnesque rumuscules populari ratione aucupante. Carbonis est tertia, de iubendis legibus ac vetandis, sediti si atque improbi civis; cui ne reditus quidem ad bonos salutem potuit adferre. Uno in genere relinqui videbatur vocis suffragium, quod ipse Cassius excepit, perduellionis. Dedit huic quoque iudicio Caelius tabellam, doluitque quoad vixit, se, ut opprimeret Populium, nocuisse Reipublicae. Haetenus Cicero. Idem, 2. cont. Rull. 4. tabellam vindicem vocat tacita libertatis. & pro Planc. 16. populo, inquit. grata est tabella, quae frontes aperit hominum, mentes tegit, datque eam libertatem, ut quod velint faciant, promittant autem quod rogentur. Item in fragm. rat. pro C. Corn. 1. servato per Asconium; ponam principium iustissima libertatis Cassiam, qua lege suffragiorum jus potestasque convulsi. Honestior est haec de lege tabellaria sententia, quam illa in commentario de legibus. eamque sequitur Sigonius, de a. j. a. R. lib. 1. c. 6. in f. Egregia equidem

equidem hæc atque utilissima disquisitio fuerit, an, ubi multorum viget auctoritas, *tabellâ* satius fit, an *voce* suffragium edi, rationibus in utramque partem se offerentibus: Utique cum *tabella* libertatem plenam præstet, illic rectè demum, admitti putem, ubi libertatem stabiliri potius, quàm minui convenit. Illic a. id fieri convenit, ubi sunt, qui rectè uti possint ac velint; ubi & honesto virtutisque addicto animo præditi sint, & prudentes, scientiâ & conscientiâ instructi. Sic in *senatorum* collegium *tabellam* induci suadet *Salustius orat. 2. ad Cæs. de rep. ordin.* ejusque illic, non apud *populum* (ut perperam refert *Sigon. d. loco*) utilitatem prædicat. *Plinius jun. lib. 3. c. 20.* novi quid ad *Maximum* perscripturus, narrat, tunc in *Senatu* comitiõrum die *tabellas* adhibitas. *Meministine, inquit, te sepe legisse, quantas contentiones excitavit lex tabellaria, quantumque ipsi latori vel gloriæ vel reprehensionis attulerit? At nunc in Senatu sine ulla dissensione hoc quidem ut optimum placuit. Omnes comitiõrum die tabellas postulaverunt. Excesseramus sanè manifestis illis apertisque suffragiis licentiam concionum. Et mox: Quæ nunc immodico favore corrupta, ad tacita suffragia, quasi ad remedium decurrerunt. quod interim planè remedium fuit: erat n. novum & subitum. Sed vereor, ne procedente tempore ex ipso remedio vitia nascantur. Est enim periculum, ne taci-*



*zis suffragiis impudentia irrepit. Nam quotocuiq; eadem honestatis cura secreto, quæ palâ?*  
*Multi famam, conscientiam pauci verentur.*

Inducto igitur in comitia Romana *tabellarum* usu, pro comitiis legum & iudiciorum, quæque pro belli pacisque negociis habebantur, binæ tabellæ singulis à *diribitore* tradebantur, una inscriptas literas U. R. h. e. *uti rogas*, altera literam A. h. e. *antiquo*, habens. Illa firmabat rogationem, hæc elidebat negabatque, eoque et in iudiciorum comitiis *absolvebat*. In magistratuum comitiis tot dabantur tabellæ, quot erant *candidati*, de quibus rogabantur, nominis cuiusque prima literâ insignitæ. Edituri suffragia ibant per *pontes* (consule de his *Rosin. 8. c. 2.* Indeque natum proverbium de *sexagenariis*, ut, qui suffragia non ferrent, *de ponte de jiciendis. v. Sigon d lib. 1. c. 17. sub. fin. Erasmi chil. 1. cent 5. adag. 37.*) in *ovile* (tertium quoddam seu locum cancellis conclusum propè suggestum vel tribunal) indebant *cistæ* tabellam, quisque, quam ex acceptis vellet, *rogatoribus* præsentibus, *cistamque* (vid *And. Scot app loc. L verb. rogator*) proponentibus. *Custodes* educebant ex *cista*, describebantque suffragia, tot *puncta* notando, quot tabellæ similes reperirentur. Cicero *pro Plan. 53. At nonnullas (tribus) punctis penè totidem.* Et *54. Quot in ea tribu puncta tuleris.* Et *pro Mur. 72. recordor, quantum hæc quæstiones in Senatu habitæ, punctorum nobis detraxerint.*

Inde

Inde illud Horatii *de art. poet.* *Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.* h. e. omne suffragium tulit. Item *lib. 2. ep. 2. Discedo Alcaeus puncto illius, ille meo quis? Quis nisi Callimachus?* puncto, h. e. suffragio. Denique collectione facta, quod pluribus placuerat, renunciabatur à *præconibus*. Si paria essent suffragia, nihil rennunciabatur, nisi cùm de perduellione judicaretur; favore reorum, aut innocentiae potius, hoc admissio, ut, absoluisse centuria censeretur, quæ non condemnarat. quomodo & jure nostro inter pares numero *judices*, si dissonæ sententiæ proferantur, pro reo dictum obtinet, cum in aliis causis, tum in *publicis judiciis. l. inter. 38. de re jud.* Plura de comitiis Romanorum qui vult, habet Rosini *lib. 6. post Sigon. & Gruchium.*

Hoc unum addo, quod illic non sic occurrit. Comitiorum jus populo Romano usq; dum occuparetur Respublica, salvum, post sensim labefactatum, tandem sublatum fuit. C. Iul. Cæsar jus creandi magistratus (exceptis Consulibus, quorum creationem senatui ac sibi, sibi tamen magis quàm senatui, ipse & secuti Principes ferè seposuerunt) non totum à populo abstulit, cruda adhuc servitute, sed cum eo divisit. Sueton *lib. 1. c. 4. 1. Comitia*, inquit, *cum populo partitus est, ut exceptis Consulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro parte altera, quos*

*ipse edidisset.* Legum causâ comitia habebantur antiquo more; unde illæ julæ leges, ab ipso ad populum latæ. Augustus (referente Suet. lib. 2 c. 40) comitorum pristinum jus reduxit, multiplici ratiâ coercito ambitu. Pristinum jus, h. e. illud idem, quod à C. Jul. Cæsare institutum, per bella civilia & triumviratus impotentiam abolitum fuerat, ut ostendit locus Dionis lib. 53. in act. ann. 727. sub fin. Populus, ait illic interpres, ad comitia concioneque colligebatur, sed ita, ut nihil ageretur, quod non & ipsi Principi placeret. magistratus partim ipse designabat, alios populo plebique creandos permittebat, id modò curans, ne qui indigni per coitiones aut ambitum designarentur. Alii locum istum Suetonii de pristino jure, quod ante C. Jul. Cæsarem fuerit, accipiunt. v. & Gruch. de comit. in præfat. pag. 5. Leges Augustus populi suffragiis, ut antè, perferri permittit. Sic enim legem Falcidiam, P. Falcidio tribuno pl. rogante latam esse, anno V. C. 714. Cn. Domitio Calvino, C. Asinio Pollione Consulibus, auctor est Dio lib. 48. Sic item lex Fusia Caninia, anno 752. lex Ælia Sentia anno 756. Papia Poppæa, Julæ de adulteriis, sumptuaria, de ambitu, de maritandis ordinibus. (Sueton, c. 34.) judiciorum publicorum, judiciorum, & aliæ, vel ab alio tempore Augusti, vel ab ipso Principe, ad populum latæ sunt. Etiam de Consulibus creandis sub Augusto populi comitia fuisse, testis est Dio lib. 54. in act.

anni

anni 733. Primus Tiberius, fractis jam, & ad servitium factis Quiritium animis, jus omne sibi & in speciem Senatui sumsit. De quo sic Tacitus, ann. lib. 1. c. 15. Tunc primum è campo, ait. comitia ad Patres translata sunt. Nam ad eum diem, etsi potissima arbitrio Principis, quedam tamen studiis tribuum fiebant. Neque populus, ademptum jus questus est, nisi inani rumore. Comitia nihilominus consularia fuerunt hoc Principe & deinceps: quorum tamen rationem ne iple quidem Tacitus perspectam habuit. Ita n. ille ad. fin. libri 1. *annal.* De comitiis, inquit, Consularibus, quæ tum primùm illo Principe ac deinceps fuere, vix quicquam firmare ausim; adeò diversa non modò apud auctores, sed in ipsius orationibus reperiantur. Dio lib. 58. ad fin. auctor. anni 785. Ex Consulibus, ait, Domitius toto anno gessit magistratum, habebat n. in matrimonio Agrippinam, Germanici filiam. Ceteri verò, prout Tiberio visum, quosdam enim ad longius, quosdam ad brevius tempus designabat, itemque nonnullos etiam citius quam constituerat, loco movebat; aliis, ut diutius in magistratu essent, concedebat. Nam etiam si quem ad totum annum Consullem creasset, mox eo deposito alium, iterumque alium subinde subrogabat. nonnullos etiam ad tertium usque diversos designans, tamen alios postea Consulatum ante ipsos aliorum loco gerere jubebat. Et toto ferè imperii ejus tempore Consulibus hæc evenerunt. Eorum verò, qui ceteros

magistratus peterent, electos, quot videbatur, in Senatum misit, alios ei commendans, ( iique omnium suffragia auferabant ) alios & meritis suis & iudicio senatus & sorti permittens. Deinde ad populum plebemque hi suis quisque cum necessariis, pro more veteri, ceu dicis causa, sicuti nunc etiam, ut imago priscorum exhiberi videatur, prodeuntes designabantur. Hæc Dio. In huiuscemodi comitiis certè nihil veri, & ad antiquum suffragandi jus accedens fuit. Sed & legum respectu relictum quid populo, vel sola monstrat lex Julia Norbana, toties jure nostro memorata, lata à M. Iunio Silano, & L. Norbano Flacco, Consulibus, anno 772. qui est Tiberii sextus. Imò est post Tiberium leges ad populum latas evincit lex Iunia Petronia, cujus in Pandectis mentio est l. 24. de manum. l. 11. §. 2. ad l. Corn. de fisciariis ( si modò sententia Hotomanni recta est, latam tempore Neronis, anno 813. ) item lex agraria Nerva, memorata l. 3. §. 1. de term. moto. Ut non omninò verum videatur, quod ait Sigonius lib. 2. de iudic. c. 26. in f. non ulla post Cæsarem Octavianum leges latas esse, cum comitia populi ad Senatum traducta sint. De magistratuum comitiis certamen Gallo adversus Cæsarem, Tiberium, ortam est ( verba sunt Taciti annal. lib. 2. c. 36. ) nam censuit, in quinquennium magistratuum comitia habenda, utque legionum legati, qui ante præturam eâ militia fungebantur, jam tum.

præ-

*prætores destinarentur ; Princeps 12. Candidatos in annos singulos nominaret. Haud dubium erat, eam sententiam altius penetrare, & arcana imperii tentari. Tiberius facile olfecit quod suberat, & elusit. Pòst C. Caligula tentavit, comitiarum more revocato, suffragia populo reddere, ait Sueton. in Calig. c. 16. & Dio lib. 59. ad ann. 791. comitia quoque, inquit, populo plebique reddidit, abrogatis Tiberii ea de re constitutionibus. At mox pœnituit eum facti, ut idem Dio refert ad an. seq. Reddiderat, inquit, comitiarum jus populo, cum jam longo tempore nihil liberè decrevisset ; cumque rarò plures, quam eligi possent, magistratus peterent, aut, scubi plures essent, ipsi inter se compararent, non nisi status in republica popularis forma conservabatur, res aberat. Ideoque ipse rursus Cæius comitia sustulit. porro deinceps omnia, ut sub Tiberio, ordinata sunt. Galbam comitia secundi consulatus iniisse scribit Suet. in Galba c. 5. Eundem refert Tacitus hist. lib. 1. c. 14. post nuncios Germanicæ seditionis, comitia imperii transégisse. At qualia? Id narrat cap. eodem & seqq. 15. 16. 17. 18. 19. Adhibitóque, inquit, super Vinium ac Læconem, Mario Celso, consule designato, ac Ducennio Gemino, Præfècto urbis, pauca præfatus de sua senectute, Pisonem Licinianum accersiri jubet. Venit Piso. Igitur Gal-*

ba, apprehensa Pisonis manu, in hunc modum locutus fertur: Si te privatus lege curiata apud Pontifices, ut moris est, adoptarem, & mihi egregium erat tunc &c: Et Galba quidem hæc ac talia, tanquam Principem faceret, cæteri, tanquam cum facto loquebantur. Et paulò post: Consultatum inde, pro rostris, an in Senatu, an in castris adoptio nuncuparetur. Iri in castra placuit. Quartum Id. Ian. fædum imbribus diem, tonitrua & fulgura & cælestes minæ ultra solitum turbaverant. Observatum id antiquitus comitiis dirimendis: non terruit Galbam, quò minus in castra pergeret. Apud frequentem militum concionem imperatoria brevitate, adoptari à se Pisonem more divi Augusti & exemplo militari, quo virvirum legeret, pronunciat. Tribuni, centurionesque & proximi militum grata auditui respondent, per cæteros mestitia ac silentium. Inde apud Senatum non comitior Galbæ, non longior, quam apud milites sermo. Pisonis comis oratio, & Patrum favor aderat. Nec aliud sequenti quatruiduo (quod medium inter adoptionem & eadem fuit) dictum à Pione in publico factumve. Scilicet ejusmodi erant comitia imperii Galbæ, filium & Imperii successorum facturi. Lex regia Vespasiano lata (quod fragmentum ejus Romæ in Capitolio superstes, illuc

illuc ex æde Lateranensi Gregorii XIII. jussu  
 traductum, probat) commendationis Candi-  
 datorum à Principe ad Senatum populumque  
 Romanum factæ, comitiorumque tanquam  
 adhuc vigentium, *jussorumque populi aut plebis*,  
 mentionem facit, sed ita, ut omnia subjiciat  
 Principi, eoque & populi plebisque & comitio-  
 rum omnium jus ac libertatem reipsa tollat. Sa-  
 nè jus *constituendi vindicandique Imperii*, in  
 quo *majestas* est, quæ *realis* dici solet, alia ab  
 ea, quâ constituta respublica partibus suis cur-  
 etis regitur, Senatui populoque remansit, de  
 quo alias. Trajani tempore magistratuum co-  
 mitia *Senatus* fuisse, *non populi*, ostendit antè  
 citata epist. Plinii junior. *lib. 3.* Cæterorum  
 quidem magistratuum, non *Consulum*. Horum  
 enim comitia in campo Martio, adeoque *populi*  
 fuisse, demonstrat alius ejusd. Plinii locus, in  
*panegy. Trajano dicto: Comitii tuis*, inquit,  
*interfuisi Candidatus, non Consulatus*  
*tantum, sed immortalitatis & gloriæ, & ex-*  
*empli, quod sequerentur boni Principes, mali*  
*mirarentur. Vidit te populus Romanus in*  
*illa veteris potestatis suæ sede: perpeffus es*  
*longum illud carmen comitiorum, nec jam*  
*irridendam moram: Consulque se factus es,*  
*ut unus ex nobis, quos facis Consules. Quo-*  
*visquisque Principum antecedentium hono-*  
*rem illum aut consulatui habuit, aut populo?*



Notandum. autem quoque ex relata oratione Galbæ ad Pisonem, quod adhuc illo tempore *privatorum adoptiones* apud Pontifices curiatis comitiis factæ fuerint. Imò idem factum temporibus Trajani, patet ex *Gell. 5. c. 19.* Sed & ulterius ætate Caji, Ulpiani, Ictorum, sub Caracalla, Opilio, Heliogabalq, Alexandro., testantur eorundem fragmenta, Caji *lib. 2. tit. 3. §. 3.* Ulp. *tit. 8. §. 2.* Tandem omnia in univ ersum populi comitia, etiam ista Pontificum ( ipso etiam horum collegio & ordine everso. de quo paulò post ) cessarunt. Imò & longè ante sublato Pontifices desuisse adoptiones fieri per populum apud Pontifices, testificatur re- scriptum Diocletiani & Maximiani *l. 2. C. de adopt.* quo ajunt, *arrogationem per populum jure antiquo factam.* Magistratum comitia jam tempore Alexandri Severi cessasse probat locus Modestini *l. un. pr. de L. Jul. amb.* *Hæc lex, ait, in Vrbe hodie cessat, quia ad curam Principis magistratum creatio pertinet, non ad populi favorem.* Denique legis alicujus istis ad- huc temporibus ad populum latæ memoriam non invenias.

*Sexti Papirii* ] Hic idem in *h. l. §. 36.* vocatur Publius Papirius. Dionys. *lib. 3.* cùm de An- co Martio, quarto Rege, scribit, quod studens restitutioni institutorum Numæ, accitis Pon- tificibus, sumtos ab eis commentarios, quos Numa de sacris conscriptos reliquerat, trans- scrip-

scripserit in tabulas quernas, easque in foro propo-  
 suerit, adjicit, hasce tabulas post exactos  
 Reges rursus in publicum usum revocatas per  
 summum Pontificem *G. Papyrium*. Idem  
 Dionys. lib. 5. sub princip. meminit *Manii Pa-  
 pyrii*, viri patritii, quietis amantiissimi, primi  
 Regis sacrorum, sive Regis sacrificuli, Romae  
 post ejectos Reges creati. Bachovius in comment. ad  
 1. part. pandect. ejusdem viri his omnibus locis  
 mentionem esse censet; quod in dubio relinquimus

*Qui fuit illis temporibus, quibus Superbus ]*  
 Si tempore filii Demarati Corinthii, qui fuit  
 Tarquinius Priscus, quintus Rex, vixit hic  
 Papyrius, utique alii fuerunt, quorum Dio-  
 nyfius meminit locis citatis. Quod si Superbi  
 Tarquinii tempore fuit, potuit Dionysius me-  
 moratus esse.

*Superbus Demarati Corinthii filius ]* De-  
 marati filius non fuit Tarquinius superbus, sed  
 Tarquinius Priscus. Quod si ergo auctor hic  
 noster de ultimo Rege, qui Superbus dictus  
 est, sensit, erravit, quod dixerit hunc Dema-  
 rati filium, qui Tarquinii Prisci vel filius vel  
 nepos fuit. Nam uter fuerit, ambigitur. Liv.  
 lib. 1. Si Priscum intellexit, erravit in nomine  
 Superbi. Quod si Papyrius ille sit, cujus men-  
 tionem fecit Dionysius, utique ultimum Re-  
 gum, h. e. *Tarquinius superbum*, fuisse ne-  
 cesse est, de quo auctor sensit. Et tamen vix  
 est, ut illud incredibile sit, quia illum promtius

ab

ab hoc, quod fuerit ultimus & à Bruto ejectus, descripturus fuerat, quàm à Patre. Si verum sit, quod Gothofredus hic annotat, etiã Priscum *superbum fuisse dictum*, intelligi possit Pomponius demonstrandi, sive determinandi aut distinguendi causã, cum de Tarquinio Prisco sentiret, adjecisse nomen patris *Demarati*. Et sic non esset hic error à Pomponio commissus. Testes citat Gothofredus Cassium Heminam apud Servium, item Livium, Victorem, & Plinium. Livius & Victor id non ajunt, neque cætera loca id planè evincunt, cum ea quæ istie Tarquinio superbo tribuntur, ad ultimum Regum referri nihil prohibeat. Demaratus autem Corinthius celebratur historiã Diouysii lib 3. & Livii lib. 1. cap. 34. Fuit ex Bachiadarum (qui, ut Strabo refert, annis termè 200. Corinthum dominatione tenuere) familiã. Is mercaturam exercere volens navigavit in Italiam, privato sumtu instructã nave & oneratã mercibus, quas cum distraxisset in Hetruscis urbibus, totius tum Italiæ florentissimis, noluit posthac alios portus petere; sed per eadem semper maria ultro citroque commens Græcanicas merces Tuscanicis mutabat. Unde magnis opibus auctus est. Ortã deinde seditione apud Corinthios, oppressis Cypseli tyrannide Bachiadis, parùm se tutum ratus in patria, sublati, quantum potuit, rebus, & in naves impostis, Corinthio *Tarquinios*,  
He-

Hetruriz urbem tunc florentissimam, abiit, ibique domicilio constituto, ductaque uxore nobili, duos filios genuit, Hetruscis nominibus appellatos, unum *Aruntem*, *Lucumonem* alterum. Utrumque liberaliter instituit, Græcis & Hetruscis literis, & postquam virilem ætatem attigerunt, uxores eis summo loco natas junxit. Decessit natu major, & paulò post præluctu extinctus ipse Demaratus, instituto ex asse Lucumone, altero filio, cum nurum, Aruntis viduam, uterum gerere ignoraret. Lucumo peregrinus illo loco, cum ad magna & tractationem Reip. adspirans, undique protusus, ne inter mediocres quidem locum obtinere posset, Romam (ubi exteris & jus civitatis & honores pro merito patere intellexerat) concessit cum re familiari, uxore, & quotquot sequerentur, amicis ac domesticis, quorum magnus erat numerus. &c. Vide apud Dionys. reliqua hujus historiz. Is Lucumo ab Anco Marcio rege civitate donatus pro Lucumone Lucius, & ab oppido Tarquiniorum Tarquinius, denique Prifecus dici voluit, & Anco mortuo, exclusis ejus filiis, successor factus est.

*Jus Papyrianum*) Hujus etiam est mentio in l. 144. ff. de V. S. Vide Rosin. 8. c. 5.

3. Exactis deinde Regibus, lege Tribunitia omnes leges hæ exoleverunt: iterumque cœpit populus Romanus

manus incerto magis jure, & consuetudine ali, quàm per latam legem: idque propè viginti annis passus est.

*Exactis deinde Regibus* ] At unus tantùm Rex, Tarquinius superbus, exactus est. Sed & Regem & liberos regis Livius vocat *reges lib. 1. c. pen.* Inde, inquit, *pars presidio relicto Collatia ad portas, custodibusque datis, ne quis eum motum Regibus nunciaret.* nisi fortè Rex & conjux illic videantur indigitari. Omninò non uni Tarquinio, sed omnibus deinceps Regibus abrogatum est Imperium, ut meritò *exacti Reges* dicantur.

*Lege Tribunitià* [ Non intelligitur lex à Tribuno aliquo pl. ( qui tunc adhuc nulli erant ) lata; sed à *Tribuno celerum* L. Junio Bruto. Et hunc *Tribunum celerum* fuisse illo tempore, & populum ad tribunum celerem venire jussum, refert Livius *lib. 1. in fin.* & sequitur Pomponius *infra §. 15.* Dionysius *lib. 4.* dicit fuisse Principem sacrificorum, eoque nomine, quod huic comitia habendi jus lege esset, ipsum Brutum in consultatione cum patre Lucretiæ, ac viro ejusdem, & amicis habitâ, se obtulisse comitiis habendis. Pomponius igitur secutus est Livium. Cujacius tamen existimat intelligi legem latam à *tribuno plebis*, postquam hi constituti fuerint. Quod nusquam probatur. Sed neque Livius neque Dionysius quicquam de abrogatione legum regiarum meminere.

Quid,

Quid, si lege tribunitiâ exactos Reges dicamus, & aliter distinguamus textum, maximè cum Florentina, unde omnes editiones prodierunt, distinctionibus, præter finales periodorum, careat? Et sanè exolescere aliud est quàm aboleri. Omnino Lege tribunitiâ tantùm exacti Reges rectè dici possunt, quâ sancitum, ne unquam alius Rex Roma regnaret. Unus Rex Tarquinius, facto ipso, magis quàm lege, tunc exigebatur aut rejiciebatur ab imperio. Et Gruchius ita legit. Nam sic ait *d. c. 3. pag. 45. in pr. Unde etiam apud Pomponium legimus, Lege tribunitia Reges ejectos.* Ac ita omnino legendum esse, jam pridem censuisse Theod. Marci. in interpretamento l. 12. tab. & secundùm illum Rittershus. *dodecad. c. 4. inveni post apud Limn. de jur. publ. l. c. 12. n. 43. tum apud ipsum Rittershus. d. loco.*

Omnes leges hæc exoleverunt ] Cum temperamento aliquo id accipiendum. Nam & l. 2. ff. de mortuo infer. mentio est legis Regie alicujus adhuc vigentis; & apertè Dionys. lib. 5. sub init. refert, inter instituta quædam Consulorum novellorum, quibus plebem obsequentem in officio retinuerint, etiam hoc fuisse, quòd leges Tullii de contractibus, humanas admodùm atque populares, quas in universum Tarquinius sustulerat, revocârint in usum; & cætus sacrorum causâ tam in Urbe, quàm in agris fieri solitos, per paganos & Tribules diligenter cele-

celebrari jufferint , uti Tullii temporibus ; quòdque reducta sint & comitia & suffragia de rebus maximis , cæteraque instituta veterum , gaudente populo. Sed & *lib. 3.* Dionysius memorat ( ut paulò ante dictum ) de C. Papyrio summo Pontifice , quod leges sacrorum Numæ ab Anco Martio tabulis quernis publicè propositas , in usum revocârit. Denique instituta Romuli de patria potestate , & alia ejusmodi , durasse ad posteriora tempora , evidens est. Imò plerasque Regum Romanorum leges in 12. tabb. relatas , præter Dionys. Halicarn. *lib. 2.* & 10. testantur Cujac. *lib. observ. 3. c. 40.* & Scalig. *in castigat. in Fest. v. Rosin. 8. c. 5. in fin.*

*Propè 20. annis* ) Nempe, ut ex seqq. patet, usque ad tempus legum 12. tabb. At illæ propositæ sunt anno U. C. 303. & 304. cum Regifugium contigerit anno ab U. C. 244. Erunt igitur ad LL. 12. tabb. 59. anni. Videtur igitur error librarii esse, qui pro 60. scripserit 20. xx. pro LX. Cujacius, ut dictum, putat, *Legem Tribunitiam*, cujus meminit Pomponius, latam à *Tribuno plebis*, postquam illi creati essent. Id a. accidit 17. annis post extinctos reges. Inde igitur, puta ab illa *tribunitia lege*, vult numerari xx. annos. Sed id nullius historici fide nititur, & planè commentitium est.

4. Postea ne diutius hoc fieret, placuit, publica auctoritate **DECEM** constitui **VIROS**, per quos peterentur leges à Græcis civitatibus, & civitas fundaretur legibus, quas in tabulas eboreas perscriptas pro Rostris composuerunt, ut possent leges apertius percipi. datúmque esteis jus eo anno in civitate summum, utiles & corrigerent, si opus esset, & interpretarentur, neque provocatio ab eis, sicut à reliquis magistratibus, fieret. Qui ipsi animadverterunt aliquid deesse istis primis legibus, ideoque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adjecerunt. & ita ex accidentia appellatæ sunt, **LEGES DUODECIM TABULARUM**; quarum ferendarum Auctorem fuisse decemviris Hermodorum quendam Ephesium, exulantem in Italia, quidam retulerunt.

*Decem*



*Decem constituta viros* ] Ornavit hunc locum Accursus inepto & omnem anilem fabulam stultitiâ superante commento, quòd Græci, exploratum, an Romani digni essent legibus, miserini Romam quendam sapientem, cui cum Romam venisset, Romani opposuerint stultum, ad disputandum cum Græco, ut si perderet, tantum derisio esset Græcis: quodque sapiens nutu disputare cæperit, & elevaverit unum digitum, unum Deum significans; stultus, credens, quòd vellet ipsum uno oculo excæcare, elevaverit duos cum pollice, quasi cæcare eum vellet utroque; Græcus autem crediderit, quòd Trinitatem ostenderet. Item quòd Græcus apertam manum ostenderit, significans, Deo omnia aperta & muda esse; stultus a timens, maxillatam sibi dari, pugnum clausum quasi repercussurus levaverit; Græcus intellexerit, Deum omnia claudere palmâ, & sic Græcus, credens Romanos dignos esse legibus, recesserit.

Error autem hic est in textu. Non enim 10. sed tres viri missi in Græciam, Sp. Posthumius, Serv. Sulpitius, & A. Manlius, anno V. C. 300. Illis anno 302. reversis, alii septem additi, illique decem *Decemviri* facti sunt legibus scribendis.

*Ut civitas fundaretur legibus* ] Aptissimè dicitur.

citur civitas fundari legibus. Ut enim domus potissima pars fundamentum est, absque quo non consistit; ita civitati fundamentum præbent leges, eamque continent. Inde Livius *in exordio lib. 2. imperia legum potentiora ait quam hominum.* Homo utique variis affectibus obnoxius est; at ἀνευ ὀρέξεως νῦς ὀνόματι ἐστὶ. Lex est mens appetitione vacans, inquit Aristot. 3. *pol. lib. 6.* In Legibus præsidium est Reipublicæ; neque his subditi tantum in officio continentur, sed & ipsi qui præfunt. *Ut enim magistratibus leges, ita populo præfunt magistratus,* ait Cicero, *de L. L. lib. 3. in pr.*

*In tabulas eboreas*] Imò æreis columnis, ἑλκῆς χαλκῆς, incisas esse memorat Dionys. *lib. 10.* & cum illo ceteri, qui hujus rei meminerunt, æri incisas testantur. Turnebus *adversar. lib. 30. c. 35. audacter se facturum, & facinore se nobilitaturum* ait, quod in aliis sæpè reprehendat; ac malle legere *in tabulas æreas*, quod leges in æs incidi solerent, juxta illud Ovid. *met. 1. Nec verba minantia fixo Ære ligabantur.* Sic & Tull. 2. *de divination. 47.* memorat *æra legum de cælo tacta;* & 2. *in Catil. 19. legum æra liquefacta;* & 3. *Philipp. 30. Falsas leges, inquit, C. Cæaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda & in Capitolio figenda curaverit.* & 1. *Philipp. 16. Quæ ille in æs incidit, in quo*  
populi

populi iussa perpetuasque leges esse voluit. item 12. ep. ad fam. 1. Cujus, inquit, æra ( h. e. leges æreis tabulis insculptas ) refigere debebamus. Etiam ærea tabula legis mentio est in l. 8. ff. ad l. Iul. pecul. Et frustra igitur hîc est Gothofredus, qui roboreas legit pro [ eboreas ] : taleque vult primùm fuisse, secutus Brodæum 4. misc. 12. Sanè antequam centuriatis comitiis confirmarentur leges à Decem viris, in tabulis 10. publicè propositas fuisse, ut legerentur, liberè que censerentur ab omnibus, prodidit & Dionys. d. l. & Livius lib. 3. c. 34. Quas tabulas utique nec eboreas, nec æreas, sed potius ligneas ( seu roboreas ) fuisse consentaneum est. de quo tamen actu hîc Pomponius non videtur loqui. In hoc ab Halicarnasseo discrepat Livius, quòd d. lib. c. 57. in fin. Leges decemvirales non ab ipsis Decemviris, sed post illorum imperium à novellis Consulibus, Horatio & Valerio, ad bellum euntibus, antequam urbe egrederentur, æri incisas in publico propositas tradit. Consentit cum Livio Diodorus lib. 12.

*Datumque est eis jus eo anno in Civitate summum* ) & cum illis cessarant omnes alii magistratus, teste Dionys. d. lib. 10. & Liv. lib. 3. c. 32.

*Neque provocatio* ] Ita Liv. lib. 3. c. 32. *Placet, aut, creari decemviro sine provocatione.* Provocationem ad populum etiam tempore Regum jam fuisse, colligitur ex oratione M. Fabii, Patris Q. Fabii Maximi Rutiliani, magistri equitum, ad L. Papyri-

Papyrium Cursorem Dictatorem , qui filium ipsius magistrum equitum , quod se absente & contra interdictum suum cum Samnitibus , licet prosperè , pugnasset , ad supplicium acerbissimè poscebat , apud Liv. lib. 8. c. 33. *Videro* , inquit , *cessurusne provocationi sis* , cui Rex Romanus , Tullus Hostilius cessit. At ipse tamen Livius lib. 1. c. 26. ubi tacinus Horatii in sororem suam obviam sibi , ac de cœso à se Curiatio sponso suo importunè dolentem , institutumque propterea iudicium commemorat , aliter rem narrat , nempe , non à iudicio Regis provocatum , sed à pronunciato *dum virorum perduellioni iudicande* à Rege constitutorum , hâc lege , ut ab illis ad populum provocatio esset. Cæterùm cum clementiæ Regis illic tribuatur , ejusmodi legem dumviris dedisse , vice sua iudicaturis , hætenus rectè dici potuit Rex cessisse provocationi , hoc est , populi auctoritati , ad quem provocaretur. Dionys. lib. 3. provocationis factæ non meminit , sed Regi ambiguo officii sui *visum* ait *fuisse* , *cognitionem* *permittere populo* , *populumque tunc primum capitalis causa* iudicium adeptum , juvenem , comprobata Patris ipsius , *filiam suam jure cæsam dicentis* , *sententia* , *absolvisse*. Valerius sanè Publicola deinde mortuo Bruto , primo adhuc post Regis fugium anno , de *provocatione* ad *ver* sus magistratus *ad populum* tulit , auctore Livio lib. 2. c. 8.

**Decemvria denique sublatis lex ista Valerii**

&amp;

& restituta & aliter firmata est. De quo sic Livius lib. 3. c. 55. *Aliam deinde, inquit, Consularem legem de provocatione, unicum praesidium libertatis, decemvirali potestate eversam, non restituerunt modo (puta novelli Consules) sed etiam impofterum manunt, sanciendo novam legem, ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet, qui creasset, eum jus fasque esset occidi, neve ea caedes capitalis noxae haberetur.* Rurfusque plebs eodem anno, M. D. Jellio Tribuno plebis rogante, scivit, qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur. Liv. ibid, V. & inf. ad §. 16. verb. *qui tamen ne per omnia.* Tullius Philip. 1. 21. ab Antonio promulgatam legem dolet, *ut de vi & de majestate damnati ad populum provocent si velint.* Graviter in eam legem invehitur. *Hec utrum tandem lex est, inquit, an legum omnium dissolutio? quis enim est hodie cujus interfit istam legem manere? Nemo reus est istis legibus, nemo quem futurum putemus.* Et mox: *Quae est igitur ista cupiditas ejus legis ferendae, quae turpitudinem summam habet, gratiam nullam? Quid enim turpius, quam qui majestatem populi R. per vim minuerit, eum damnatum judicio, ad eam ipsam vim reverti, propter quam sit jure damnatus?*

Sed

Sed quid p̄tura de lege disputo? quasi verò id  
 agatur, ut quisquam provocet. Id agitur,  
 id fertur, ne quis omninò unquam istis legi-  
 bus reus fiat. Quis enim aut accusator tam  
 amens reperietur, qui reo condemnato ob-  
 jici se multitudini conductæ velit; aut iudex,  
 qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas  
 mercenarias statim pertrahatur? Non igitur  
 provocatio ista Lege datur, sed duæ maximè  
 salutares leges quæstionesque tolluntur. Quid  
 est aliud igitur, quam adhortari adolescen-  
 tes, ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi  
 cives velint esse? quam autem ad reip. pestem  
 favor tribunicius impelli non poterit his dua-  
 bus quæstionibus, de vi & majestate, sub-  
 latis? Quid quòd abrogatur legibus Cæsaris,  
 quæ jubent, ei qui de vi, itemque qui maje-  
 statis damnatus sit, aqua & igni interdici?  
 quibus cum provocatio datur, nonne acta  
 Cæsaris rescinduntur? Hactenus Tullius. Et  
 quid igitur? An quæstiones vel omnes publicæ,  
 postquam constitutæ sunt, vel an istæ duæ sine  
 provocatione ad populum fuerunt? An Cæsar  
 duas istas à provocatione absolverat? Alibi Ci-  
 cero ad ea quæ intolerantiam Regum contineant,  
 refert pœnam sine provocatione, animadver-  
 sionem sine auxilio. 2. contr. Rull. 33. Invaluit  
 hoc passim, ut in criminalibus, quoties pœna  
 corporalis infligenda venit, provocatio non ad-  
 mittatur.

mittatur. *Covarruv. pr. qu. 23. n. 5. Ordine. Camer. p. 2. tit. 28. §. pen. V. Besold. de appellation. juram. c. 7. n. 4.* Quod si rectum est, neque elidit æquitatem naturalem, sanè, qui cum recta ratione & justitia non pugnet, amplissimum illud secundæ, & quandoq; ulterioris disceptationis theatrum, de civilibus causis, quæque dictis criminalibus minores sunt, litigantibus utroque jure extructum hætenus sartum tectum servari, non video.

*Sequenti anno alias duas* ] Inter additas leges fuisse unam quæ *vetares inter patricios & plebejos connubium*, refert Dionysius, addens, *non alio id sua sententiâ sine factum, quàm, ne consociatis familiis inter ordines fieret concordia.* Ceperant enim superbè & protervè agere decemviri, & consilium ceperant de non dimittendo sed continuando magistratu. quæ res, & enormis Appii Claudii Decemviri protervia, effecit, ut anno 305. eorum imperium dissolveretur, teste eodem Dionysio *lib. 11. pr.* Duas istas extremas tabulas non Decemviris, sed Consulibus tribuit Diodorus *d. lib. 12.* *Duodecim*, inquit verbis interpretis, *quas vocant, Tabularum*, *decem solummodo perfectæ erant.* Duas igitur reliquas Consules supplevere.

*Quarum ferendarum auctorem fuisse Decemviris Hermodorum quendam Ephesium* ] Dionysius & Livius hujus non meminerunt. Digenes Lærtius in Heraclito Ephesio, Hermodore

dori Ephesi, à civibus suis ejeti, meminit; unde ait, *Heraclitum Ephesios acriter censuisse, ac dixisse, Ephesios omnes adultos ætate meritis, impuberes urbe carere, quoriam sui præstantissimum eò expulissent, quod neminem ipsorum inæqualem esse, h. e. excellere cæteris, vellem.* Cicero lib. 5. *Tusc.* 105. Est, inquit, apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro; universos ait Ephesios morte mulctandos, quòd cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt: *nemo de nobis unus excellas, sed si quis exstiterit, alio in loco, & apud alios sit.* Accedebat huc mos Atheniensium, quem *ostracismum* vocabant, quo ii per decennium cogentur abesse ab urbe, quorum potentia & opes & gratia suspectæ erant. Plinius lib. 34. *rer. nat. c. 5.* ejus, ut interpretis legum 12. tabb. meminit, *Fuit, inquit, & Hermodori Ephesi (statua) in comitio, legum quas Decemviri scribebant, interpretis, publicè dicata.*

Neque verò Decemviris ferendarum illarum legum auctorem Hermodorum fuisse, rectè dici posse, historia ostendit, quam & de occasione illarum, & de compositione & propositione, reliquète Dionysius & Livius.

Primus C. Terentius vel Terentillus, Tribunus A. anno V. C. 292. consulare Imperium certis legibus (quando jus sub Coss. eousque maximà parte constaret virorum potestate præ-



*ditorum*, ut loquitur Dionysius *lib. 10. in pr.*, *præjudiciis, perpanca sacris libris continerentur, vim legum habentia; & horum ipsorum scientia penes solos patricios esset* ) circumscribi, lege ad populum latâ voluit. quæ tunc impedita, post resumta vel repetita est, ac tandem. ex Scto per plebiscitum confirmato, anno U. C. 309. tres ante dicti legati. legibus bonisque institutis à Græciæ civitatibus petendis colligendisque missi sunt. Quod si igitur Hermodorus legum constituendarum auctor fuisse credi deberet, aut tribunis pl. ut rogarent, aut populo, ut juberet, aut Senatui, ut consilium tribunorum approbaret, auctorem factum oporteret. nisi fortè Decem viris ipsis jam constitutis ad leges seligendas ordinandasque consilium impertuisse videri debeat.

5. His legibus latis cœpit, ut naturaliter evenire solet, ut interpretatio desideraret Prudentium auctoritate necessariam esse disputationem fori. Hæc disputatio, & hoc ius, quod sine scripto venit, compositum à Prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ partes juris suis nominibus designantur, datis pro-

propriis nominibus cæteris partibus ,  
sed communi nomine appellatur Jus  
Civile.

*His legibus latis* ] Hæ leges sunt , uti au-  
ditura , 12. tabb. (Legem 12. tabul. Justi-  
nians vocat antiquissimam & primam pen-  
d. *Scip. Romanarum. Nov. 22. e. 2.*) primordia  
& quasi incunabula totius juris civilis. De præ-  
stantia & excellentia earundem legum ita Cicero  
lib. 1. de orat. 193. 194. 195. Sive quis,  
inquit , civilem scientiam contempletur ,  
quam Scævola non putas oratoris esse pro-  
prium , sed consuetam ex alio genere prudenti-  
æ , totam hanc , descriptis omnibus civita-  
tis utilitatibus ac partibus , 12. tabulis con-  
tineri videbitis ; sive quem ista præpotens &  
gloriosa Philosophia delectat (dicam auda-  
cium) hocce habet fontes omnium disputatio-  
num suarum , qui jure civili & legibus conti-  
nentur. Ex his enim & dignitatem maximè  
expetendam videmus , cum verus atque  
honestus labor honoribus , præmiis atque  
splendore decipitur , vitia autem atque frau-  
des hominum , damnis , ignominis , vinculis ,  
verberibus , exiliis , morte , mutantur : &  
docentur , non infirmis concertationumque  
plenis disputationibus , sed auctoritate nu-

tuque legum domitas habere libidines, coherere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Fremant omnes licet, dicam quod sentio, bibliothecas meherculè omnium Philosophorum unus mihi videtur 12. tabb. libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare. Idem Cicero lib. 2. de leg. 59. Discubamus, ait, pueri duodecim, ut carmen necessarium. Apud Gell. lib. 20. c. 1. Sextus Cæcilius Ictus laudat, inquisitis exploratisque multis urbium legibus, eleganti atque absoluta brevitate verborum scriptas. omninoque egregia illi refertur disceptatio Cæcili cum Phavorino Philosopho (qui ait, se non minus cupide tabulas istas 12. legisse, quàm illos 10. libros Platonis de legibus) de legum harum duritia vel æquitate. Nunc illius thesauri fragmenta duntaxat quædam supersunt, hinc inde in variis scriptoribus dispersa; quibus colligendis & illustrandis multi præclari viri operam laudabilem impenderunt; Rivallius, Oldendorpius, Balduinus, Hotomannus, Cujacius, Ræuardus, Pratejus, Turnebus, Scaliger, Lipsius, Rittershusius, alii; nuperque præ cæteris Jacobus Gothofredus. Et olim veteres prudentes, Sextus Ælius, Sulpitius, Labeo, Cajus, commentariis suis easdem dignati sunt.

Ac

Ac tandem tamen eò res devenit, ut L. Æbutius Trib. pl. ad populum ferret, ut 12. tabb. capita, que reipublice propter antiquitatem obsoletasque res, inutilia essent, abrogarentur, solæ legis actiones centumviralium causarum manerent. Ita Gell. lib. 16. c. 10. Omnis illa, inquit, 12. tabb. antiquitas, nisi in legis actionibus centumviralium causarum, Lege Æbutia lata consopita. Et Lud. Charondas de hac lege in fragmento quodam Romanæ antiquitatis sic reperiri ait: L. Æbutius trib. pl. vir popularis, legem tulit ad populum, ut 12. tabb. capita, que inutilia essent Reipublice, tollerentur. que lex multis contradicentibus tandem rogata est. Rosin. lib. 8. c. 7.

Cæpi, ut naturaliter &c. ] Vulgò legitur, ut naturaliter evenire solet, ut interpretatio desideraret prudentium auctoritatem, necessariamque Disputationem fori. Goveamus 1. var. 24. ita restituit. Cæpi, (ut naturaliter evenire solet, ut interpretatio desideraret prudentium auctoritatem) necessaria esse disputatio fori. Locus omnino corruptus est. Sententia autem satis obvia hæc; factum esse, ut sequeretur Disputatio fori, cum leges istæ & pauciores & brevitate obscuriores, & generatiores, quàm ut ad omnes factorum species facile applicarentur, adeoque naturaliter, hoc est, naturâ suâ, & pro conditione quâ erant, interpretationem prudentium desiderarent.

Nam cùm non facilè omnibus idem videatur in ambiguo, sed unus his, alius aliis rationibus, & in diversum moveatur, & quisque suo utatur & fruatur ingenio, evenit, ut citra *disputationem* & sententiarum diversitatem non sit legum interpretatio. Patet hoc in interpretatione juris civilis, dum tot sectæ Jctorum occurrant, & annotatæ sint jure nostro. De quibus in sequentibus. Sed & huc pertinet *disputatio*, ut ex collatione argumentorum & rationum eò plenius eluceat veritas. Gothofredus hinc notam apponit, *colligendum hinc, statuta, interpretationes legum vetantia, pugnare cum natura*. Mirus planè, imprimis ad sensum Pomponii, commentarius. Neque statuta ejusmodi *interpretationem*, quam Pomponius indigitat, Jctorum propriam, in quà ferè artis boni & æqui facultatem consistere scitum est, prohibere intelligenda sunt; sed temerariis rabularum altercationibus & corruptoribus jurisprudentiæ occurrere velle, *quibus, ut ait Bach. hic, nihil tam elare sancitum esse potest, ut non disputando & cavillando in controversiam vocent; imò temerarios, non explicandis, sed intricandis & conturbandis juribus servientes commentarios vetare, cujusmodi magna pars est eorum, qui à veteribus nobis relictæ, sunt in precio. qui si nunquam proditi essent, meliori loco staret jurisprudentia*. Et hos vetuit Justinianus sub

sub poena falsi & corruptionis librorum, in  
const. Tanta. §. 21:

Fori ] Forum dicitur & forus. Masculino  
genere legitur apud Isidorum lib. 15. c. 2. Fo-  
rus est exercendarum litium locus. indeque in  
c. forus. Extra. de V. S. At de hoc masculino  
Fr. Polletus initio historię suę fori Romani,  
Forus inquit, qui inductus ab Isidoro in jus Lati-  
norum obrepserat, nomine justissimo, ut reus pe-  
regrinitatis, dudum facessere jussus est.

Sanè Græci dicunt φόρος, non tantum  
pro vectigali aut tributo, sed & pro loco rerum  
venalium. Ita Suidas: φόρος τὸ πωλήθηριον,  
ὃ τὸ πῶν ἢ πωλήσει τὰ ὄνια. Refert  
Martin. in Lexico, verbo, Forum. Varro de  
ling. Lat. c. 4. Quò conferrent, inquit, suas  
controversias, & quæ vendere vellent, & quæ  
queque ferrent, forum appellarunt. Indigitat,  
à ferendo dictum. Isidorus à fando, vel à Pho-  
rone rege Argivorum, qui primus Græcis leges  
dedit, deducit. quod Polletus, & ante eum Al-  
ciat. lib. 2. dssunt. c. 24. meritò riserunt &  
exploserunt.

Forum sex modis accipi scribit Festus. 1. ne-  
gociationis locum, ut forum Flamini-  
um, forum Iulium, forum Sempronium, ab  
eorum nominibus, qui ea constituenda cu-  
raverunt, quod etiam in locis privatis & in  
villis, & in agris, fieri soleat. 2. locum in

quo judicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. 3. cum is, qui provincie praest, forum agere dicitur, cum civitates vocat, & de controversiis eorum cognoscit. 4. cum id forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulchri dici solet. 5. locus in navi. sed ita masculino genere & numero plurali usurpato. 6. circensia spectacula. h. e. in circo loca erecta, ut ex iis spectetur. Ut apud Livium lib. 1. Tum primum, ait, circo, qui maximus dicitur, designatus est locus, divisa loca patribus equitibusque, ut spectacula sibi quisque faceret, fori appellati. Ex quibus etiam minores forulos dicimus armaria, quibus libri reponuntur. Secunda significatio est hujus loci. Populus a. Romanus intra urbem diu uno tantum usus est foro, quod & Latinum & Latium, & quandoque, ut Martiali, Palladium, quod Palladis templum in eo esset, vocabatur. Erant in eo & Castoris ac Pollucis, & Saturni (ubi aerarium) & Concordiae & Pacis templa; item curia Hostilia, Rostra, Comitium, Graecostasis (quasi statio Graecorum. locus ad Comitium, in quo nationum sisterent legati, ad senatum missi. Varro de ling. Lat. lib. 4. Martin. in Lexico, verbo hoc: ) Senaculum, Gradus Aurelii, tabernae numulariorum, Colossus Domitiani &c. Post a Julio Caesare aliud forum constitutum, de quo Sueton. in Jul. Caes.

e. 26. Octavius Augustus forum tertium adjecit propter hominum judiciorumque multitudinem. Suet. lib. 2. c. 26. Accessit & forum Nervæ, quod *transitorium* dictum. Lamprid, in Severo. Denique quintum Trajani, quod & *Vlpium* dictum est, celeberrimum, in quo columna 140. cubitos alta fuit, in quâ res ab ipso gestæ exactissimè fuerunt incisæ. Gell. lib. 13. c. 23. initio hujus fori meminit. Pollet. *hist. fori Rom. lib. 1. c. 3.*

Hoc jus quod *sine scripto venit*] Jus illud, quod interpretatione & responsis prudentium constat, hic dicitur, *sine scripto venire*; §. 3. Inst. de j. n. g. & civ. refertur inter eas juris partes, quæ *scripto veniunt*. *Scriptum jus*, ait Imperator, est *Lex, plebiscita, Senatus Consulta, Principum placita, Magistratum edicta, responsa prudentium*. Sed illic *jus scriptum* opponitur *consuetudini & juri moribus* introducto; quæ sanè jus non est hoc de quo agimus; non, quod in scripturam reductum sit (nam & mores in scripturam rediguntur, & hoc ipso tamen haud desinunt esse mores sive jus morum) sed quia non ex *moribus* h. e. tacito usu, prodiit aut inductum est; sed à prudentibus interpretatione juris scripti insinuatam & suppeditatam.

Attamen hic & *sine scripto venire* dicitur, quod, non, ut valeat & pro jure habeatur, *scripto propositum* sit [cùm ea non sit autoritas Jurisconsultorum] sed quod à *viris juris per-*



tis ad consultationes judicum & partium, vel spontè *traditum*, receptum, & pro jure habitum sit.

*Propria parte non appellatur*] Hoc est, cum sit pars juris nostri, sive, quo Resp. Romana utitur, non tamen propriam, ut aliz partes, nomen obtinuit, sed fert nomen generis, vel commune, vocaturque *jus civile*. Et hæc specialis & valdè restricta est *juris civilis* appellatio, respectu ejus, quod latius dicitur pro eo, quod *juri gentium & naturali* contradistinguitur, & omnes juris Romani species complectitur. l. 7. ff. de I. & I. Conf. Sigon. lib. 1. de ant. jur. civ. R. c. 5. vers. Quoniam autem Bachov. in comm. ad 1. p. Pand. ad h. loc. pag. 86.

*Datis propriis nominibus cæteris partibus*] Hæc verba abundant.

6. Deinde ex his legibus, eodem tempore ferè, Actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas Actiones ne populus, prout vellet, institueret, certas solemnesque esse voluerunt. & appellatur hæc pars juris, **LEGIS ACTIONES**, id est legitimæ Actiones. Et ita eodem penè tempore tria hæc jura nata

nata sunt : Leges duodecim tabularum : ex his fluere cœpit jus Civile : ex iisdem Legis actiones compositæ sunt. Omnium tamen harum *legum 12. tabular.* & interpretandi scientia & Actiones, apud collegium Pontificum erant : ex quibus constituebatur, quis quoquo auno præesset privatis, & ferè populus annis propè centum hac consuetudine usus est.

*Deinde ex his Legibus actiones compositæ ] Ex LL. 12. tabb. compositæ, h. e. compositæ sunt actionum solennes formule, quibus virtute legum 12. tabb. quisque rem suam persequi judicio posset. Ipsum scilicet jus agendi jure civili non proditum, sed ex obligatione qualibet jurgentium venit. de quo alibi pluribus. At formule certæ ac solennes à JCrīs olim inventæ, ut & honori & emolumentis suis consulere, dum super illis, vulgo incognitis, ipsi perpetuò adeundi & consulendi essent. Frustrà igitur est Bartolus (in l. frater & fr. ff. de cond. ind. l. ita stipulatus. ff. d. v. o. & passim alibi) qui per hunc textum, actiones inventum esse juris civilis, opinatur.*

*Ne populus, prout velles, institueres ] Cic. lib.*

1. de orat. 186. *Veteres*, ait, *illi*, qui huius scientiæ præfuerunt, obtinendæ atque augendæ potentiæ suæ causâ, per vulgari artem suam noluerunt. Idem lib. 2. de leg. Jctis studium erroris objiciendi tribuit, quò plura & difficiliora scire videantur; indeque factum suspicatur (quanquam & alteram causam ejus rei adjungat verisimiliorem, ignorantiam docendi, quandoquidem non tantùm scire aliquid sit artis, sed & quædam ars sit docendi) ut sæpè, quod positum esset in una cognitione, id in infinitum dispergeretur.

Legis actiones ] Lege agere erat ex præscripta formulâ secundum legem in jure agere. Sigonius l. 1. de judiciis c. 9. Lege autem, inquit, agere nihil aliud erat, quàm aliquid eorum, quæ lege continerentur, apud prætorem, vel apud eum, qui talem jurisdictionem haberet, in jure obire. Et pauld post: *Legis actiones formulæ fuerunt agendi.* & rursus. *At verò legis actiones dictæ sunt, quod earum rerum, de quibus Lex 12. tabb. scripta erat, privatim agendarum formulam præscribebant.* Infra h. text. §. 12. *Legis actiones, quæ formam agendi continent.* Attamen & latius lege agere erat ex præscripto legis agere, ut, cum *litor* implendo officium suum lege agere diceretur. Ita Valer. lib. 3. c. 8. de Fulvio Flacco Proconsule, *sæviente in Senatum Capua*

prantim, Deligatis, ait, ad palum hostibus literas à Patribus conscriptis nequicquam Capuanis salutare accepit. In sinistra enim eas manu, sicut erant traditæ, reposuit, ac jussu lictore lege agere, tunc demum aperuit, postquam eis obtemperari non poterat. Eodem modo Livius lib. 26. c. 15. de eodem, cum istam historiam refert; præconi, ait, imperavit, ut lictorem lege agere juberet. Significabat illic lege agere, virgis cedere & securi percutere, exsequendo sententiam in vinctos dictam.

Magistratus quidam dicuntur, apud quos legis actio sit, quidam, apud quos ea non sit. ut l. 4. ff. de adopt. l. 3. ff. de off. procons. Budæus in annotationibus ad d. l. 4. Magistratus, inquit, apud quem legis actio est, magistratus is est, qui plenam jurisdictionem habet, & ordinariam, apud quem experiri omnium actione adversus unumquemque possumus. Videtur juvare Budæum, quod Imperator in l. 1. C. de adopt. adoptari jure civili non nisi apud eum ait magistratum posse, apud quem plena legis actio est.

Nihilominus & lege agere strictius tandem, ac non nisi de actibus legitimis, qui ita speciatim vocantur l. 77. ff. de Reg. jur. usurpatum, evincere videtur lex 123. ff. de Reg. jur. Denique certum est, extra hunc titulum de or. jur. legis actionem toto jure nostro, non nisi actibus

*voluntaria jurisdictionis applicati.* Pluribus haec de re, & contra sententias Cujacii & Hotomanni ( quorum ille *idem esse legitimos actus & legis actiones*; hic *legis actiones esse docet, quae ex verbis legis conceptae sint, legitimos actus, qui ex mente & sententiâ, adeoque & legis actiones extra jus & sine magistratu expediri posse, agit Scip. Gent. lib. 1. de jurisd. c. 34.*

*Omniium tamen harum*] Procul dubio intelliguntur *leges 12. tabb.* ut harum & interpretandi scientia & actiones pertinuerint ad *pontifices.* Nam nec juris civilis, ( quod in interpretatione consistit ) nec legis actionum, *interpretandi scientia, nec actiones rectè dicuntur.* Refertur igitur verbum *Harum* ad verba paulò ante præcedentia: *Ex iisdem legibus.*

*Apud Colleg. Pontificum*] Pontifex dictus ( ut vult Q. Mutius Scævola, ipse Pontifex maximus ) à *posse facere, quod facere, h. e. offerre & sacrificare possit; vel, ut Varroni lib. 4. de ling. Latin. videtur, itè Dionysio lib. 2. à ponte facièndo.* Nam ab iis, inquit Varro, *publicius est factus primùm, & restitutus sæpè, quod eo sacra et uis & cis Tiberim non mediocri ritu fiant.* Dionysius ita: *Ultima, ait, Nume institutorum pars cominebas sacra maximi apud Romanos sacerdotii, & cujus potestas est amplissima. Hi ad aro suorum operum, videlicet, facièndo ponte publicio, vocantur Pontifices.* Eodemque pertinet, quod idem Dionysius lib. 3. de Anco Mar-

Marcio prodidit. *Sublicium quoque*, inquit, pontem, mere lignum, cui compingendo nefas est quicquam ferri arisve addere, ille imposuisse *Tiberi* dicitur; qui hodieque superest, & sacer habetur ab omnibus. quod si qua pars ejus sarcienda est, id pontifices curant, non sine solenni sacrificio. *Suidas* ita refert: πρὸς ἱφ. & apud Romanos magnus sacerdos, quem *Numa Romanorum* legislator constituit, quum *Tiberis* violento fluxu delatus antiquissimum pontem invasis. Hic votis placatoriis ad fluvium factis, ne pontem dirumperet, studio perficere, ut quietè & moderatè pontem toleraret. item eos, qui Pontifices & Flamines dicuntur, sacerdotibus præfecit. Quo item hanc originationem approbare & stabilire videtur. *Zosimus in Gratian. Valentin 11. & Theodos.* à ponte quidem æquè nomen ducit, at aliâ ratione, quod nempe primæ deorum effigies in *Theffalia* ponte *Penei* fluminis collocatæ essent. Et à Græcis Romanos accepisse Sacerdotum illam appellationem docet.

Porrò de officio & dignitate Pontificum ita *Dionys. lib. 2. Summa*; inquit, autoritate præditi. Nam de omnibus causis ad sacra pertinentibus judicant, tam inter magistratus sacrificos, quam inter privatos homines; novasque leges de sacris arbitrato suo condunt, scibi destituuntur scriptis legibus; &

magistratus, penes quos ceremonia sunt, ac sacrificia, sacerdotesque omnes examinant; ministros quoque sacrorum in officio continent, ne quid præter solennes ritus faciant; à profano etiam & imperito vulgo consuluntur de cultu deorum & genierum, aliisque religionibus. Quod si quem animadvertant præscripta sua contemnere, eum multant pro delicti magnitudine. Ipsi nullius potestati sunt obnoxii; nec tenentur ad reddendam rationem vel Senatui vel populo. Id genus sacerdotes, sive sacri doctores, sive sacrarium legum consulti, sive sacrorum custodes rectè dicendi sunt. Ego hierophantas nostris appellari dixerim. Hactenus Dionysius.

Quatuor à Numa instituti, qui semper ex patriciis cooptati usque ad ann. U. C. 454. quo tempore Q. & Cn. Ogulni Tribuni pl. legem tulerunt, ut numerus pontificum & augurum augetur, & pars eorum ex plebe crearetur. Factique tunc sunt octo pontifices.

Tandem Sylla dictator 15. pontifices, (& totidem augures) fecit; eorumque octo, h. est, priores, & in eorum locum subrogati, dicti pontifices Majores, reliqui septem adscititii, Minores dicti.

Univerfus Pontificum cætus Collegium pontificum vocabatur.

Unus autem Pontificum omnium supremus erat, qui & Maximus dicebatur, à Numa itidem institutus, quod, ut Dionysius tradit, Maxima-

rum rerum, quæ ad sacra & religionem perti-  
nent, iudex esset, & vindex contumacia priva-  
torum & magistratum. Festus Pontificem maxi-  
mum iudicem atque arbitrum ait rerum Divina-  
rum atque humanarum esse.

Pontifex maximus ex collegio Pontificum  
creabatur, at non collegarum cooptatione, ut  
in cæteris præter Regem sacrificulum (qui cen-  
turiatis comitiis creabatur, ut supra annotatum)  
sacerdotibus ante leg. Domitiam moris erat, sed  
tributis populi comitiis, uti & post cæteri illi o-  
lim à collegis cooptari soliti, auctoritate illius,  
non tamen, nisi 17. tribubus convocatis. v. Pigh.  
anal. ad ann. V. C. 649. pag. 153.

Multo etiam tempore non nisi ex patribus sive  
patriciis creabatur; donec postremò omnibus  
honoribus cum plebe communicatis, pontifex  
quoque maximus ex plebe primus creatus est  
T. Coruncanius; post quem multi tam plebeji  
quam patricii secuti usque ad J. Cæsarem. Post  
hujus mortem Pontificatum perveniit invalit Le-  
pidus; quo mortuo illum suscepit Augustus. Dis-  
lib. 54. ad ann. 741. Cum igitur decens videret-  
tur, ut, qui totius imperii possessionem adeptus  
esset, & supremam divinarum rerum autori-  
tatem haberet, ab Augusto deinceps omnes  
Romani Imperatores Pontificum Maximorum  
titulum gesserunt, usque ad Gratianum, qui  
primus, teste Zosimo, amictum sacerdotalem  
à pontificibus sibi oblatum averſatus est, &  
edicto



edicto proposito se Pontificem Maximum appellari vetuit. Ipsum a Pontificum Collegium paulo post à *Theodosio seniore*, cum omni alio gentili sacerdotio sublatum est, redditibus eorum fisco applicatis. Apud hoc pontificum Collegium igitur erant & interpretandi scientia, & *legum actiones*, h. est, uti dictum, *formule*, quibus cuique experiendum esset, *solennes*. Retinuit hanc auctoritatem collegium pontificum, ut ipsi, ceu rerum divinarum atque humanarum periti, juris universi quasi custodes, interpretes, ac dispensatores essent. Causam autem hæc res, ut jus esset in manu pontificum, hanc videtur habuisse, tum quod *jus sacrum* aut *sacrorum*, pars juris publici esset, ut adeo & Pontifices jurisconsultos, & jurisconsultos rerum ad Pontifices pertinentium scientia præditos esse oporteret; tum, quod temporum dierumque differentiarum & ordinatio, indeque *fastorum* & *nefastorum* dierum declaratio, penes eosdem esset.

*Fasti* autem dicebantur, quibus diebus lege agere, & tria verba, *do, dico, addico*, profari liceret. Quibus demum, & non aliis, quisque jus suum iudicio persequi poterat, *Ovid. lib. 1. fast.* *Ille nefastus eris, per quem tria verba silentur, Fastus eris, per quem lege licet agi.* Et alii dies *toti fasti*, vel *toti nefasti* erant, alii *partim fasti*, *partim nefasti*. Et horum erant aut *priore parte fasti*, *posteriori nefasti*; aut *priore nefasti*, *posteriori fasti*;

*fasti, aut priore & posteriore nefasti, media fasti. Vide hæc & alia accuratius exposita apud Sibr. Sicca-  
ma in præcidan. in fastos Calendares Romanos. c. 2.*

Sed imprimis *venerationis causâ*, ut jura, tanquam à Deo prodita, hoc venerabiliora essent, à Pontificibus ea peti voluisse Romana antiquitas videtur.

Fuere omninò optimi ac præstantissimi juris consultorum in Collegium Pontificum allecti. Ita de Scævola Valer. lib. 8. c. 8. *Cam, inquit, bene ac diu jura civium & ceremonias deorum ordinaisset. Eundemque Q. Mucium Scævola, summum Jctum, Pontificem quoque Maximum fuisse, meminit Pompon. hic §. 41.*

*Præfesset privatis* nempe *jus reddendo de sacris privatorum, & sepulchris & locis religiosis (v. l. fin. ff. de jure consulentibus respondendo, aliterum, quibus agi oporteret, rationem aperiendo, & formulas actionum dando. conf. Briffon. sel. antiq. lib. 1. c. ult.*

Cæterùm dabant & *Magistratus actionem, & cum formula partes ad judicem mittebant. Male ait Gothofred. in not. hic, item ad l. 15. §. 28. De damno inf. post pontifices Prætores actiones dictasse. h. est, cum id olim ad Pontifices pertinuerit, post prætorum fuisse.*

Nam aliter *Pontifices, aliter magistratus dabant. Illi monstrabant jus & formam expediendi, qua instructus actor post in jure Reo actionem, qua usus erat, edebat, tumque eam*

eam à prætore sibi dari, h. est, concedi, eoque nomine *judicem sibi dari*, postulabat. Prætor audito & Reo, ejusque exceptionibus cognitis, in vim concedendæ actionis rem complectebatur *formula*, continente scil. & *actionem* & *exceptionem*, cumque illa mittebat ad *judicem* veluti; *Cai Aquili, judex esto. si paret, fundum, de quo Servilius agit cum Catulo, Servilii esse ex jure Quiritium, neque is Servilio à Catulo restituatur, tum Catulum condemna.* Aut, si *exceptionem* allegarat Reus: *si paret, Titium Cajo ex mutuo debere centum, nisi pactus sit Cajo de non petendo, condemna.* V. Sigon. de jud. lib. 1. c. 17. in. f. c. 18. 19. 20. & seqq.

Pontifices, inquam, *formulam agendi*, jusque suum in jure proponendi sine peccato (nam si minus ritè quis egisset, causa cadebat, aut *formula excidisse* dicebatur. Sueton. in Claud. c. 14. Nam & iis, qui apud *judices privatos*, plus petendo *formula excidissent*, restituit *actionem*. Vide illic Schild) ostendebant. Prætor dabat potestatem, *actione edita* jus suum prosequendi. Item is magistratum iniens edicto quod proponebat, ex certis causis, *juris civilis vel interpretandi, vel supplendi causa*, se *judicium vel actionem daturum, agere permissurum, agendi potestatem facturum*, promittebat. Exempla ex jure nostro collegit Briffon. lib. 3. de formul. pag. 282. & seqq. Quandoque & *negaturum se actionem vel judicium, vel non daturum*, edicebat. V. Briff. ibid.

*Actio prope centum* ] Nempe à legitimis actionibus ex jure Decemvirali five 12. tabb. compositis, usque ad publicationem per Cn. Flavium factam.

At is, teste Liv. lib. 9. *inf.* Consulibus P. Sulpicio Aurrone, five Saverrone, & P. Sempronio Sopho (qui consulatus incidit in an. V C. 449. juxta Cont. & Helvicum, 450. secundum Onuphrium, 451. juxta Emmium) factus est ædilis curulis. Erunt itaque plus quam 100. anni, & propè 150. Bachov. hic putat, rectius populum dici illa consuetudine *per aliquot secula usum*, secundum Valer. Max. qui lib. 2. c. 1. scribit, *jus civile per multa secula inter sacra ceremoniasque deorum immortalium abditum, solisque pontificibus notum fuisse.* Et seculum tamen accipit, non pro spacio 100. annorum, sed pro 30. annis, juxta illud Virgilii 8. Æneid. Est mihi tarda gelu seclisque effata senectus. ubi Servius seculum pro spacio 30. annorum dici annotavit.

Sed loquitur utique Pomponius de usu petendarum legis actionum ex legibus 12. tabb. compositarum à Pontificibus, qui usus non poterat fuisse, antequam leges ipsæ 12. tabb. scriptæ & proditæ fuerant. Illud verò, quòd Valerius d. loco de jure inter sacra & in feriniis Pontificum abdito memorat, latius est, quam ut ad formulas istas agendi restringi possit: omninoque custodia juris,

ut in superioribus dictum, jam à seculis, non tricennialibus, sed 100 annorum ac proprie dictis, apud Pontifices fuerat.

7. Postea cum Appius Claudius proposuisset, & ad formam redegit has actiones, Gnæus Flavius, scriba ejus, libertini filius, subreptum librum populo tradidit, & adeò gratum fuit id munus populo, ut Tribunus plebis fieret, & Senator, & Ædilis curulis, Hic liber, qui actiones continet, appellatur **IUS CIVILE FLAVIANVM.** sicut ille **IUS CIVILE PAPIRIANVM.** nam nec Gnæus Flavius de suo quicquam adiecit libro, Augescente civitate, quia deerant quædam genera agendi, non post multum temporis spatium Sextus Ælius alias actiones composuit, & librum populo dedit, qui appellatur **IUS ÆLIANVM.**

*Postea, cum Appius Claudius* ] is est qui vocatur *Cæcus*, quia scilicet tandem est *cæcus factus,*

factus, dum in senatu esset. Mentio ipsius est, ut cæci, in l. 1. §. 5. *inf. de postulando*. Plurimum Appiorum Claudiorum mentio est in historia Romana. Sueton, in *Tiberio de Claudiis* ita initio libri Patricia, inquit, gens Claudia (fuit enim & alia plebeja, nec potentia minor nec dignitate) orta est ex Regillis, oppido Saborum. Inde Romam recens conditam, cum magna clientum manu commigravit, auctore Tito Tatius consorte Romuli, vel, quod magis constat, Atta Claudio, gentis principe, post reges exactos sexto fere anno à patribus in patricios cooptata. Agrum insuper trans Anisnem clientibus, locumque sibi ad sepulturam sub Capitolio publice accepit. Deinceps procedente tempore, duodeviginti Consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ovationes, adæpta est. Et paulo post: Multa, ait, multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admissa in Remp. exstant. Sed, ut præcipua commemorem, Appius Cæcus societatem cum Rege Pyrrho, ut parum salubrem, iniri dissuasit. Claudius Caudex primus freto classe transsedo, Pænos Sicilia expulit. Claudius Nero advenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Asdrubalem, prius quàm Hannibali fratri con-

*jungeretur, oppressit. Contra Claudius Ap-  
 pius Regillianus Decemvir legibus scribendis,  
 virginem ingenuam per vim libidinis gratia  
 in servitutem asserere conatus, causa fuit ple-  
 bi, secedendi rursus à Patribus. &c. Hæc  
 Suetonius. Apparet ex hoc loco (1) antiquitas  
 & præstantia gentis Claudie, (2) Et hunc Ap-  
 pium Claudium, cujus hoc §. mentio est, &  
 alterum Decemvirum, cujus in seqq. memo-  
 ria est, unius gentis esse, quod & infra §. 36.  
 insinuat. De hoc Appio Claudio, ejusque  
 cæcitate sic refert Livius lib. 9. c. 29. *Et Cen-  
 sura clara, inquit, eo anno, (is erat ab V.  
 C. 442. secund. Onuphr. & Helvicum,  
 at secund. Contium in fastis consulari-  
 bus 441. Emni. 444. Consulibus M. Vale-  
 rio Maximo, P. Decio Mure) Appii Clau-  
 dii & C. Plautii fuit: memoria tamen feli-  
 cioris ad posterum nomen Appii &c. Paulò  
 post: Eodem, ait, Appio auctore Potitia gens,  
 cujus ad aram maximam Herculis familiare  
 sacerdotium fuerat, servos publicos ministe-  
 rii delegandi causa, solenniter ejus sacri docue-  
 rat. Traditur inde dictu mirabile, & quod  
 dimovendis statu suo sacris religionem face-  
 re posset; cum duodecim familie ea tempesta-  
 te Potitorum essent, puberes ad triginta,  
 omnes intra annum cum stirpe extinctos, nec  
 nomen tantum Potitorum interisse, sed Cen-  
 sorem**

*forem etiam Appium memori deum irâ post aliquot annos luminibus captum.*

Notabilis est oratio Sempronii Trib. pl. in hunc Appium, apud Liv. lib. 9. c. 34. quâ & genus, & facinus circa religionem, ei quàm acerbissimè exprobratur. *En, Quirites, inquit, illius Appii progenies, qui Decemvir in annum creatus, altero anno se ipse creavit, tertio nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus fasces & imperium obtinuit, nec ante continuando abstinit magistratu, quàm obruerent eum malè parta, malè gesta, malè retenta imperia. Hæc est eadem familia, Quirites, cujus vi atque injuriis compulsus extorres patriâ sacrum montem cepistis; hæc, adversus quam Tribunitium auxilium vobis comparastis; hæc, propter quam duo ex exercitus Aventinum insedistis; hæc, quæ fenebres leges; hæc, quæ agrarias semper impugnavit; hæc connubia Patrum & plebis interrupit; hæc plebi ad curules magistratus iter obsepsit. Hoc est nomen multo quàm Tarquiniorum, infestius vestræ libertati. Paulo post familiam vocat imperiosissimam & superbissimam.*

Et rursus; *Penitet, inquit, quòd Antiquissimum solenne, & solum ab ipso, cui fit, institutum deo, ab nobilissimis antistitibus ejus sacri, ad servorum ministerium religiosus*

D. 2

censor



*censor deduxisti. Gens antiquior originibus urbis hujus, hospite deorum immortalium sancta, propter te ac tuam censuram intra annum ab stirpe extincta est. nisi universam rempublicam eo nefario obstrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus. &c.*

Idem est, quem d. §. 36. Centimanum dictum esse legitur, de quo infra. Fuit a. Vir maximâ juris scientiâ clarus, ut ibid. de eo prædicatur.

*Cum App. Claudius proposuisset & ad formam redegisset has actiones ]* Quænam hæc propositio, & quænam ad formam redactio actionum fuerit, nemo explicuit, nec videtur explicabile. Est interpres non infimi subsellij, qui ait, Pomponium scripsisse [*ad formulam redegisset has actiones*] pro quo Tribonianus maluerit [*ad formam*] quod jam lege Constantini formula exolevissent. Sed unde hoc visum viro excellentissimo & acutissimo, non satis video. Nam quid illa tot seculis infecuta lex Constantini ad historiam de Appii Claudii facta, ut ejus legis causâ hic Tribonianus quid mutasse credi possit? Et, cum legis actiones ex ll. 12. tabb. compositæ, nihil fuerint, nisi formulæ agendi, qui dicetur Claudius *formulas redegisse ad formulam?* Et rursus, quæ, & ubi facta earundem legis actionum propositio? Infra, d. §. 36. dicitur, *traditum esse, hunc etiam actiones scripsisse, primum de usurpationibus, qui liber non existet.* Planè

Planè non videtur quidquam aliud, hoc quidem loco, significari, quàm, quòd Appius dictas legitimas actiones & formulas peculiari libro collectas certo ordine digesserit. Et fortè pro, *proposuisset, legendum, disposuisset.*

*Cn. Flavius, scriba ejus, libertini filius, surreptum librum populo tradidit &c.*) Historia hæc ita habet apud Val. Max. loco paulo antè citato, *lib. 2. c. 1. ius civile per multa secula inter sacra ceremoniasque deorum immortalium abditum, solisque Pontificibus notum, Cn. Flavius, libertino patre genitus, & scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus ædilis curulis, vulgavit, ac fastos penè toto foro exposuit.*

Apud Livium *lib. 9. in f.* ita: *Eodem inquit, anno C. Flavius Cn. filius, scriba, patre libertino, humili fortuna ortus, ceterum callidus vir & facundus, ædilis curulis fuit. Invenio in quibusdam annalibus, cum appareret ædilibus, fierique se pro tribu ædilem videret, neque accipi nomen, quod scriptum faceret (Scriptum facere, est, scribendo victum lucrari. Gell. lib. 6. cap. 9.) tabulam posuisse, & jurasse, se scriptum non facturum; quem aliquanto antea defisse scriptum facere, arguit Maceus Licinius, tribunatu antè gesto, triumviratibusque, nocturno, altero colonia deducenda. Ceterum (id quod*

haud discrepat ) contumaciâ adversus con-  
temnentes humilitatem suam nobiles certavi-  
dit. Civile jus , repositum in penetralibus  
Pontificum evulgavit , fastosque circa fo-  
rum in albo proposuit , ut quando lege agi  
posset , sciretur.

Discrepant hi duo auctores à Pomponio , qui  
ante ædilitatem adeptam , adhuc scribam Ap-  
pii, vulgasse , & librum populo tradidisse Flavi-  
um vult , eoque ædilitatis honorem meruisse.  
Illi autem, factum ab eo postea dicunt, ulciscen-  
di contentum sui causa.

Attamen & Cic. *pro Muræna. 25. & lib. 6. ep.*  
*1. ad Attic.* consentit cum relatione Pomponii;  
& *in d. ep.* memorat hac de re opinionum varietatem.  
Verba in orat. *pro Mur.* hæc sunt : *Posset*  
*agi legi, nec ne, pauci quondam sciebant.*  
*Fastos enim vulgò non habebant. Erant in*  
*magna potentia, qui consulebantur, à quibus*  
*etiam dies, tanquam à Chaldæis, petebantur.*  
*Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui*  
*cornicum oculos confixerit, & singulis diebus*  
*ediscendos fastos populo proposuerit, & ab*  
*ipsis cautis Ictis eorum sapientiam compila-*  
*rit.*

Ad Atticum ita scribit : *Vnum isoginon*  
*requiris de Cn. Flavio, Cn. Filio. Ille verò an-*  
*te Decemviros non fuit, quippe qui Ædilis*  
*Curia*

Curulis fuerit; qui magistratus multis annis post xviros institutus est. Quid ergo profecit, quod protulit fastos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi peterentur à paucis. Nec verò pauci sunt auctores, Cn. Flavium scribam fastos protulisse, actionesque composuisse; ne me hoc (vel potius Africanum. is n. loquitur) commentum putes.

Sed & Plinius, lib. 33, hist. nat. c. 1. sic scribit: Frequentior usus annulorum non ante Cn. Flavium, Annii (Cic. & Liv. Cneum patrem vocant) filium deprehenditur. Hic namque publicatis diebus fastis, quos populus à paucis principum quotidie petebat, & tantam gratiam plebis adeptus est, alioquin libertino patre genitus, & ipse Appii Cæci scriba, cuius hortatu exceperat eos dies, consultando assidue sagaci ingenio, promulgaveratque, ut ædilis curulis crearetur cum Q. Anicio Prænestino, qui paucis antè annis hostis fuisset, præteritis C. Petilio & Domitio, quorum patres Consules fuerunt. Additum Flavio, ut simul & Tribunus plebis esset. Quo factò, tanta Senatus indignatione exarsit, ut annulos ab eo abiectos fuisse, in antiquissimis reperiatur annalibus.

Meminit & hujus Cn. Flavii Annii filii Gell.

lib. 6. c. 9. ubi ex tertio Annali L. Pisonis ita refert: Cn. Flavius patre libertino natus scriptum faciebat. Isque in eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles subrogantur. Eumque primæ tribus ædilem curulem renunciaverunt. At ædilis (non temere suspicatur Gruchius de comit. lib. 2. c. 3. pag. 212. pro, ædilis legendum hinc, ille) qui comitia habebat, negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum ædilem fieri. Cn. Flavius Annii filius dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse. Isque ædilis Curulis factus est. Apparet ex hac relatione, Cn. Flavium non fuisse nominatum populo ab eo qui Comitia habebat, eoque in singulari gratia populi fuisse; quo merito, non exprimitur apud Gellium.

[Subreptum librum] Quo auctore hoc proditum à Pomponio, vel quicumque hujus capitæ fabricator sit? Relati auctores id non ajunt.

[Vi tribunus plebis foret, & Senator, & ædilis curulis] Ædilem Curulem fuisse, omnes testantur, Tribunum plebis etiam Plinius, Senatorem nemo illorum quos vidimus. Sanè habebant & Tribuni plebis jus Senatus habendi, vel aate leg. Atiniam (de qua v. Pigh. annal. ad ann. 623. pag. 20.) ut ex verbis M. Varronis, relatis à Gellio lib. 14. c. ult. inf. non obscure colligitur. quid sibi jam diu antè, anno 298. arrogarint, prodie Halicarn. lib. 10. Imò post L. Atiniam Senatores.

res fuisse Tribunos pl. idem Gellii locus docet. Vid. item. Sigon. *de antiquo jure civ. Rom. lib. 2. c. 2. inf.* Ceterum virtute hujus plebisciti Cn. Flavius senator esse non potuit, si modò id à C. Atinio Labeone, Trib. pl. (ut existimat Sigonius) latum sit, cum is vixerit 170. annis post, quam Cn. Flavius *Ædilis Curulis*, aut Trib. pl. factus est. v. Pigh. d. loco.

*Hic liber, qui affiores continet ]* jus civile, quod in legis actionibus, sive jure & formulis agendi, continebatur, vulgatum à Flavio, refertur dictis locis. Et tamen eisdem, ut præcipuum ferè commemoratur, *quod fastos in foro exposueris.* Imò Plinius unice *fastorum vulgatorum* meminit.

*Ius civile Flavianum ]* Auctores hujus juris non meminere.

Addendum, quod meminit Cic. pro Muræna, ] Ctos evulgationem arcanorum suorum graviter tulisse, aliterque sibi consulere satègisse. Itaque, inquit, irati illi, quod sunt veriti, ne dicrum ratione pervulgata & cognita, sine sua operâ lege possent agi, notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. Quænam a. illæ notæ? Rosinus lib. 8. c. 4. existimat, omnes, quæ à Jctis deinceps componerentur formulæ, notis, h. est, literis singulis aut binis integrum aliquod verbum designantibus, hæc intentione expressas, ut, si fortè rursus evulgarentur, à populo non possent.

possent intelligi, & per consequens earum interpretatio semper à Jctis petenda necessario foret.

Omninò *notarum* ejusmodi usum apud Romanos antiquissimum fuisse constat. Ac in fastis *Ex. gr. notis* omnia signabantur. N. significat diem *nefastum*, F. *fastum* N. P. aut N' diem *priori parte nefastum*. F. P. *priori parte fastum*. Q. R. C. F. *quando Rex*, puta, sacrorum, *comitiavit* (h. est, in comitium venit) *fas*. Ibat enim in Comitium sacrificii causâ, quo properanter peracto, protinus fugâ se è Comitio proripiebat. Unde Plutarchus illas notas Q. R. C. T. interpretatur, Quando Rex Comitio Fugit. Ovid. *fast. lib. 5. ad fin.* *Quatuor inde notis locus est, quibus ordine lectis*

*Vel mos sacrorum, vel fuga Regis inest.* Vide hac de re Sib. Sicc. *in præcidaneis. d. c. 2.* Et in libris Ictorum pleraque notis descripta fuisse, vel ex eo patet, quòd Justinianus in const. *Tanta. §. 22.* tam sollicitè cavit, ne sua jura per *siglorum*, hoc est, veterum notarum, obscuritates, sed plenis dictionibus scriberentur. V. Briss. *de form. passim.* Imprimis Valer. Prob. *de notis Romanorum.* Magnonem *de notis juris.* & Petr. Diacon. *de notis literarum.*

Credendum itaque fuerit, Jctos *novas formulas agendi excogitasse*, easdemque *notis descripsisse.*

*Formularem istam jurisprudentiam falsè exagitat*

gitat Cic. d. loco. pro Muræna. Ita n. Servium Sulpi-  
 tium, unum & præcipuum ex accusatoribus  
 L. Muræne, alloquens: *Et quoniam, inquit, mihi videris istam scientiam juris, danquam filiolam osculari tuam, non patiar, te in tanto errore versari, ut istud, nescio quid, quod tantopere didicisti, præclarum aliquid esse arbitrare. Aliis ego te virtutibus, continentie, gravitatis, justitiæ, fidei, cæteris omnibus, consulatu & omni honore semper dignissimum judicavi. quod quidem jus civile didicisti, non dicam operam perdidisti, sed illud dicam, nullam esse in illa disciplina munitionem ad consulatum viam. Et post: Dignitas in tam tenui scientiâ quæ potest esse? Res n. sunt parvæ. propè in singulis literis atque interpunctionibus verborum occupatæ &c. dignissimus locus, qui in hanc rem, de formula actionum, totus legatur, tum propter antiquitatis cognitionem, tum propter solidum viri excellentis judicium de subtilitatibus istis. quas merito vocat *manissimas prudentiæ, fraudis autem & stultitiæ plenissimas.* Sed & ad hanc formularem jurisprudentiam. (non veram & sublimiorem illam, quam alibi Tullius æstimat ac laudibus ornat.) pertinet ista ab eodem tradita lib. 1. de orat. 236. definitio jurisconsulti: *jurisconsultus ipse, inquit, per se nihil nisi legulejus quidam cautus & acutus, præ-**



*ex actionibus, cantor. formularum, auspiciis sylla-*  
*barum.*

Porro *formulas actionum* omnes ante Justinianum Constantinus planè sustulit, & jurisprudentiam *formularem* cum ambagibus, aucupius, ineptiis suis, facessere iussit, *l. 1. C. de formul. & impetrat. act. sublat.*

*Non post multum temporis spacium*] Quod hic Sexto Ælio tribuitur, utique non post modicum tempus accidit, sed imò post integrum seculum, si modò is Sextus Ælius idem fuerit (ut videtur, & interpretes censent) cum illo, de quo infra mentio est, §. 38. Nam is anno U. C. 555. cum T. Q. Flaminio Consul fuit. Sed hujus facti, & juris Æliani, apud alios auctores non est memoria.

8. Deinde cum esset in civitate Lex duodecim tabularum & jus civile, essent & Legis actiones; evenit, ut plebs in discordiam cum Patribus perveniret, & secederet, sibi que jura constitueret, quæ jura **PLEBISCITA** vocantur. Mox cum revocata est plebs, quia multæ discordiæ nascebantur de his plebiscitis, pro legibus placuit & ea observari, lege  
Hor-

Hortensia, & ita factum est, ut inter Plebiscita & legem species constituendi interesset, potestas autem eadem esset.

*Deinde cum esset in Civitate ]* Hic locus ad historiam cohibitus, mirè utique concinnatus apparet. Plebem ait, cum essent ista commemorata in Civitate, per discordiam *secessisse*. Primum inepta planè & ab omni historię fide aliena est narratio Theophili in paraphrasi §. 5. *Inst. de j. n. g. & cru.* Deinde, quod rem attinet, secessiones plebis tres notantur apud historicos. Prima, quæ fuit in *montem sacrum*; cum plebs, ære alieno obdiuturna bella contracto nec dissoluto se gravatam, à nobilibus creditoribus propterea in vincula & servitutem rapi questæ, præterea ingruentibus periculis ab externo hoste, occasione discordiæ & contentionis utente, semel atque iterum promissis ducum ad capeffenda arma inducta, at obtentis victoriis, contranitente Appio Claudio Sabino, (primus fuit gentis Claudiæ Romæ. Dicitur, antè *Atius*, vel *Ata*, *Clausus*. Relicto Regillo, patriâ suâ in Sabinis, Romam migravit anno post exactos Reges septimo. Anno U. C. 259. Consul fuit cura P. Servilio. Fuit avus Appii Claudii Decemviri. Appii Claudii Cæci Titatus) & junioribus *Sabato*

natorum, delusa, auctore & duce Sicinio Belluto, raptis signis, in monte propè Anienem, post sacro dicto, armata consedit. Facta hæc secessio anno U. C. 260. V. Dionys. lib. 6 Liv. 2. c. 32. & ipsum Pompon. *infra*; §. 20. *Secunda secessio*, ob insolentiam xvirorum, & scelus Appii Claudii xviri, istius Ap. Cl. Sabini nepotis, facta anno U. C. 305. Cum plebs armata ex castris auctore L. Virginio, puellæ, quam Appius libidinis causâ per calumniam in servitutem vocari per hominem impietatis suæ ministrum jusserat, Patre, & per cædem vindice, (*v. infra*, §. 24.) in Urbem cum signis sese proripuit, & in monte *Aventino* consedit; at mox, auctore M. Duellio, qui Tribunus pl. fuerat, inde in *montem sacrum* concessit. Liv. lib. 3. c. 52. Dionys. lib. 11.

Denique *tertia* anno U. C. 467. rursus æris alieni causâ facta in *Ianiculum*. Liv. epit. lib. 11.

Quod si à Pomponio prima indigitetur secessio, falsum est, quod ait, jam tunc in Civitate *Legem 12. tabb.* &c. fuisse. Nam secessio ista 45. annis fuit anterior lege 12. tabb. Quod si secunda, ut vult Zafius hæc, error est, quod ait, illic plebem in secessione *sibi jura constituisse*, quæ *plebiscita* vocarentur. Nam lex *Horatia* quidem, à Consule Horatio, Barbato, vel Barbulâ, post reditum plebis *centuriatis comitiis* lata est, *ut quod, plebs sributus*  
*comi.*

*Comitiis iussisset* (τὴς ἐπὶ τῷ δήμῳ τιθί-  
 τας ἐν ταῖς θυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους)  
*id omnes Quirites teneret. Dionys. lib. 11. &*  
*præterea Consules nova lege, nequis magistra-*  
*tum post hæc ullum sine provocacione crearet; qui*  
*creassit, ut impiane occideretur; neque minùs,*  
*ut tribuni sacrosancti & inviolabiles essent, re-*  
*petita lege firmârunt. At plebs reversa*  
*in Aventinum, tribunos pl. creavit, & quædam*  
*alia libertati suæ tuen læ scivit. In secessione ni-*  
*hil. v. Liv. 3. c. 55. Infra §. 20. h. tit. Sed*  
*in prima secessione plebs primos Tribunos plebis*  
*creavit, eoque sanctos esse iussit, potestatem-*  
*que tribunitiam, cùm hoc patribus extorsisset,*  
*fundavit, unde postmodum reliqua omnia ple-*  
*biscita profecta sunt. Liv. 2. c. 33. Dionys. lib. 6.*

Quod si tertia intelligeretur secessio, ut vult  
 Ant. Garro hic; ne tunc quidem verum esset  
 plebiscita esse facta, ac post controversiam de illis  
 Legge Hortensia inductum esse, ut pro legibus ob-  
 servarentur. Sed illicò Q. Hortensius, ejus  
 turbæ causâ Dictator creatus, legem iterum  
 (renovandæ dictæ Legi Horatiæ, 162. annis  
 hanc antegressæ, ac proculdubio exoletæ)  
 tulit, ut plebiscita omnem populum Quiritium to-  
 nerent. Plin. hist. nat. lib. 16. c. 16. Uaque  
 tunc conciliandæ plebi factum, ut omnia in  
 prima secessione obstinatione obtentum a pa-  
 tribus fuerat, ut novum magistratum annum,  
 autandæ plebi, creare, & potestatem illam,  
 post

possit patribus, totique Reipublicæ gravissimam, introducere liceret.

*Quæ jura plebiscita vocantur.* ] De plebiscitis hic locus aliquid dici exigit.

Dicuntur à plebe, scita plebis, sive quæ plebs Romana scivit vel jussit comitiis.

*Plebs differt à populo; non ut species à genere (uti est in §. 4. Inst. de jure n. g. & c.) ita enim & plebs rectè diceretur populus, cum genus omne prædicetur de sua specie; sed ut pars à toto. Populus n. universos cives significat; plebs partem populi.*

A Romulo primùm distinctio populi in patres patriciosque, ac plebem & plebejos, profecta. Is n. (teste Dionys. lib. 2.) illustres genere, & virtute celebres, opibusque, ut tunc ferebant tempora, abundantes, quibus essent liberi, secrevit ab obscuris, egenis, & humiliibus. Inferioris fortune homines plebejos vocavit. Hi Græcis sunt δμολιχοί. Potiores verò Patres, sive, quòd aetate antecirent alios, sive quòd haberent liberos, sive propter nobilitatem generis, sive propter hæc omnia. Idem paulo post. Sanè, inquit, qui proxime veritatem de rebus Romanis scribunt, hanc causam afferunt, cur illi viri Patres nominati sint, & progenies eorum patricii. Qui autem invidiosè loquuntur de hoc negotio, & Plebis generis obscuri sa-

lumniam impingunt, non ideò dictos patricios ajunt, sed quòd hi soli possent patrem ostendere; quasi cætera turba fugitivorum fuerit, non valentium proferre Patres ingenuos. &c. Et rursus de officio utriusque partis ita subjicit; Legibus latis, præscripsit, quid utrisque faciendum, ut patricii sacra curarent, magistratus gererent, jus redderent, secum rempubl. administrarent, res urbanas obirent; plebesi verò ab his negotiis immunes, quippe qui talium imperiti essent, nec vacaret eis propter inopiam, agros colerent, pecora alerent, exercerent quæstuosas opificias. Ne autem seditiones orirentur, sicut in aliis civitatibus, dum humiliores protruduntur cubito à potentioribus, aut egeni ac viles excellentioribus invident, commendavit patriciis plebejos, optione cuique è vulgo data, ut quem vellet, patronum sibi legeret &c. Et rursus infra; Ceterùm, ait, Remulus, postquam hæc disposuit, confestim decrevit senatum legere, ut essent, quibuscum administraret Rempublicam; centumque viros secrevit ex ordine patricio. &c. Hoc consistorium, inquit, Græco more senatum appellare stiter, & sic usque in præsens tempus.

*tempus Romani vocitant.* Denique paulo post : *Senatu ex 100. Senatoribus constituto, videns, quòd juvenum sibi quoque opus esset aliquà manu, ad tutelam corporis, & quorum in rebus urgentibus utretur ministeriis, trecentos robustissimos ex nobilissimis familiis delectos circa se habit, commendatos curiarum suffragiis.* His in *universum* fuit nomen, sicut & nunc, *celeris.* Hactenus Dionysius, à quo Livius hâc parte non diffidet. Et his initiis, *celorum* puta (quorum & numerus post à Tarquinio Prisco duplicatus est) constat, qui exactis Regibus successit ordo inter senatores & plebem medius, *equitum* sive *equestris.* Nam non tantum gentium, *patriciarum & plebejarum* distinctio fuit, sed tres capere esse *ordines* civium, *Senatorum, equitum & plebis.* Unde istud Aufonii:

*Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senata.* Hique tres ordines demum singuli admiserunt & *plebejos & patricios.* Sigon. de *antiqu. j. civ. R.* lib. 2. cap. 2. 3. 5. Et quid igitur in *plebis comitiis*, an illic *plebis* nomen *generis*, an *ordinis* fuit? Gajus in l. 238. de V. S. *Plebs est, inquit, ceteri cives sine Senatoribus.* Sed nimis præcisum id est, nec apparet, an respectu comitorum, an alio dictum. Tum, cum *Senatores* nomen tantum sit *ordinis*, neutiquam (ex eo tempore, quo plebejus dignitas *Senatoria*

toria patere cæpit. de quo v. Sig. d. lib. 2. c. 2.  
 pag. 85.] generis, & inter plebem ac senatum  
 ordo equestris sit, non potest *plebs* esse pars illa  
 populi, quæ extra *senatum* est. Justinianus ad  
 §. 4. inst. de j. n. g. & c. cum de scitis comi-  
 tialibus & populi & plebis dixisset, subjungit,  
 appellatione populi, universos cives significari,  
 connumeratis etiam patriciis & senatoribus; Ple-  
 bis autem appellatione sine patriciis & Senato-  
 ribus ceteros civas. Bachovius, quandoquidem,  
 siue plebem intelligas de gentibus plebejis, ex his  
 multi fuerint in senatu, siue de ordine, in hoc  
 etiam multi fuerint patricii, non aliter istum lo-  
 cum expediri posse sentit, quam si dicas, hæc  
 ita proponi ad rationem veterum temporum, qui-  
 bus dignitates adhuc penes patricios solos  
 fuerint. Eadem expositio est Vinnii. Sed  
 ita sanè patriciorum appellatio senatores  
 comprehendisset. Gell. 10. c. 20. Attejum  
 Capitonem plebem ait seorsim à populo divisisse,  
 quoniam in populo omnis pars civitatis, omnesque  
 ejus ordines contineantur; plebs verò ea dicatur in  
 qua gentes civium patricia non insunt. Sed &  
 Gell. 15. c. 27. solos patricios ad comitia non  
 advocatos à Tribunis pl. refert. Nempe & Ca-  
 pito & Gellius non dicitè, ut Justinianus,  
 memorant *Patres*, h. e. *Senatores*. An igitur ut  
 patriciorum senatorum, ita & plebejorum,  
 qui in senatu essent, jus hac parte idem cum  
 ceteris patriciis & plebejis fuisse intelligetur,  
 pariter que



pariterque plebejos senatores cum cæteris de plebe vocatos fuisse? Senatores utique etiam in comitiis plebis suffragari solitos, ex loco Varronis *lib. 3. de re rust. c. 2. in pr.* probari videtur, ubi sic ait: *Comitiis edilitiis cum sole caldo ego & Q. Axius Senator tribulis suffragium tulissemus.* An potius loqui Capito & Gellius credentur de populo, qui sit extra amplissimum ordinem: quippe quum *patres*, h. e. senatores, ipsi ordinis dignitate sic à plebe eximerentur, ut licet plebeji essent genere, nihilominus, quod ad jus Tribunorum pl. plebi non accenserentur? Sanè locus Varronis non solidè probat id cui probando adductus est, ut qui facile exaudiatur de comitiis *edilium curatorem* causa habitis, quæ, cum haberentur à *Consule vel Dictatore*, non erant *comitia plebis*. ac nihilominus, si probaret, factum spontaneum senatoris, qui interesse comitiis istis voluisset, non, quòd ad ea vocatus venisset, ostenderet.

Hotomannus *in d. §. 4. Inst.* censet, *comitiis plebis neque patricios neque Senatores interfuisse*, indeque explicat verba Justiniani. sed de *Senatoribus* non aptè probat ex eo, quòd non tantum à *patriciis*, sed & à *patribus plebs secessisset*. Nam neque primæ neque secundæ secessionis tempore alii quàm Patricii in Senatu fuerant; & ultimæ secessionis tempore, cum plebs à Senatu diffideret, certum quidem, Senatores plebejos non *und secessisse*; attamen comitiis plebis propterea

patres non interfuisse plebejos patres, non rectè concluditur. Rursum, Tribunos pl. *Senatores factos*, item *patricios*, etiam *senatores*, è patriciis quandoque exivisse plebejosque factos, ut Tribuni pl. creari possent, constat (qua de re v. *Cic. pro domo*. 34. 37. *Sigon. de ant. j. civ. R. lib. 1. c. 7. pag. 39.*) unde & *Senatores* vel habuisse post Leg. Atiniam comitia plebis, & *Senatores candidatos* immixtos fuisse concioni plebis, indubitatum est. Veruntamen & Senatoria dignitas Tribunis pl. jure quopiam singulari & præter morem, *sine lectione censoria*, competiit, & alterum istud planè rarum fuisse, apparet vel ex dicto loco Tullii *pro domo*. Crediderim ergò, ordinarium omnind fuisse, ut non tantùm *patricii*, sed & *senatores*, tam plebeji quàm patricii, ad *concionem plebis* comitorum causâ convocatam non pertinuerint, h. est, inter eos non fuerint, qui à Tribunis pl. ad comitia vocarentur: eoque definitionem Justiniani non tantùm ad vetera, sed etiam ad posteriora tempora referri posse; *plebisque* nomen, quod ad *comitia plebis*, esse quidem nomen *generis*, quippe solas *plebejas gentes* continens, attamen eos plebejarum gentium duntaxat continuisse, qui *extra patrum collegium* essent.

*Plebs* igitur, cùm anno V. C. 260. secessisset in montem sacrum, hoc à Patribus, antequam revertereur in urbem, obtinuit, ut liceret sibi

ex

ex suo ordine magistratus annuos, qui (ut hoc exprimit Dionysius *lib. 6.*) nullam aliam potestatem haberent, nisi, ut *oppressis injuria plebeis, & vim patientibus, succurrerent, nec paterentur quenquam fraudari jure suo.* Hi tales Tribuni plebis dicti sunt, eorumque primùm quinque, referente eodem Dionysio, creati, post C. Horatio & Q. Minutio Coss. (anno V. C. secundùm Dionysium *lib. 10. 297.* secundùm Livium, duorum annorum Consules à Dionysio relatos prætereuntem, anno tricesimo sexto à primis tribunis pleb. *lib. 3. c. 30.*) duplicatus est numerus, ac decem facti sunt Tribuni, bini ex singulis classibus, qui numerus eorum permanfit ad extremum. Sed de his, ac de *Tribunitia* potestate, ad §. 20. plura. Hoc tamen hîc dicendum, non constituisse in nudo auxilio contra potentiores plebi ferendo, quod solâ *intercessione* fieri poterat, tribunorum potestatem, sed illuc mox productam, ut, quòd tribuni ad plebem tulissent, quodque plebs jussisset, id ratum esset. Et hæc sunt, quæ *Plebiscita* vocantur. Primum plebiscitum in monte sacro conditum, illud est, quo plebs *Tribunos*, permittente Senatu, sibi creavit. Cui illicò & alterum hoc, auctore L. Junio, qui se quoque, ut primum libertatis auctorem plenius sibi exprimere videretur, Brutum appellavit, adjunctum, ut tribuni sacrosancti & inviolabiles essent. Dionysius ita ejus verba descri-

describit : *Tribunum invitum nemo , ut unum è vulgo , quicumque facere cogito , nec verberato , nec alium verberare iubeto , nec occidito , nec occidere iubeto . Si quis contra fecerit , sacer esto , & bona eius Cereri dicata sunt , & qui eum occiderit , purus à cede esto .*

Hæc prima plebiscita , quibus omnes cives teneri debebant ( nam & juramento ad illa perpetuò observanda adstringebantur ) *leges sacratae* dicebantur . Cæterum sequentibus temporibus , post secundam secessionem , uti paulò ante dictum , etiam hoc disertè obtentum est , *ut , quòd plebs jussisset , id non plebem tantum sed omnes Quirites teneret .*

Nam cum inde à primis plebiscitis in dubium vocatum esset , contra sententiam plebis , an hujus scitis patrici æquè obnoxii essent , ac , si universus populus jussisset ; id tunc lege Horatiâ definitum . Insinuat hoc Livius *lib. 3. d. cap. 55. in pr. Omnium primum , inquit , cum velati in controverso jure esset , tenerenturne Patres ( patrum appellatione hîc patricii veniunt ) plebiscitis , legem centuriatis comitibus tulere ( nempe Coss. L. Valerius & M. Horatius ) ut , quòd tributim plebes jussisset , populum teneret . qua lege , ait , tribunitiis rogationibus telum acerrimum datum est . Idem post Lege Hortensii Dictatoris , qui plebem è tertia secessione reduxit*

duxit, repetitum. Attamen & ante Hortensium à P. Philone Dictatore anno V. C. 412. idem repetitum fuerat, teste Livio *lib. 8. c. 12. inf.* Gellius *lib. 15. c. 27.* ( ut hic Pomponius ) Hortensia legi, ut primæ, id tribuit. Inde jam plebiscitorum & legum, sic strictius pro *populi* iussis dictarum, nulla amplius, quod ad effectum, tuit differentia. Sed & *legum* nomen *plebiscita* induerunt: veluti *Lex Anzistia*, *Lex Atia de sacerdotis*, *Lex Atilia de dedititiis*, *Lex Atilia Martia de tribunis Militum*, *Lex Æbutia de LL. 12. tabb.* *Lex Atilia de tutelis*, *Lex Atmia de Tribunis plebis*, *Lex Aquilia, de damno injuria dato.* *Lex Papyria de re nummaria*, *Lex Blozia de exilibus*, *Lex Plotia & Flavia agraria*, *Lex Falcidia*, *Lex Labiena de sacerdotiis*, *Lex Licinia de fœnore*, item de magistratibus à plebe creandis, item agraria; & complures aliæ, quas omnes constat à Tribunis pl. latas esse.

Imò & ante legem Horatiam *plebiscita* *leges* dictas fuisse, patet ab exemplis; veluti *lege Voleronis de tribunitiis comitiis, sive de plebejis magistratibus* ( quæ & *Publilia Lætoria* vel *Lætoria* aliis vocatur, à Publilio Volerone & collega Lætorio, aut Lætorio ) lata secundum Dionys *lib. 9.* anno V. C. 282. L. Pinario, Publ. Furio Coss.

Sigo-

Sigonius *de ant. j. provinc. lib. 3. c. 1. ad-*  
*versus Gruchium*, ut jam supra ad §. 2. anno-  
 tatum est, docet, *legem tantum centuriatam &*  
*curiatam*, h. e. comitiis curiatis aut centuriatis  
 latam, dictam; quod tributis comitiis à plebe  
 jussum, id non *legem tributam* (ut Gruchius  
 vocat] sed *plebiscitum* appellatum fuisse. Sit  
 ita sanè, quod ad nomen *tributa legis* attrahet,  
 id apud auctores, quos habemus, non repe-  
 riri; utique, quod ad rem, etiam post memo-  
 ratam legem Voleronis, quæ comitia tributa  
 inexit, plebiscita *leges* dictæ sunt. Nam &  
 si jam antè legum nomen habuerunt, vix cre-  
 dibile est, Tribunos pl. illud nomen dignius  
 eis abrogatum ivisse; & ingens illa plebisci-  
 torum posteriorum *Legum* nomine insignium  
 turba id satis evincit. Omninoque generalior  
*legis* appellatio, etiam ad *plebiscita* pertinens,  
 stabilitur auctoritate Atteji Capitonis apud  
 Gell. 10. c. 20. *legem* definientis, *generale*  
*jussum populi aut plebis, rogante magistratu: &*  
*plebiscitum, legem quam plebs, non populus,*  
*accipit.* Ac subjicit ibidem Gellius: *in vete-*  
*ribus scriptis, ait, non magnam vocabulorum isto-*  
*rum differentiam animadvertimus; nam & ple-*  
*biscita & privilegia translato nomine Leges ap-*  
*pellaverunt, eademque omnia confuso & indistin-*  
*cto vocabulo rogationes dixere.* Sed & Cic. *de*  
*L. agraria, Leges sunt, inquit, veteres, ne-*  
*que ea Consulares, si quid interesse hoc arbitra-*

*mini, sed Tribunitia, vobis majoribusque vestris vehementer grata atque jucunda, Licinia atque Aebutia. Lælius quidem Felix, apud Gell. d. lib. 15. c. 27. legum nomen plebiscitis propriè non competere scripsit; at sufficit, illuc traductum esse. Verba valent usu. Observandum autem, quod de usu verbi, legis, modò dictum est, ad definitionem legis à Justiniano traditam d. §. 4. Instit. de j. nat. g. & c.*

9. Deinde quia difficilè plebs convenire cœpit, populus certè multò difficiliùs in tanta turba hominum, necessitas ipsa curam Reipublicæ ad Senatum deduxit. Ita cœpit Senatus se interponere: & quicquid constitisset, observabatur, idque jus appellabatur **SENATUS CONSULTUM.**

*Deinde quia difficilè &c. ] Huic §. geminus est §. 5. Inst. de j. n. g. & civ. Senatusconsultum, inquit Imperator, est quod Senatus jubet. Nam cum auctus esset populus Romanus in eum modum, ut difficile esset in unum eum convocari legis sancionde causa, æquum visum est, Senatum vice populi consuli.*

**Planè**

Planè a. est inaccurata & minùs ad historiam veritatem comparata hæc relatio. De *Senatu centum virorum* à Romulo primùm lectorum jam auditum est. Auctus ab ipso Romulo (Dionysio quidem auctore) numerus, Sabinis in civitatem receptis ad ducentos; deinde ad trecentos à Tarquinio Prisco. Livius *centum Senatorum numerum Romulo, ducentorum Prisco, trecentorum Bruto Consuli tribuit.* Inque hoc numero Senatus (excepto eo, quod C. Grachus & M. Livius Drusus, tribuni pl. rogationibus suis moliti, de quo v. Sigon. *de ant. j. Civ. R. 2. c. 2. pag. 84.*) stetit usque ad Dictaturam L. Cornelii Syllæ. Post hanc apud Ciceronem *in orat. post redit. in senatu, anno V. C. 696. habita, quadringentorum;* item *in Ep. ad Attic. lib. 1. Ep. 11. quadringentorum & quindecim* mentio est. Cæsare Dictatore ad nongentos, imò sub Triumviris constituendæ Reip. post necem Cæsaris, ad mille crevit; *quorum deformem & inconditam turbam, ex indignissimis per gratiam & præmium electis constantem, Augustus ad modicam & splendorem pristinum redegit* narratur Suetonio *lib. 2. c. 35.* Habuere tamen & in Senatu sententiæ dicendæ jus quidam *non senatores*, h. e. qui à Censoribus in senatum lecti non erant, nempe *magistratibus functi.* Unde illa edicti formula, quâ senatus convocari solitus: *ut senatores adessent, quibusque in Senatu sententiam*



*dicere liceret.* vid. Sig. d. c. 2. pag. 88.

Penes Reges primum & Senatum, deinde penes Coss. & Senatum, administratio erat Reipublicæ, populo tamen hisce tribus, jam inde à Romuli instituto, relictis, magistratum creatione, legum jussione, & belli ac pacis arbitrio. Ita apud Dionys. lib. 6. Coss. in Senatu tempore primæ secessionis plebis id memorasse leguntur: Scitis sanè, legem nobis esse jam inde ab V. C. quæ omnia in Senatus potestate facit, præter magistratum creationem, legum lationem, & belli inferendi finiendique arbitrium; horum trium potestatem esse penes suffragia populi. Habuit scilicet hæc populus, dum patres comitorum, quibus illa expediebantur, plerumque auctores fierent. de quo postea. Tribus istis accessere judicia, quæ itidem vel populi, vel magistratum, non etiam Senatus fuerunt. Potuit nihilominus Senatus Consules aliosque magistratus extra ordinem necessitatis causâ, in tumultu ac seditione populi, alioque reip. præsentis periculo, more majorum, summo, quod vocabant, Senatusconsulto ornare ac instruere, imò armare. [Darent operam ne quid detrimenti caperet Resp] Docet hoc Salust. in bel. Catil. c. 29. Itaque, inquit, quod plerumque in atroci negotio solet, Senatus decrevit, darent operam Coss. ne quid Resp. detrimenti caperet. *Es potestas*

potestas per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque cives, domi militiaeque imperium atque iudicium summum habere. aliter sine populi jussu nullius earum rerum Consuli jus est. De hoc Senatusconsulto Cæsar lib. 1. de bell. civ. Decurritur, inquit, ad illud extremum atque ultimum S. C. quo nisi penè in ipso urbis incendio, atque desperatione omnium salutis, nunquam ante descensum est, Dent operam Consules, prætores, tribuni pl. quique pro Consulibus sunt ad Urbem, ne quid Resp. detrimenti capiat. Et post: quotiescunque sit decretum, darent magistratus operam, ne quid resp. detrimenti caperet; qua voce & quo S. C. populus Romanus ad arma sit vocatus: factum in perniciosis legibus, in vi Tribunitia, in secessione populi, templis locisque editioribus occupatis: atque hæc superioris ætatis exempla expiata Saturnini atque Grachorum casibus docet. De hoc eodem sic Cic. 1. Catil. 4. Decrevit, ait, quondam Senatus, ut L. Opimius Consul videret, ne quid Respubl. detrimenti caperet; nox nulla intercessit, interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Grachus, clarissimo

**Patre natus, avis, majoribus: occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili S. C. C., Mario & L. Valerio Coss. permessa est respublica. Et pro Mil. 70. Ciam Senatus ei, Pompejo, commiserit, ut videret, ne quid Resp. detrimenti caperet; quo uno versiculo satis armati semper Consules fuerunt, etiam nullis armis datis Item Philip. 5. 34. Consulibus, dum ut Kemp. defendant, provideantque, ne quid Resp. detrimenti capiat. Plura hac de re vide apud Manut. de Senatu Rom. pag. 76. & seqq. Eodem S. Cto. sive ornati sive armati sunt post occisum C. Julium Cæsarem triumviri Reip. constituendæ, Octav. Augustus, Antonius, & Lepidus, referente Dione lib. 48.**

Tribunitia potestas omnino de Senatus potestate ordinaria multum delibavit.

Hic igitur Senatus, & hæc senatus potestas.

Decretum scitumve aut jussum Senatus *Senatusconsultum* dicebatur; de quo, quo Senatorum numero fieri potuerit, quomodo factum, quomodo potuerit impediri, quâ forma consignatum, ubi asservatum fuerit, &c. Vide Gell. lib. 14. c. 7. Sigon. de ant. j. civ. R. lib. 2. c. 2. Manut. d. lib. de Sen. Rom. Rosin. lib. 7. c. 6. 7. Budzum ad l. ult. de Senator. Adde de veteri senatus liberæ reip. temporibus, potesta-

potestate, Georg. Vauchop. in eleg. tr. de magistr. vet. pop. R. sect. 14. & seqq.

Apparet ex dictis, neque sub Regibus, neque in libera Republica, vel *νομοθεσια* h. e. legis condende jurisque faciendi auctoritatem, vel magistratuum creationem, vel pacis bellique arbitrium, penes Senatum fuisse, sed populo illa competiisse.

Occupatâ Republicâ, postquam omnium rerum arbitrium unius esse ceperat, tum demum Senatus in speciem creavit auctoritas; tum demum è campo, ut ait Tacitus, comitia ad Patres translata sunt; tum demum factum est, ut non amabigeretur, Senatum jus facere posse; quod ait Ulp. in l. 9. de LL. quod & omnia SCta, quorum toto jure nostro, juris, quod illis constitutum sit, causâ, mentio est, triginta circiter certis nominibus indigitata, 27. aliâ nominibus non insignita; collecta ab Hotom. in lib. de Senatu & SCtis insignibus, item ab Ant. Augustino lib. de LL. & SCtis. Et arbitrio tamen Principis, precariò, ac in speciem, habuit tunc Senatus, quicquid habuit. Omnino, si verum est, quod tradit & Ulp. l. 1. ff. de const. Princip. & Imperator in §. 7. C. de vet. jur. enucl. item §. 6. inst. de j. nat. g. & civ. populum Romanum lege Regiâ, quæ de Principis imperio lata sit, omnia imperium suum & potestatem in eum concessisse, (quod Pomponius hîc §. 11. his verbis expressit: *constituto Principe, datum est*

et jus, ut, quod constituisset, ratum esset.) si, inquam, verum est, omnem populi potestatem ad Principem transiisse, quod verissimum est, sequitur, usque eo potestatem populi intemertam, non à populo in Senatum rejectam fuisse. Sanè bella civilia, quorundamque vi & armis potentium impotentia libertatem populi non leviter, etiam ante Principes, afflixerant, nunquam tamen vel populus jus suum in Senatum transtulit, vel Senatus jura populi memorata sua fecit, aut vice populi exercuit. quod omnis istorum temporum historia testatur.

[ *Intanta turba hominum* ] Causam transferendæ potestatis in Senatum adjungit, multitudinem plebis & majorem totius populi numerum, adeoque conveniendi difficultatem. De translatione ipsa jam vidimus, unde & causam illam commentum esse apparet. Sanè populi numerum tandem fuisse quasi *innumerum*, testantur historię; ac Ciceronis tempore census Romæ nonaginta & unam myriadas, h. e. 910000. refert ex Phlegonte Brœus in §. *Constat autem. n. 7. Inst. de j. n. g. & c.* ( si modò hæc relatio de tanto numero civium recta est, quod non credo. *vid. infr. ad §. 18.* quicquid sit, constat, quod fuerit ingens ) Et illis tamen temporibus *comitia populi* satis *frequentia* fuisse, ex historia indubium est. Rursum, antequam comitia populi desierint, valde *dimi-*

diminutum bellis civilibus numerum civium Romanorum, eadem docet historia. In multitudine tamen hominum & rerum magnitudine non leve momentum fuisse ad rerum conversionem, docet insignis oratio Mæcenatis ad Cæsarem Octavianum, cum is debellato Antonio, imperii deponendi, Senatuique ac populo restituendi consilium ostenderet, descripta à Dione lib. 52. *Longo, inquit, jam tempora bellis & seditionibus vexamur propter hominum multitudinem & rerum magnitudinem, quia & homines tam varii nationibus ac naturâ, ac tam multipliciter diversis affectibus præditi sunt, & res ipsæ eò perductæ sunt, ut difficulter administrari possint. Id me verè loqui, res ipsæ testantur quæ eveniere nobis. Nam quantisper neque ingens fuit populi Romani multitudo, neque multo præstantior vicinis, & Civitas in bono statu fuit, & Italia ferè tota ab its subacta est. Posteaquam verò extra Italiam progressi in varias terras insulasque trajecimus, omnia maria, omnes terras, nomine potentiaque nostrâ replevimus; ex eo jam nihil boni nobis accidit; sed primum domi atque intra mania cõtionibus factis Rempub. concussimus, deinde in exercitus quoque id mali propagavimus. Itaque urbs vestra navi onerariæ magnæ similis, repleta*

*variâ turba, ac destituta gubernatore, multis nunc seculis gravibus procellis agitata fluctuat, ac hinc inde nullo retinaculo firmata jactantur.* Hæc Mæcenas, quæ verò longè abeunt ab hicrelata conveniendi ob multitudinem difficultate.

10. Eodem tempore & Magistratus jura reddebant : & , ut scirent cives , quod jus de quaque re quisque dicturus esset , seque præmuniret , Edicta proponebant. quæ **EDICTA PRÆTORUM, JUS HONORARIUM** constituerunt. **HONORARIUM** dicitur , quòd ab honore Prætoris venerat.

*Eodem tempore & magistratus jura reddebant ]*  
 Quo tempore? intellige non tantum proximè præcedens, quo Senatus vice populi sublatis ex parte comitiis rogabatur ; sed & omne tempus *liberæ Reip. cumque essent in civitate leges 12. tabularum, & responsa ac sententiæ Jurisprudentium, & legis actiones, & leges, & plebiscita ; de quibus supra actum.* His enim temporibus præcipuè magistratus jura reddebant ; illi scilicet qui edicta proponere soliti : unde jus Honorarium

nium proditum est. Porro de prætorum, item ædilium edictis, omnique jure prætorio aut honorario, ad l. 7. d. just. & jur. à nobis actum est. quibus jungantur quæ infra ad §. 44. verb. idem edictum prætoris, dicta sunt.

*Vt scirent cives seque præmuniret* ] Ita in Florentino, & omnibus exemplaribus. Interpretes Zasius, Corasius, Garro, Ventura Cæcus, legunt *præmunirent*. Et Muretus *legendum* inquit *præmunirent, etiam repugnantibus omnibus libris*. Cujacius nihil ad hoc verbum annotavit. Et referunt, qui pluralem numerum reponunt, illud verbum ad proximum ejusdem numeri, *cives*. At in quo illa civium *præmunisio* consistat, nemo explicat. Apponit Corasius [*neque non sibi prædictum quererentur*] & Zasius [*nam non præsumitur ignorari quod in publicum proponitur*] sed in hoc *præmunisio* magistratus edicentis est, non civium. *Munis* firmare est: *præmunire*, ante vel prius firmare, firmamentum sibi constituere, præfulcire. Cic. ad Attic. lib. 5. ep. 13. *primum illud præfulci atque præmuniri*. Idem lib. 3. de orat. *præmunisio est etiam ad id, quod aggrediare & rejectio in alium*. Et pro Cal. illa, inquit, *quæ ex accusatorum oratione præmuniri & fingi jam intelligebam*. Gell. 14. c. 2. *generalis quedam præmonita & præcepta sunt, quibus ante causam præmuniri Iudex prepararique ad incertos casus futurarum difficultatum debeat*. *Præ-*



manit igitur se magistratus, cum antè & mature edicendo evitat querelam ignorantie & calumniandi materiam. Secundum hæc si in plurali [*premunirent*] legendum sit, non ad *cives*, sed ad *magistratus* referendum esse verbum censuerim, quasi particula *ut* repetita esset [*ut scirent &c. atque se ipsi magistratus premunirent*] At verò existimo, singulare, *premuniret*, ex eo scribenti venisse in calamum, quòd proximè in singulari numero de *magistratu* quoque locutus fuerat, [*quod jus de quaere quisque dicturus esset*] eoque vocem *quisque* tacite ipsi repetitam videri debere.

II. Novissimè, sicut ad pauciores juris constituendi via transisse, ipsis rebus dictantibus, videbatur: per partes evenit, ut necesse esset Reipublicæ per unum consuli. nam Senatus non perinde omnes provincias probè gerere poterat. Igitur constituto Principe, datum est ei jus, ut, quod constituisset, ratum esset.

*Novissimè sicut ad pauciores*] h. e. ad Senat-  
rum. De hoc paulò antè.\*

*Per partes evenit*] Zafius duobus modis hæc  
verba

verba interpretatur, *vel*, ut significant, per succedaneas mutationes id factum esse, *vel*, per factiones Principum. Nam & cum factiones existunt, *partes fieri*, & *partium duces* & *sectatores* dicuntur. At contextus omnis arguit, non de hujusmodi *partibus* sensisse Pomponium, sed *de partibus temporum & eventuum*.

*Ut necesse esset Reip. per unum consuli*] De ordine translatae rei, quod ad juris condendi auctoritatem attinet, jam dictum. tum & reliquam Reip. administrationem à Senatu populoque ad Principem traductam scitum est. Sed causa hic relata, ut *vel* ex præcedentibus claret, planè à vero abit, quippe cum non ultrò & consultò imperium uni delatum à Senatu & populo, sed, postquam Reip. intestinis dissensionibus ac odiis, ambitione, invidia, bellis civilibus, gravissimè afflicta & lacerata esset, à C. Julio Cæsare primùm vi atque armis occupatam illam, post, illo anno U. C 709. in Curia 23. vulneribus confosso, à filio illius adoptivo, & ex sororis filia pronepote, C. Cæsare Octaviano, ejusque in Triumviratu collegis, Antonio & Lepido, armis & vi atrocissimâ retentam esse, docent histeriæ. Ac ita tamen rem ab omnibus actam eadem docent, ut, quod invitis ac dolentibus Patribus ac populo haberent imperium, volentibus illis habere viderentur. Imò partiti Julius & Octavianus cum populo in speciem imperium, & ad conciliandos animos civium

vium & spontaneum obsequium, omni arte & operâ se composuerunt. Imprimis Octavianus, postquam dejecto Lepido, & debellato per pugnam Actiacam Antonio, solus teneret imperium, eâ simulandi ac moderatè agendi prudentiâ ac solertiâ usus est, ut precibus Patrum quasi victus, & invitus, imperium summamque in Republ. potestatem retinere compelleretur. Imò non voluit nisi disertâ Patrum & populi voluntate regnare. Unde cum primum decennium potestatis ipsi exiisset, voluit sibi imperium prorogari in quinquennium, atque hoc exacto, rursus in quinquennium, post rursus in decennium, denique in aliud rursus decennium, intra cujus spacia, quadragesimo quarto post pugnam Actiacam anno, quinquagesimo sexto à cæde C. Julii Cæsaris, & sumtis Rēip. causâ armis, diem obiit. Videatur de his omnibus Dio Cass. ac d. Octaviano Augusto quidem, lib. 45. & aliquot seqq. imprimis lib. 52. & 53. Tacitus libri 1. annual. initio, ita artem Augusti verborum compendio exprimit: *Postquam, inquit, Bruto & Cassio cæsis, nulla iam publica arma, Pompejus apud Siciliam oppressus, exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus, nisi Cæsar, dux reliquus; posito triumphandi nomine, Consulens se ferens, & ad tuendam plebem tribu-*  
nicio

nicio jure contentum, ubi militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otii pellexit, insurgere paulatim, munia senatûs, magistratum, legum, in se trahere, nullo adversante, cum ferocissimi per acies, aut proscriptione cecidissent, cæteri nobilium, quanto quisque servitio promptior, opibus & honoribus extollerentur, & novis ex rebus aucti, tuta ac præsentia, quam vetera & periculosa mallent. neque provinciæ illum rerum statum abnuebant, suspecto Senatus populique imperio ob certamina potentium & avaritiam magistratum. invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, postremo pecuniâ turbabantur. &c. Tiberii deinde, successoris, artes ac simulandj calliditatem uterque historicus luculenter describit: Tacitus *d. lib. 1. Dio lib. 57.*

*Nam Senatus non perinde ]* Si tantùm politicè hoc consideremus, videri poterat, per plures tot provinciis & ditionibus feliciùs consuli posse, quàm per unum, cum oculi, ut vulgatum verbum est, plus videant quam oculus, multorum ingenia & experientia uberiores ac salubriores agendi rationes subministrant, quàm unius; unde & uni Principi consilia multorum necessaria sunt, unde pro sua prudentia, si excellat, eligere possit, quod facto opus esse videatur. Neque affectibus & libidinibus ita videntur esse obno-

obnoxii plures, ut unus; denique ipsa provinciarum regendarum multitudo, amplitudoque imperii cum plures administratores exposceret, felicius præfuturi singulis videri poterant, qui ex ipso regentium corpore adsumerentur. Sed & Rerumpublicarum forentissimarum ac potentissimarum, à pluribus, optimatibus, egregiè rectarum exempla in vetustis & recentioribus historiis occurrunt. Etiamnum de Republica Genuensium, item potentissima illa, quæ ultra mille annos eodem statu hætenus constitit, multarum ditionum domina, quæ per tot annos sola, sine extraneo auxilio, Turcarum Imperatoris vim atque impetum sustinuit, Republica Veneta, res expedita est. ut nihil dicam de Belgio hoc unito, quod in statu istiusmodi contrarium Hispaniæ Regum vim acerrimam Dei beneficio stetit, atque etiamnum, pace facta, stat valentissimum. At nihilominus, ut plerumque plurium æqualium dominatio dissensionibus, æmulationibus, studiis, ambitioni, factionibus obnoxia sit, vel una Romanorum Respublica (quò & paulò antè relata Mæcenatis oratio pertinet) abundè docuit. Sed & eadem ostendit, quibus vitis & incommodis obnoxium fit unius imperium; & quàm facile in tyrannidem abeat. Habet sanè quælibet Republicæ forma sua commoda & incommoda præcæteris; unde nec ullam puram plerique admittunt Politici, & vel omnium, vel aliquarum saltem, rationes ita commiscendas aut tem-

temperandas censent, ut incommoda evitentur, commoda relinquuntur. *Vid. Casp. Contar. lib. 1. de Republ. Veneta.* ubi eleganter & accuratè, tum in genere paucis, tum in exemplo celeberrimæ hujus Reipublicæ, hanc rem exsequitur. Item *Dionys. Halicar. lib. 7. in oratione M. Valerii in causa M. Coriolani; Machiav. disp. de Rep. lib. 1. cap. 2.*

*Constituto Principe datum est ei jus] Primus Octavianus Augustus Romanæ reip. Princeps audit. Tac. initio lib. 1. Lepidus, inquit, atque Antonii arma in Augustum cessere, qui cuncta discordiis civilibus fessa, nomine Principis sub imperium accepit. Regium erat Principum imperium, sed Regum tamen nomen, ut semel è Republ. cum invidia sublatum, non usurparunt. C. Julio Casari, de victo Pompejo, primo à Senatu inter cætera nomen Imperatoris decretum est, non pro antiqua consuetudine, quâ id cum aliis, tum ipse quoque sæpius ex bello reportaverat; neque eâ ratione, quod ei merum imperium absolutamque potestatem deferrent; sed eo modo, quo nunc iis, qui summum imperium obtinent, tunc primo Casari primum imposuerunt, tanquam ipsi proprium. Verba sunt Dionis Latine reddita, lib. 43. Et subjicit, eò adulationis progressos esse, ut filios quoque ejus nepotesque ita nominari jussissent, cum nec filium ipse ullum haberet, & senex*  
offet.

*esset. Id verò nomen Imperatoris, inquit ibid. Dio, à Julio, quema dmodum etiam Cæsaris nomen, tanquam peculiare summi imperii cognomentum, ad omnes deinceps Imperatores dimanavit.* Cæsar Octavianus post, sublato Triumviratu, cum solus rerum potiretur, anno U. C. 725. Idem nomen accepit, teste Dione lib. 52. Porro quæ amplius de transitu imperii & potestatis à populo ac senatu in unum Principem, deque L. Regia dicenda erunt, suo loco reservamus.

12. Ira in civitate nostra, aut Iure, id est Lege constituitur: aut est proprium Ius Ciuile, quod sine scripto in sola Prudentium interpretatione consistit: aut sunt Legis actiones, quæ formam agendi continent: aut Plebiscitum, quod sine auctoritate Patrum est constitutum: aut est Magistratum Edictum, vnde Ius Honorarium nascitur: aut Senatusconsultum, quod solum Senatu constituyente inducitur sine lege: aut est Principalis constitutio, id est, vt quod ipse Princeps constituit, pro lege seruetur.

*Ita in civitate nostra &c.]* Enarrat omnes partes juris, quo Resp. Romana hæctenus utatur. Sed & hoc in vitio aliquo est, quod inde à §. 4. (postquam leges Regum exactis rebus exolevisse dixerat. quod tamen quomodo accipiendum sit, tum docuimus) de legibus tantùm Decemviralibus sive 12. tabb. quasi illæ solæ fuerint in Republ. *legum* nomine (vid. §. 8. hujus legis) non etiam in genere de *legibus* ad universum populum latis quicquam tractavit auctor; cum tamen earum & ante leges 12. tabb. & post latarum non mediocris occurrat numerus. Rectiùs igitur & Papinianus in *leg. 7. de just. & j. & Imperator in d. §. 3. Inst. de jur. n. g. & civ* partes juris recensent.

*Plebiscitum quod sine auctoritate Patrum]* De plebiscitis paulò ante pluribus actum. Additur hic, quòd *sine auctoritate patrum*, h. e. senatus, facta fuerint. Id quoque suprà in expositione comitorum veterum sub. §. 2. consideravimus. Ad comitia populi univèrsi *Patrum auctoritate* erat opus, nec antè illa haberi poterant, quàm *Patres auctores* facti essent. Ac primis quidem temporibus *Patres* non *ante*, sed *post* comitia habita auctores fiebant, hoc est, ea, quæ populus comitiis jusisset, confirmabat, ex Romuli instituto, quo eveniebat, ut, cum patres auctores fieri nollent, scitum populi abrogaretur hoc ipso. Post verò Senatui id jus ademptum inductumque est, ut antequam comitia habe-

ren-



ferentur, in incertum eorum eventum Patres auctores fierent. Q. Publilius Philo à Collega T. Æmilio Mamercino Consule Dictator dictus, anno U. C. 414. hanc legem tulit, *ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initium suffragium Patres auctores fierent.* ait Livius *lib. 8. c. 12.* Iunge quæ annotavit Rosinus *antiq. lib. 6. c. 13. in pr.* Cæterum, licet Patrum auctoritas ad singula comitia plebis non accederet, accesserat tamen ad universa, concessione plebi factâ, partim tempore primæ secessionis, partim tempore perlatæ legis Publiliæ Lætoriz sive Voleronis (de cuius admittæ difficultate, oratione asperâ Appii Claudii, primi illius, qui duritie & obstinatione suâ primæ secessionis causam præbuerat, filii, exacerbatis tribunis ipsaque plebe, Capitolioque ab his occupato, ante quàm Senatus rogationem permetteret, videatur Dionys. *lib. 9.*) partim tempore secessionis secundæ, virtute legis Horatiæ, post aliquoties, uti dictum, repetitæ.

*Aut Senatusconsultum*] Intelligit secundum præcedentia *senatusconsulta generalia*, vice legum, de jure facta. Talia autem nulla fuisse, nisi occupatâ Republ. sub Principibus, ex eorundem permisso & arbitrio, non ante Principes, quod ordo hîc observatus insinuat, paulò ante liquidò demonstratum est.

*Iuducitur sine lege*] h. e. inducitur voluntate Senatus duntaxat, non ad morem pristinum, quo

quo leges ferebantur ad populum, ab eo jubendæ.

*Principalis constitutio* ] *Principale* dicitur, quod *Principis* vel à *Principe* est. Ita in jure nostro *Principales constitutiones*, hic, & leg. 30. de reb. cred. *principales libri*, leg. un. §. 2. de offic. quæstor. *principalis providentia*, leg. 22. §. 1. in. fin. de adopt. *principale decretum*, l. 2. de offic. assess. *principalis sententia*, leg. un. de off. præf. præt. *principalis majestas* leg. pen. de hæred. inst. *principalis auctoritas*, leg. 45. §. 1. de re jud. dicuntur, & alia ejusmodi.

*Id est, ut quod ipse Princeps constituit, pro lege servetur* ] Ita Florentina habet lectio, cuius tamen verborum ordo videtur Paulum turbatus esse, puandoquidem omninò concinnitate laegeretur: *Id est quod ipse Princeps constituit, ut pro lege servetur.*

## PARS II. DE MAGISTRATIBUS REIP. ROM.

13. Post Originem juris, & processum cognitum, consequens est, vt de Magistratum nominibus, & origine cognoscamus, quia, vt exposuimus, per eos, qui juri, dicendo præsunt, effectus rei accipitur. QUANTUM est enim jus in civitate esse, nisi sint, qui jura regere possint? Post hoc dein

de

de auctōrum successione dicemus: quòd **CONSTARE** non potest jus, nisi sit aliquis **IVRISPERITUS**, per quem possit quotidie in melius produci.

*Post originem juris &c.* ] Prima trium ] Cto. hoc capite propositarum tractationum fuit hactenus. Sequitur de *Magistratibus*, altera.

*De Magistratum nominibus & origine* ] Magistratus intelligi, quibus vel Respubl. omnis gubernanda, vel pars ejus aliqua, cum potestate quadam, administranda commissa sit à populo, vel principe, vel is omninò, quibus summum in Rep. jus competit, alibi à nobis pluribus expotitum est. Paulus in leg 57. ff. de V. S. magistratus vocabulum à voce magister ducit, certa ratione, quia, ut illic ait ] Ctus, quibus præcipua rerum cura incumbit, & qui magis quàm ceteri diligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsumt, debent, hi magistri appellantur, Proprius tamen à magistrando magistratus dictus; quod regere & temperare est, inquit Festus lib. 11.

Porro magistratum Reip. Romanæ exsequitur ] Ctus nomina, connotando cujusque officii rationem ac potestatem; itemque originem, h. e. à qui

quibus singuli constituti sint, & quibus occasio-  
nibus.

*Per eos qui juri dicendo præsumunt*] Videri pote-  
rat juvari ex hoc loco sententia illorum, qui  
magistratum *minorum potestatum* nomen esse,  
& *juri-dicundo*, sive *juris-dictioni*, strictè pro  
*reddendi juris in causis civilibus ac privatis pote-  
state dictæ*, præfectum, demum rectè ma-  
gistratum dici tradunt, ut *Scip. Gentil. de jurid.  
l. 2. c. 2. & 3. Bernh. Sudh. in dissert. de ju-  
risd. aph. 182. Grov. de imp. summar.  
potestatum circa sacra c. 1. & alii*. At imò  
non juvatur. Nam & *Reges & Dictatores &  
Questores rerum capitalium*, & omnes alii, qui-  
bus administratio Reip. ultra jurisdictionem  
ejusmodi commissa fuit, deinceps hinc inter  
magistratus recensentur. Et multò latiùs patet  
Reip. administratio, quàm juris dictio vel red-  
ditio; licet omnem reip. administrationem se-  
cundùm jus fieri, & jure constare oporteat.  
Et an hinc igitur *ò jus dicere* latiùs pro *omni ju-  
ris expeditione*, sive *omni illius, quod jus in re-  
publ. exigit, exercitio*, positum? An pro omni  
magistratum officio, unum, ad privatorum  
utilitates, evidentiùs pertinens, expressum esse  
dicemus? Sanè latiùs, quàm ut ad sic strictè  
dictæ jurisdictionis terminos quadret, & *ju-  
risdicundi & jurisdictionis* vocabulum signifi-  
care, etiam *infra ad §. 32. in fin. civici-  
patus*.

*Est.*

*Effectus rei accipitur* ] Cùm omne jus ad actionem & observationem pertineat, frustra utique est, nisi sint, qui inter dubios id expli- cent, qui secundùm id decernant, statuam, decernendòque ac statuendo usum ejus in Remp. introducant, eoque rempublicam sal- vam faciant. Ipsa jura, ipsæve leges nihil agunt, sed per magistratus virtus illarum rei- publicæ applicatur. *Quod medicamentum mor- bis, hoc exhibent jura negociis*, inquit. Im- per. in pr. Nov. III. Cæterum sicut medica- menta vel præstantissima, citra medicorum præscribentium & applicantium opem & mi- nisterium, salutem hominum nil conferunt; ita nec jura, cùm non ea sit hominum conditio, ut quilibet sponte quod oportet faciat, quic- quam sine magistratibus profunt. *Conf. quæ de magistratibus eorumque necessitate & officiis ha- bet Cic. lib. 3. de LL. à princ.*

*Qui jura regere possint* ] Ita in Floren- tino. Vulgò *reddere*. quod fortè rectius. Quanquam non inconcinnum planè videa- tur ita loqui, *jura regere*; cùm leges ac jura instrumentum sint regendi administrandi- que Rempublicam, in regentium & ma- gistratuum quasi manupositum; quo instru- mento cùm rectè utuntur, illud ipsum *re- gere*, h. e. *dirigere* ut oportet, intelli- guntur, sic, ut virtus ejus in omnem Rem- publicam expromatur. Hinc illud Poetæ. *Ipsa etiam*

*Ipsæ etiam leges cupiunt, ut jure regantur.* Porro hæc lectio atque interpretatio ad jurisdictionem strictiùs dictam contrahi nequit.

Post hoc dein ] *Dein* pro *deinde*, in Florentino. Ita Cic. in Orat. *Hæc quidem duo binis pedibus incisim, dein membratim.* Et 2. de nat. Deor. *Dein quæ sequuntur.*

*De auctorum successione* ] *Auctores* vocat *jurisprudentes*, non quòd ab illis omne jus, quod in Rep. Romana proditum est, veniat, sed quomodo eximii, qui doctrinam aliquam, aut res gestas literis consignarunt, *auctores, clarissimi auctores, optimi auctores, classici auctores*, Ciceroni, Cæsari, Quintiliano, Gellio & aliis dicuntur: quomodo & Justiniano in l. 1. §. 6. Cod. de vet. jur. enucl. item in l. 13. pr. C. de usufr. vocantur. & Ulpiano in l. 4. §. 14. de doli & met. exc. l. 1. §. 3. vers. *Sed in usufructu. ff. de usufr. accresc.* Eodemque sensu *auctores juris* dici passim in jure nostro existimem; ut l. *quæro. 39. de act. emt. l. 17. de jure patron.* item Gellio lib. 2. c. 10. pr. *Servius Sulpitius, juris erwilis auctor.*

*Constare non potest jus, nisi sit aliquis Jurisperitus, per quem possit quotidie in melius produci* ] *Officium jurisperiti vel jurisconsulti* describit, quod eò pertineat, ut *jus quotidie producat in melius.* Idque necessarium esse docet, cum ait, *aliter jus constare non posse.* Nempe jura, i. nec de omnibus articulis, omnibusque factorum

F

aut

aut rerum speciebus concipi aut constitui possunt, l. 10. 12. ff. de legib. (2) nec ita providere componi, quin aliqua quandoque circumstantia dispositionem non admittat. Et hinc imperfectionem aliquam & vitium legum Aristoteles considerat, interpretatione supplementum. Supplementum illud est ἐπαρόρθωμα τῆ νομίμου δυνάμεως; Tullio orat. pro Cluent. Laxamentum legis.

Sed & (3) mutationibus variis obnoxia sunt, suasque quasi periodos habent leges, ut quælibet res alia; quam in rem egregiè apud Gell. lib. 20. c. 1. Sextus Cæcilius ad Phavorinum, non enim, inquit, profecto ignoras, legum opportunitates & medelas, pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus, mutari atque flecti, neque uno statu consistere; quin, ut facies cæli & maris, ita rerum atque fortunæ tempestatibus varientur. Exempla illic adjiciuntur optimarum rogationum, obliteratarum & opertarum, ut ait, Civitatis opulentia, quasi quibusdam fluctibus exæstuantis.

Denique & obscuritatem quandoque & dubietatem sententiæ, vel habent ex verborum forma, vel contrahunt cum tempore; unde ab igno-

ignorantibus, vel malè affectis, calumniatoribus ac rabulis, in alienos detorquentur sensus, & fraudationum aucupiorumque pecuniae alienae, injuriarum, & malorum materiam causamque praebent. His omnibus quando consulit Iuris peritus, operam illius jus, ut hic loquitur JCrus, in melius producitur.

*Juris peritus*] Non abs re hinc est Zafii, itemque Corasii commentarius, hoc summam infinuans, illos demum huic rei aptos esse, qui boni & aequi peritiam habent, quique instructi non tantum universi juris notitia, sed & Philosophiae, praesertim moralis, dialectices, & oratoriae praeceptis & Linguae cognitione; denique qui viri boni, integri, scelerisque puri sint; non rabulas forentes, aut cautos illos, & peracutos, scilicet, verborum aucupes, qui non justitiae aut mutuae inter cives charitatis, sed jurgiorum & litigandi vias tradant; non denique, qui verborum aliorum commentarios, & vanas futilisque interpretum digladiationes ambiose sectentur, inque istis neniis & ineptis magis, quam legibus ipsis interpretandis, occupati, magis opinantium numero, quam vi textuum ac definitionum juris inruxi sint.



vium & spontaneum obsequium, omni arte & operâ se composuerunt. Imprimis Octavianus, postquam dejecto Lepido, & debellato per pugnam Actiacam Antonio, solus teneret imperium, eâ simulandi ac moderatè agendi prudentiâ ac solertiâ usus est, ut precibus Patrum quasi victus, & invitus, imperium summamque in Republ. potestatem retinere compelleretur. Imò non voluit nisi disertâ Patrum & populi voluntate regnare. Unde cum primum decennium potestatis ipsi exiisset, voluit sibi imperium prorogari in quinquennium, atque hoc exacto, rursus in quinquennium, post rursus in decennium, denique in aliud rursus decennium, intra cujus spacia, quadragesimo quarto post pugnam Actiacam anno, quinquagesimo sexto à cæde C. Julii Cæsaris, & sumtis Rēip. causâ armis, diem obiit. Videatur de his omnibus Dio Cass. ac d. Octaviano Augusto quidem, lib. 45. & aliquot seqq. imprimis lib. 52. & 53. Tacitus libri 1. *annual. initio*, ita artem Augusti verborum compendio exprimit: *Postquam, inquit, Bruto & Cassio cæsis, nulla iam publica arma, Pompejus apud Siciliam oppressus, exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus, nisi Cæsar, dux reliquus; posito triumviri nomine, Consulens se ferens, & ad tuendam plebem tribu-*  
*nicio*

nicio jure contentum, ubi militem donis, populum annonâ, cunctos duicedine otii pellexit, insurgere paulatim, munia senatûs, magistratum, legum, in se trahere, nullo adversante, cum ferocissimi per acies, aut proscriptione cecidissent, cæteri nobilium, quanto quisque servitio promtior, opibus & honoribus extollerentur, & novis ex rebus aucti, tuta ac præsentia, quam vetera & periculosa mallent. neque provinciæ illum rerum statum abnuebant, suspecto Senatus populique imperio ob certamina potentium & avaritiam magistratum, invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, postremò pecuniâ turbabantur. &c. Tiberii deinde, successoris, artes ac simulandi calliditatem uterque historicus luculenter describit: Tacitus *d. lib. 1. Dio lib. 57.*

*Nam Senatus non perinde* ] Sit tantum politicè hoc consideremus, videri poterat, per plures tot provinciis & ditionibus feliciter consuli posse, quàm per unum, cum oculi, ut vulgatum verbum est, plus videant quam oculus, multorum ingenia & experientia uberiores ac salubriores agendi rationes subministrant, quàm unius; unde & uni Principi consilia multorum necessaria sunt, unde pro sua prudentia, si excellat, eligere possit, quod factò opus esse videatur. Neque affectibus & libidinibus ita videntur esse obno-

obnoxii plures, ut unus; denique ipsa provinciarum regendarum multitudo, amplitudoque imperii cum plures administratores exposceret, felicius præfuturi singulis videri poterant, qui ex ipso regentium corpore adsumerentur. Sed & Rerumpublicarum forentissimarum ac potentissimarum, à pluribus, optimatibus, egregie rectarum exempla in vetustis & recentioribus historiis occurrunt. Etiamnum de Republica Genuensium, item potentissima illa, quæ ultra mille annos eodem statu hæctenus constitit, multarum ditionum domina, quæ per tot annos sola, sine extraneo auxilio, Turcarum Imperatoris vim atque impetum sustinuit, Republica Veneta, res expedita est. ut nihil dicam de Belgio hoc unito, quod in statu istiusmodi contrarium Hispaniæ Regum vim acerrimam Dei beneficio stetit, atque etiamnum, pace facta, stat valentissimum. At nihilominus, ut plerumque plurium æqualium dominatio dissensionibus, æmulationibus, studiis, ambitioni, factionibus obnoxia sit, vel una Romanorum Respublica (quod & paulò antè relata Mæcenatis oratio pertinet) abundè docuit. Sed & eadem ostendit, quibus vitis & incommodis obnoxiam fit unius imperium; & quàm faciliè in tyrannidem abeat. Habet sanè quælibet Reipublicæ forma sua commoda & incommoda præcæteris; unde nec ullam puram plerique admittunt Politici, & vel omnium, vel aliquarum saltem, rationes ita commiscendas aut tem-

temperandas censent, ut incommoda evitentur, commoda relinquuntur. *Vid. Casp. Contar. lib. 1. de Republ. Veneta.* ubi eleganter & accuratè, tum in genere paucis, tum in exemplo celeberrimæ hujus Reipublicæ, hanc rem exsequitur. Item *Dionys. Halicar. lib. 7. in oratione M. Valeri in causa M. Coriolani; Machiav. disp. de Rep. lib. 1. cap. 2.*

*Constituto Principe datum est ei jus*] Primus Octavianus Augustus Romanæ reip. Princeps audit. *Tac. initio lib. 1. Lepidi, inquit, atque Antonii arma in Augustum cessere, qui cuncta discordiis civilibus fessa, nomine Principis sub imperium accepit.* Regium erat Principum imperium, sed Regum tamen nomen, ut semel è Republ. cum invidia sublatum, non usurparunt. C. Julio Casari, devicto Pompejo, primo à Senatu inter cætera nomen Imperatoris decretum est, non pro antiqua consuetudine, quâ id cum ali, tum ipse quoque sæpius ex bello reportaverat; neque eâ ratione, quod ei merum imperium absolutamque potestatem deferrent; sed eo modo, quo nunc iis, qui summum imperium obtinent, tunc primo Casari primum imposuerunt, tanquam ipsi proprium. Verba sunt Dionis Latinè reddita, *lib. 43.* Et subjicit, eò adulationis progressos esse, ut filios quoque ejus nepotesque ita nominari jusserint, cum nec filium ipse ullum haberet, & senex  
*offet.*

*effet. Id verò nomen Imperatoris , inquit ibid. Dio, à Julio, quemadmodum etiam Cæsaris nomen , tanquam peculiare summi imperii cognomentum, ad omnes deinceps Imperatores emanavit. Cæsar Octavianus post, sublato Triumviratu, cum solus rerum potiretur, anno U. C. 725. Idem nomen accepit, teste Dione lib. 52. Porro quæ amplius de transitu imperii & potestatis à populo ac senatu in unum Principem, deque L. Regia dicenda erunt, suo loco reservamus.*

12. Ira in civitate nostra, aut Iure, id est Lege constituitur: aut est proprium Ius Ciuile, quod sine scripto in sola Prudentium interpretatione consistit: aut sunt Legis actiones, quæ formam agendi continent: aut Plebiscitum, quod sine auctoritate Patrum est constitutum: aut est Magistratum Edictum, vnde Ius Honorarium nascitur: aut Senatusconsultum, quod solum Senatu constituyente inducitur sine lege: aut est Principalis constitutio, id est, vt quod ipse Princeps constituit, pro lege seruetur.

*Ita in civitate nostra &c.]* Enarrat omnes partes juris, quo Resp. Romana hæctenus utatur. Sed & hoc in vitio aliquo est, quod inde à §. 4. (postquam leges Regum exactis re-gibus exolevisse dixerat. quod tamen quomodo accipiendum sit, tum docuimus) de legibus tantum Decemviralibus sive 12. tabb quasi illæ solæ fuerint in Republ. *legum* nomine (vid. §. 8. hujus legis) non etiam in genere de *legibus* ad universum populum latis quicquam trætavit auctor; cum tamen earum & ante leges 12. tabb. & post latarum non mediocris occurrat numerus. Rectius igitur & Papinianus in *leg. 7. de just. & j.* & Imperator in *d. §. 3. Inst. de jur. n. g. & civ* partes juris recensent.

*Plebiscitum quod sine auctoritate Patrum]* De plebiscitis paulò ante pluribus actum. Additur hic, quòd *sine auctoritate patrum*, h. e. senatus, facta fuerint. Id quoque supra in expositione comitorum veterum sub. §. 2. consideravimus. Ad comitia populi univèrli *Patrum auctoritate* erat opus, nec antè illa haberi poterant, quàm *Patres auctores* facti essent. Ac primis quidem temporibus *Patres* non *ante*, sed *post* comitia habita auctores fiebant, hoc est, ea, quæ populus comitiis jusisset, confirmabat, ex Romuli instituto, quo eveniebat, ut, cum patres auctores fieri nollent, scitum populi abrogaretur hoc ipso. Post verò Senatui id jus ademtum inductumque est, ut antequam comitia habe-

ren-

ferentur, in incertum eorum eventum Patres auctores fierent. Q. Publilius Philo à Collega T. Emilio Mamercino Consule Dictator dictus, anno U. C. 414. hanc legem tulit, *ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium Patres auctores fierent.* ait Livius *lib. 8. c. 12.* Iunge quæ annotavit Rosinus *antiq. lib. 6. c. 13. in pr.* Cæterum, licet Patrum auctoritas ad singula comitia plebis non accederet, accesserat tamen ad universâ, concessione plebi factâ, partim tempore primæ secessionis, partim tempore perlatae legis Publiliæ Lætoriz sive Voleronis (de cuius admittæ difficultate, oratione asperâ Appii Claudii, primi illius, qui duritie & obstinatione suâ primæ secessionis causam præbuerat, filii, exacerbatis tribunis ipsaque plebe, Capitolioque ab his occupato, ante quàm Senatus rogationem permetteret, videatur Dionys. *lib. 9.*) partim tempore secessionis secundæ, virtute legis Horatiæ, post aliquoties, uti dictum, repetitæ.

*Aut Senatusconsultum*] Intelligit secundùm præcedentia *senatusconsulta generalia*, vice legum, de jure facta. Talia autem nulla fuisse, nisi occupatâ Republ. sub Principibus, ex eorundem permisso & arbitrio, non ante Principes, quod ordo hîc observatus insinuat, paulò ante liquidò demonstratum est.

*Inducitur sine lege*] h. e. inducitur voluntate Senatus duntaxat, non ad morem pristinum, quo

quo leges ferebantur ad populum, ab eo jubendæ.

*Principalis constitutio* ] *Principale* dicitur, quod *Principis* vel à *Principe* est. Ita in jure nostro *Principales constitutiones*, hic, & leg. 30. de reb. cred. *principales libri*, leg. un. §. 2. de offic. quæstor. *principalis providentia*, leg. 22. §. 1. in. fin. de adopt. *principale decretum*, l. 2. de offic. assess. *principalis sententia*, leg. un. de off. præf. præc. *principalis majestas*, leg. pen. de hæred. inst. *principalis auctoritas*, leg. 45. §. 1. de re jud. dicuntur, & alia ejusmodi.

*Id est, ut quod ipse Princeps constituit, pro lege servetur* ] Ita Florentina habet lectio, cuius tamen verborum ordo videtur Paulum turbatus esse, puandoquidem omninò concinni-  
mita. loqueretur: *Id est quod ipse Princeps constituit, ut pro lege servetur.*

## PARS II. DE MAGISTRATIBUS REIP. ROM.

13. Post Originem juris, & processum cognitum, consequense est, vt de Magistratum nominibus, & origine cognoscamus, quia, vt exposuimus, per eos, qui juri, dicendo præsunt, effectus rei accipitur. **QUANTUM** est enim jus in civitate esse, nisi sint, qui jura regere possint? Post hoc deini  
de



de auctōrum successione dicemus :  
quod **CONSTARE** non potest jus ,  
nisi sit aliquis **IVRISPERITUS** ,  
per quem possit quotidie in melius  
produci.

*Post originem s̄tris &c.* ] Prima trium ] Cto. hoc  
capite propositarum tractationum fuit hactenus.  
Sequitur de *Magistratibus* , altera.

*De Magistratuum nominibus & origine* ] *Magistratus* intelligi , quibus vel *Respubl.* omnis gubernanda , vel pars ejus aliqua , cum potestate quadam , administranda commissa sit à populo , vel principe , vel ut omninò , quibus summum in *Rep.* jus competit , alibi à nobis pluribus expotitum est. *Paulus in leg 57. ff. de V. S.* magistratus vocabulum à voce *magister* ducit , certa ratione , quia , ut illic ait ] Ctus , quibus *præcipua rerum cura incumbit* , & qui *magis quàm cæteri diligentiam & sollicitudinem rebus* , quibus *præsunt* , debent , hi *magistri appellantur* , Propriùs tamen à *magistrando* magistratus dicitur ; quod *regere & temperare* est , inquit *Festus lib. 11.*

Porro magistratuum *Reip. Romanæ* exsequitur ] Ctus nomina , connotando cujusque officii *rationem ac potestatem* ; itemque *originem* , h. e. à qui

à quibus singuli constituti sint, & quibus occasio-  
nibus.

Per eos qui *juri dicendo præsumunt*] Videri pote-  
rat juvari ex hoc loco sententia illorum, qui  
magistratum *minorum potestatum* nomen esse,  
& *juri-dicundo*, sive *juris-dictioni*, strictè pro-  
reddendi *juris in causis civilibus ac privatis pote-  
state* dictæ, præfectum, demum rectè ma-  
gistratum dici tradunt, ut *Scip. Gentil. de jurid.*  
*l. 2. c. 2. & 3. Bernh. Sudh. in dissert. de ju-  
risd. aph. 182. Grot. de imp. summar.*  
*potestatum circa sacra c. 1. & alii.* At imò  
non juvatur. Nam & *Reges & Dictatores &  
Questores rerum capitalium*, & omnes alii, qui-  
bus administratio Reip. ultra jurisdictionem  
ejusmodi commissa fuit, deinceps hinc inter  
magistratus recensentur. Et multò latiùs patet  
Reip. administratio, quàm juris dictio vel red-  
ditio; licet omnem reip. administrationem se-  
cundùm jus fieri, & jure constare oporteat.  
Et an hinc igitur à *jus dicere* latiùs pro *omni ju-  
ris expeditione*, sive *omni illius, quod jus in re-  
publ. exigat, exercitio*, positum? An pro *omni-  
magistratum officio*, unum, ad *privatorum*  
*utilitates*, evidentius pertinens, expressum esse  
dicemus? Sanè latiùs, quàm ut ad sic strictè  
dictæ jurisdictionis terminos quadret, & *ju-  
risdicundi & jurisdictionis* vocabulum signifi-  
care, etiam infra ad §. 32. in fin. evici-  
tatis.

Lfc.

*Effectus rei accipitur* ] Cùm omne jus ad actionem & observationem pertineat, frustra utique est, nisi sint, qui inter dubios id expli- cent, qui secundùm id decernant, statuam, decernendòque ac statuendo usum ejus in Remp. introducant, eoque rempublicam sal- vam faciant. Ipsa jura, ipsæve leges nihil agunt, sed per magistratus virtus illarum rei- publicæ applicatur. *Quod medicamentum mor- bis, hoc exhibent jura negociis*; inquit Im- per. in pr. Nov. III. Cæterum sicut medica- menta vel præstantissima, citra medicorum præscribentium & applicantium opem & mi- nisterium, salutem hominum nil conferunt; ita nec jura, cùm non ea sit hominum conditio, ut quilibet sponte quod oportet faciat, quic- quam sine magistratibus profunt. *Conf. quæ de magistratibus eorumque necessitate & officiis ha- bet Cic. lib. 3. de LL. à princ.*

*Qui jura regere possint* ] Ita in Floren- tino. Vulgò reddere. quod fortè rectius. Quanquam non inconcinnum planè videatur ita loqui; *jura regere*; cùm leges ac jura instrumentum sint regendi administrandi- que Rempublicam, in regentium & ma- gistratum quasi manupositum; quo instru- mento cùm rectè utuntur, illud ipsum *re- gere*, h. e. *dirigere* ut oportet, intelli- guntur, sic, ut virtus ejus in omnem Rem- publicam expronatur. Hinc illud Poetæ. *Ipsa*  
*etiam*

*Ipsæ etiam leges cupiunt, ut jure regantur.* Porro hæc lectio atque interpretatio ad jurisdictionem strictiùs dictam contrahi nequit.

Post hoc dein ] Dein pro deinde, in Florentino. Ita Cic. in Orat. Hæc quidem duo binis pedibus incisim, dein membratim. Et 2. de nat. Deor. Dein quæ sequuntur.

De auctorum successione ] Auctores vocat jurisprudentes, non quòd ab illis omne jus, quod in Rep. Romana proditum est, veniat, sed quomodo eximii, qui doctrinam aliquam, aut res gestas literis consignarunt, auctores, clarissimi auctores, optimi auctores, classici auctores, Cicero, Cæsari, Quintiliano, Gellio & aliis dicuntur: quomodo & Justiniano in l. 1. §. 6. Cod. de vet. jur. enucl. item in l. 13. pr. C. de usufr. vocantur. & Ulpiano in l. 4. §. 14. de doli & met. exc. l. 1. §. 3. vers. Sed in usufructu. ff. de usufr. accresc. Eodemque sensu auctores juris dici passim in jure nostro existimem; ut l. quero. 39. de act. emt. l. 17. de jure patron. item Gellio lib. 2. c. 10. pr. Servius Sulpitius, juris eruditus auctor.

Constare non potest jus, nisi sit aliquis Jurisperitus, per quem possit quotidie in melius produci ] Officium jurisperiti vel jurisconsulti describit, quod eò pertineat, ut jus quotidie producat in melius. Idque necessarium esse docet, cum ait, aliter jus constare non posse. Nempe jura, 1. nec de omnibus articulis, omnibusque factorum

F

aut

aut rerum speciebus concipi aut constitui possunt, l. 10. 12. ff. de legib. (2) nec ita providè componi, quin aliqua quandoque circumstantia dispositionem non admittat. Et hinc imperfectionem aliquam & vitium legum Aristoteles considerat, interpretatione supplementum. Supplementum illud est ἐπαρόρδιωμα τῆ νομίμου δίκης; Tullio orat. pro Cluent. Laxamentum legis.

Sed & (3) mutationibus variis obnoxie sunt, suasque quasi periodos habent leges, ut quælibet res aliæ; quam in rem egregiè apud Gell. lib. 20. c. 1. Sextus Cæcilius ad Phavorinum, non enim, inquit, profecto ignoras, legum opportunitates & medelas, pro temporum moribus, & pro rerumpublicarum generibus, ac pro utilitatum presentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus, mutari atque flecti, neque uno statu consistere; quin, ut facies cæli & maris, ita rerum atque fortunæ tempestatibus varientur. Exempla illic adjiciuntur optimarum rogationum, obliteratarum & opertarum, ut ait, Civitatis opulentia, quasi quibusdam fluctibus exæstantis.

Denique & obscuritatem quandoque & dubietatem sententiæ, vel habent ex verborum forma, vel contrahunt cum tempore; unde ab  
igno-

ignorantibus, vel malè affectis, calumniatoribus ac rabulis, in alienos detorquentur sensus, & fraudationum aucupiorumque pecuniæ alienæ, injuriarum, & malorum materiam causamque præbent. His omnibus quando consulit Iurisperitus, operâ illius jus, ut hic loquitur Jctus, in melius producitur.

*Iuris peritus*] Non abs re hîc est Zasii, itemque Corasii commentarius, hoc summatim insinuans, illos demum huic rei aptos esse, qui boni & æqui peritiam habent, quique instructi non tantum universi juris notitia, sed & Philosophiæ, præsertim moralis, dialectices, & oratoriæ præceptis & Lingue cognitione; denique qui viri boni, integræ, scelerisque puri sint; non rabulas forenses, aut cautos illos, & peracutos, scilicet, verborum aucupes, qui non justitiæ aut mutuæ inter cives charitatis, sed jurgiorum & litigandi vias tradant; non denique, qui verbosos aliorum commentarios, & vanas futilesque interpretum digladiationes ambitiose sectentur, inque istis nœniis & ineptiis magis, quàm legibus ipsis interpretandis occupati, magis opinantium numero, quàm vi textuum ac definitionum juris inveniuntur.

14. Quod ad Magistratus attinet, initio civitatis hujus constat **REGES** omnem potestatem habuisse,

*Initio civitatis hujus constat Reges omnem potestatem habuisse.* ] *Rex à regendo: rego quasi rem ago, dicitur. Tacitus ita orditur historiam suam: Urbem Romam à principio Reges habuere. Et constat, inde à condita Urbe usque ad ann. 244. penes Reges summum imperium fuisse, Romulum fundasse imperium, successisse huic Numam Pompilium, Tullum Hostilium, Ancum Martium, Tarquinium Priscum, Servium Tullium, & Tarquinium superbum, cui septimo Regi imperium abrogatum. Neque tamen ita omnis potestas Regum fuit, quin (1) juxta Reges Senatus esset; (2) tria illa populo relicta essent, magistratum creatio, legum latio (ex usu, qui posterioribus temporibus, vetusta legum latio-  
ne sublata, successit, hac voce pro νομοθεσίᾳ nunc utor) & arbitrium pacis ac belli; ita quidem, ut auctoritas Senatus scitis populi accedere deberet; ut jam supra visum est. Cæterum nihilominus summum erat apud Reges imperium. nam neque ad Senatum quicquam pertinebat, nisi à Rege relatum; neque ad populum, nisi rogatione ejusdem. Ac negari tamen haud potest, hanc ipsam quandam potestatis non modicam participationem, tum in Senatu, saltem cum con-*  
firma-

firmaret vel destitueret scita populi, tum in populo fuisse, ad quem omnino, de tribus istis, potissimum jurium majestatis, referre oportebat, & absque cujus jussu nihil horum legitimè fieri vel explicari poterat. Omninoque hic & ex *democraticis*, & ex *aristocraticis* rationibus *monarchiam* temperamentum accepisse fatendum fuerit. Quòd temperamentum ad huc magis argueretur ex jure provocandi à Rege ad populum, si modò, quod in Hostilio circa Horatii provocationem laudatur (de quo superius ad §. 4.) non ex gratia magis, quàm juris necessitate factum fuisset. Tacitus *ann. lib. 3. c. 26.* (quem locuta & supra, pag. 8. citavimus) *nobis*, inquit, *Romulus, ut libitum, imperitaverat*: Sed non tam crudè hoc accipiendum ad verborum sonum. Nam & ipsum Romulum tria illa, quæ diximus, populo reliquisse constat. *Dionys. lib. 2.* Nec tamen cum nuperrimo dissertationis *de ratione status Imperii Romano-Germanici* Hippolithi à Lapide, confutatore, D. Slutero, fecerim, qui *p. 1. c. 4. sect. 2. n. 3.* considerat, non scripsisse Tacitum, *ut Romulo libitum*, sed, *ut libitum*; exponitque, *juxta communem & domesticam civium placitum ordinasse Romulum & administrasse Rempublicam*. Et res, & forma loquendi, expositionem illam repudiant. Nempe *legum*, & *jurium constitutorum* respectu sic loquitur historicus; quòd non secundum hæc, & ex præscripto, sed *ut libitum*,



h. est, ut secundum prudentiam propriam, animique, ad salutem utique civium suorum intenti, ductum, visum ipsi esset in negotiis causisque oblatis, statuerit jusque dixerit. Contextus totus hoc indicat. nam i. a. mox: *dein*, ait, *Numa religionibus & div. n. jure populum covinxit; repertaque quaedam à Tullo & Anco. Sed præcipuus Servius Tullius Sanctior legum, quis etiam Reges obtemperarent. &c.* Ac ne id quidem, quod Romuli imperium absque legibus jureque constituto fuerit, tam præcisè exaudiendum esse, jam §. 2. dictum, & ampliùs, ad §. 1. & 3. ostensum est. Et, quid Romulus *jubendarum legum* jus commendasse populo dici possit, si de legibus, quibus contineretur respublica, non cogitasset? Sed & Livius *lib. 1. c. 8.* sic de eodem: *Vocata*, inquit, *ad concilium multitudinem, que coalescere in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus, poterat, jura dedit.* Item Dionys. *lib. 2.* Romulum scribit legibus *latiis & patriciis & plebejis* sua munia præstituisse: *επομοθέτει* inquit, *μετά τῆτο κ̄ δέταττεν ἄ ἄδὴν πατρίων ἐκαλέρες.*

15. Iisdem temporibus & TRIBUNVM CELERV M fuisse constat. Is autem erat qui equitibus præerat, & veluti secundum locum à Regibus obti-

obtinebat. quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit regis eiiciendi.

*Iisdem temporibus & Tribunum Celerum ]*  
*Tribunus à tribu dictus, quasi tribus magister.*  
 De partitione populi Romani in tribus, actum ad §. 1. At cum *Celerum* tres à Romulo constitutæ essent centuriæ, & singulis non *tribuni*, sed *centuriones*, tribus autem simul unus *Tribunus* præfectus esset, apparet, aliter *tribunum celerum* dictum fuisse, à *tribus* scilicet, quibus præerat, *centuriis*; aliter *Tribunum tribus*, à *tribu*, ut dictum. Post latius usurpatum vocabulum, ut ferè omne *magisterium* contineret: *Tribuni plebis*, *Tribuni militum* vel *militares*, *Tribuni ærarii*, appellati: An potius à *tribuendo*, h. est, distribuendo, partiendo, vocem deducemus, ut *tribunus* sit, vel *parti cætus*, vel *cætus in partes tributo præpositus*? vel à *tribuendo*, h. est, dando, attribuendo; ut sit, qui in magisterium & directionem attributus sit; vel, ut vult Isidor. *lib. 9. c. 4. qui iura & opera tribuat*?

*Celerum ]* Quinam *Celeres* fuerint, à quo primum lecti, quoque numero, indicatum ad §. 8. Dicti vel, quod probabilius, quodque plerosque tradidisse auctor est *Dionysius lib. 2. à promittudine ministerii, vel, ut Valerium Antiam*

tiam voluisse ibidem ille prodit, à *Celere* duce suo; eodemque, ut *Festus lib. 3.* & post eum *Perottus ad 28. epigr. Martial.* volunt, Remi interfectore, quem deinde Romulus trecentis illis primitus è curiis delectis præposuerit. *Celeris*, quem Romulus comitem, adjutoremque habuerit, omninoque cæsi ab hoc *Celere* Remi, mentio est apud *Ovid. Fastor. lib. 4.* his versibus:

*Augurio læti faciunt fundamina cives,  
Et novus exiguo tempore murus erat.*

*Hoc Celer urget opus, quem Romulus  
ipse vocarat,*

*Sintque, Celer, curæ, dixerat, ista tuæ.*

*Neve quis aut muros, aut factam vomere fossam*

*Transseat, audentem talia dede neci.*

*Quod Remus ignorans, humiles contemne-  
re muros*

*Cæpit, & his populus, dicere, tutus erit?*

*Nec mora, transfiliit, retrò Celer occupa-  
pat ausum;*

*Ille premit duram sanguinolentus hu-  
mum.*

*Halicarnasseus lib. 1.* item eundem *Celerem* memorat Remi interfectorem, aliorum, à quibus ipse abit, auctoritate.

Et quid, si *celerem*, nomine appellativo, non proprio, pro equite vel milite, ab expediendi

endi velocitate, etiam in ista relatione de *Cæde Remi*, dictum existimemus? ut aded *celerum* nomen selectione illa Romuli trecentorum juvenum prius & antiquius esse videatur. Scat. lib. 1. poet. 22. *Qui privis, inquit, equis currebant, κέλντες vocati; unde & priscum celeris nomen. sic enim equites sub Romulo dicti.* Deducit vocem à *Celes*, κέλνς, quod à κέλλω, quod est, ταχέως τρέχω, velociter curro, derivat Budæus in lex. Græco, item Martinius in lex. etymol. verb. *celer*. Porro promptitudinem istam ministerij ampliter describit Dionysius d. loco.

Plurarchus in *Numa*, hunc refert *Celerum* custodiam deposuisse, & turmas hæc trecentorum dissolvisse, quod *dignum non putasset, aut credentibus minus credere, aut non credentibus imperare.*

Hoc si verum est, sequentes Reges institutum reduxisse consequitur; sub quibus utique fuisse *Celeres*, constat. Et *Tarquinius Priscus*, ut jam dictum, numerum eorum duplicavit.

Hi *Celeres*, post etiam *flexumines* à (*stectendis vel animis, vel equis.* Perott. pag. 413. 40.) item *Trossuli*, (cum oppidum ejus vocabuli in *Thuscis* circa *Volsinos*, sine ullo peditum adjuvamento cepissent.) tandem *equites* vocati *Plin. lib. 33. c. 2.*

*Veluti secundum locum à Regibus obtinebat ]*

¶ 5.

*Veluti,*

*Veluti*, ait, quoddam non reverentiam & constitutionem, sed propter dignitatem & auctoritatem perinde fuerit, ac si proximo loco post Regem Tribunus Celerum collocatus esset. Nam, ut paulo post §. 19. Pomponius docet, is fuit hic Regibus, qui ejectis regibus Dictatori *magister equitum*, & ferè, qui Cæsaribus *praefectus praetorio*. *Omnes enim hi*, inquit Coras. hic, *principibus suis iugiter aderant, illisque absentibus aut verbo laborantibus, vices Regis, Dictatoris, aut Augusti agebant; ut quodammodo videretur inter eos societas quaedam & conjunctio imperii coita.*

*Seneca Brutus* ] De hoc jam aliquid ad §. 3. *Bruti* nomen adeptus à simulata stupiditate & stoliditate, metu Tarquinii regis, avunculi sui, qui in optimos quosque saeviens, & *Iunium*, patrem ipsius, facultatum ejus occupandarum causam, simulque fratrem natu majorem, ne scelus ulcisceretur, clam sustulerat. De quo ita Ovid. lib. 2. *fast.* *Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset Tutus ab insidiis, dire superbe, tuis.* *Brutum* dicitur, quod stupidum & insensatum est. inde Cic. lib. 3. *ad Herenn.* *fortanam brutam* appellat; Et animalia rationis expertia *bruta* dicuntur. Prudenter ita elusit saevitiam tyranni, obtinuitque, ut in Regia, inter liberòs regis securus ageret, & occasionem vindicandi de se & universam patriam in libertatem operiretur. *Dionys.* lib. 4. Memorat idem *Dionysius*,

fius, quod, cum Rex oborto & grassante igno-  
to quodam pestilentiae genere, Aruntem & Ti-  
tum filios ad Apollinem Delphicum misisset,  
adjuncto fallendi temporis & itineris causa  
Bruto, consultum de fine mali, adolescen-  
tesque privatim deinde rogassent oraculum,  
quemnam fata destinarent Romanis futurum  
principem, idque respondisset, *eum, qui pri-  
mus matrem osculatus fuerit*, Brutus, cæteris  
de matre propriè dicta responsum accipienti-  
bus, quum primùm Italiam contigisset, pro-  
lapsus terram, quippe *communitatem omnium ma-  
trem*, osculatus sit. Idem refert Liv. lib. 1. c. 56.

Cæterùm hæc fatuitatis simulatio, de qua  
consentiunt historici, improbabile facit, quod  
hic Pomponius juxta Livium, ut & antè nota-  
tum est, *Brutum* vult *Tribunum ceterum* fuisse,  
h. est, summam à Rege dignitatem, tantumque  
imperii & potestatis obtinuisse. Multo verifimi-  
lior omnino est relatio Dionysii, quod *princeps*  
fuerit *sacrificorum*. In consultatione de abro-  
gando Regibus imperio ad cadaver Lucretiæ  
habita, ita Bratum Valerio, de comitiis, quis  
ea habiturus esset, cum nemo ipsorum sit in  
magistratu aliquo, quaerenti, respondentem  
inducit: *Ego, Valeri, sum enim sacrifico-  
rum princeps; licetque mihi per leges quan-  
doocunque in comitium vocare populum.*  
*Hanc enim honorem omnium maximum*  
*Tarquinius mihi dedit, ut fatuo, & nè-*

*que intelligenti ejus potestatem, neque usuro eâ, si intelligerem.*

*Qui auctor fuit Regis ejiciendi ]* Causam & occasionem suscipiendi ejuscemodi consilii, scelus Sexti Tarquini, Regis filii, in Lucretiam, L. Tarquini Collatini uxorem, Sp. Lucretii, nobilis Romani, filiam, quæ violatæ pudicitiae dolore, obtestata patrem & necessarios, ut injuriam sibi illatam non paterentur inultam, manus ipsa sibi consciverat; totamque exclusi Regis & familiae regiae, conversique status Reip. historiam, vide imprimis apud Dionys. d. lib. 4.

Auctor autem, h. est, *suasor*, abrogandi regibus regni, fuit, non tantum amicis suis & necessarius Lucretiae, quos ad hoc unâ secum moliendum & præstandum instigavit, & juramento ad cultrum defunctæ cruore rubentem manu à singulis prehensum, obstrinxit; sed potissimum *populo*, ad quem gravissimè ea de re concionatus est.

Porro, cum hoc loco Pomponius unâ cum *Regibus tantum Tribuni celerum* mentionem faciat, quæstionis materia est, an ergo sub regibus præter tribunos celerum alii nulli fuerint magistratus. Imò Cujacius *ad h. cap. §. Populo deinde aucto. verb. magistratus tamen. nullos sub Regibus legitimos magistratus fuisse* asserit, auctoritate Pomponii; quam, cum nullam certorum verborum alleget, vel ex hoc loco, vel hinc ducit, quod is §. l. *hujus*

hujus capituli tradidit, *initio omnia ma-*  
*à Regibus gubernata esse.* Cæterum quo sensu id  
 accipiendum, jam ex antè dictis manifestum est.  
 Distinguendum inter *magistratus*, & *magistra-*  
*tus legitimos.* Neque enim omnes magistratus *le-*  
*gitimi.* Illi rectè sic dici videntur, qui secundum  
 legem, ideoque & ordinarii, & non arbitrarii  
 sunt. qui *non lege certa*, sed *arbitrio* superioris  
 creantur, hoc ipso legitimi non sunt.

Erronea autem planè videtur esse illa Cujacii  
 sententia promiscuè de omni specie magistra-  
 tuum legitimorum accepta. Hoc largimur,  
 juris inter partes litigantes redditionem, & in  
 paucitate illa legum & constituti juris, fere  
 arbitrariam, & potissimum ad Reges (imò &  
 post reges ad Consules. quæ simul causa fuit  
 præturæ introducendæ, districtis nimium  
 Consulibus) pertinuisse. quod & Dionysius  
 docet *lib. 10. antiquit. in princ.* Cæterum ni-  
 hilominus *legitimos*, quos populus crearet,  
 magistratus fuisse sub regum imperio, negari  
 non potest. Nam & Romulus ipse cum aliis dua-  
 bus partibus populo *magistratum creationem*  
 reliquerat, ut aliquoties dictum; & Dio-  
 nysius *lib. 2.* Romulum confirmatum in  
 regno hunc morem ait instituisse, *ne quis, nisi*  
*auspicato regnum assumeret, magistratum ve-*  
*niret: observatumque illud apud Romanos*  
*longo tempore, non solum sub Regibus, sed*  
*etiam sublata monarchia, in Consulibus,*  
*præ-*



*prætorum, cæterorumque Magistratum  
 comitiis. Et paulo post: eundem Romulum,  
 postquam discrevisset potiores ab inferiori-  
 bus, mox legibus latis præscripsisse, quid  
 utrisque faciendum, ut patricii sacra cura-  
 rent, Magistratus gererent, jus redderent,  
 secum temp. administrarent, res urbanas  
 obirent; Sed etiam idem Dionysius lib. 4. cum  
 dictam Bruti & necessariorum Lucretiæ con-  
 sultationem refert, ita Valerium loquentem  
 facit: Reliqua rectè monere videris, Iuni:  
 cæteram de comitiis scire velim, quis indices  
 ea legitime, suffragiaque curiarum colligat?  
 Magistratus enim est hoc Officium, & no-  
 strum nemo ullum Magistratum obtinet.  
 Et post ad finem ejusd. libri, Spurium Lucreti-  
 um, cum illum Brutus more, ut ait, patrio,  
 comitiarum causâ interregem dixisset, tradit, con-  
 cione dimissâ jussisse omnes cum armis adesse in  
 campum Martium, ubi mos sit, legitimis comi-  
 tiis Magistratus eligi. Denique Tacitus lib. 6.  
 annal. c. 11. in pr. Namque antea, inquit, pro-  
 fectis domo Regibus ac mox magistratibus, ne urbs  
 sine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus  
 redderet, ac subitis uederetur. Apparet ex istis,  
 non defuisse Civitati sub Regibus magistratus  
 legitimos. neque n. ea omnia, nisi ad legi-  
 timos quos populo creandi jus esset, aptè refe-  
 rantur. Prefectum urbi quod attinet, de quo  
 Tacitus illic loquitur, addens, ferri, à Romulo  
 Dren-*

*Dionem Romanum, post ab Tollo Hostilio Nommam Marcium, & ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impositos; non fuit is, quod & extra ordinem, & ad tempus arbitrio Regum constirueretur, legitimis magistratibus annumeratus. Nam & modò dicta consultatio, cui & Spurius Lucretius, Lucretiæ pater, (quem ipse quoque Dionysius, veluti ex ore Bruti ad populum verba facientis, à tyrannò discedente Urbi præfectum relictum refert) interfuit, id satis arguit, in verbis Valerij modò annotatis. De præfecto Urbis post ampliùs. Imò nec Tribunus Celerum fuit legitimus magistratus. quod vel ex eo patet, quod, ut paulo antè relatam, Numa hoc uti noluit. Sed & questores, utique magistratus legitimos, fuisse sub Regibus, constat. Vid. Vip. in l. an. pr. ff. de Off. quest.*

16. Exactis deinde Regibus, CONSULES constituti sunt duo: penes quos summum jus uti esset, lege rogatum est. Dicti sunt ab eo, quod plurimum Reipublicæ consulerent. qui tamen ne per omnia Regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis provocatio esset, nève possent in caput civis Romani animadvertere injustu populi. solum  
re-

relictum est illis , ut coercere possent , & in vincula publica duci iuberent.

*Exactis deinde Regibus* ] Deletum regnum unius , & juratum & sancitum , ne unquam Romæ reges regnarent. Nec tamen regum nomen Brutus & focii , primi libertatis auctores , planè obliteratum , sed imò perpetuum in republica superesse voluerunt , ob merita bonorum Regum , ac idè *Regem sacrorum* , vel *sacrificulum* , jusserunt Consules à Pontificibus & Auguribus designari , qui sacris tantum præesset , immunis à militiâ , auctore Dionys. *lib. 5, sub princ.* Livius *lib. 2. c. 2. in pr.* idè hunc creatum dicit , *quod quedam publica sacra per ipsos Reges factitata fuerant , necubi Regum desiderium esset.* eundemque , *ne additus nomini honos libertari officeret , Pontifici* , puta maximo , *subiectum scribit.*

Facta a. hæc reip. conversio anno U. C. 244. exeunte. Accidit enim , ut annotatum , regifugium d. 6. Cal. Mart. cum annus 244. terminaretur paulo post in *Parilibus* , h. est , d. 11. Cal. Maji. Mox primi ab Interrege *Consules* creati magistratum inierunt. Et fuisse Calendas Martias primùm ineundo Consulatu solennes , colligitur ex auctoribus , licet post

pōst alios dies, Calendas Octobres, Idus Martias, denique ab anno V.C. 601. Calendas Ianuarias, ex Dionysio, Livio, Floro, & aliis, eidem incundo solennes, adeoque oppidò hac in re variatum fuisse, pateat. Porro *comitia creandis Consulibus*, tempus *incundi* mense regulariter uno atque altero antegrediebantur. v. de his Pigh. *annal. lib. 2. pag. 67.* Onuphr. *ad lib. 1. fastor. pag. 56. 57.* Rosin. *lib. 6. c. 12.*

*Consules constituti sunt* ] electum mite imperantium nomen. à *consulendo* enim ita dicti, quòd plurimum, ut hic mox ait Pomponius, *reip. consulerent*; vel, ut elegantius expressit Florus *lib. 1. c. 9. ut consulere se civibus suis debere meminissent.* Quà sententiâ summa officii regentium continetur, qui id unice spectare debent, ut profint, quibus præsunt, omniaque ad eorum salutem referant. Ut enim tutela, sic procuratio *reip. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est,* ait præclare Tull. *lib. 1. offic.* Eoque tyrannus à recto principatu distat, quòd hic propter populum, ejusque geritur bono, illa non populi, sed unam regentis utilitatem sectatur. Arist. 4. *polit. 10. in f.* Laudat ex hoc in *remp. & populum affectu primum libertatis Romanæ auctorem L. Iun. Brutum* Florus *d. loco. Brutus*, inquit, *favori civium etiam domus suæ clade & parricidio velificatus est. quippe cum studere revocandis in Urbem.*

Urbe regibus liberos suos comperisset  
 exit in forum, & concione media virg  
 & securi percussit; ut planè publicus  
 locum liberorum adoptasse sibi populum  
 Consentanea imprimis hifce lex à Cic.  
 LL. prodita: Regio imperio duo sunt  
 praeuendo, iudicando, & consulendo,  
 iudices, consules appellantur; militiae  
 jus habent; nemini parent; ollis sal  
 suprema lex esto.

Varro de ling. Lat. lib. 4. ed docet  
 tendo dictum Consulem, quod consi  
 tum & populum. Plut. in Romulo à O  
 men trahit; deo consilii, cui & Romani  
 Consualia, celebrabant, quo ara, u  
 Halicarn. lib. 2., subterranea prope circ  
 ximum sacrificiis & libaminibus hono  
 equorum quoq; & quadrigarum comm  
 tur certamina. Ac idèd hujus dei ara si  
 nea erat, ut significaretur, consilia occ  
 oportere, auctoribus eod. Dionys.  
 A consilio simpliciter trahit nomen C  
 Dionysius lib 4. Placuit, inquit, nomina  
 sales, quos Graeca voce interpretat  
 βέλαις vel προβέλαις; nam Consilia  
 ni vocant, quas nostrates συμβουλαις.  
 consideratio haud minùs officii ejusqu  
 tudinis monet Consules, tum, quòd  
 non temere ac praecipitanter, agere,

consilia praeberere reipublice debeant, quibus illa  
jurovetur ac sustentetur; quodque ab illis illu-  
rumque providentia praecipue omnis inende-  
continendeque reipublice ratio petenda atque ex-  
spectanda sit.

Duo ] addendum, quod magistratus non  
perpetuus, sed annuus institutus sit. Utriusque  
rationem sciè & graviter oratio Bruzi apud  
Halic. d. lib. 4. exprimit. Demum, aut, non  
constituendam unam potestatem, per se quam  
sunt omnia sed duobus viris permittendam re-  
gium imperium. nimis enim imperio erant  
& molesti divisa potestate bifariam attributa  
eandem vim obtinentibus; & alius ab altero  
revocabitur ac vicissim revocabitur à licentia;  
emulatio quoque ad virtutis opinionem ex  
potestate aequata maxime nascitur. Et pau-  
lo post: superest unum ad retinendum in offi-  
cio summos magistratus omnium utilissi-  
mum, ut perpetuum non sit & cuius vita de-  
terminatum finiendum imperium. Praeterea cum  
est omnibus magistratus, cui rationem non  
tempus praestitutum est, eoque rationem non  
poscitur à nemine. unde tyrannus nascitur.  
Contrahenda igitur potestas intra tempus  
annuum. Imperandi enim patet per nos  
suo, & potestas, antequam committatur  
animus, relinquenda, reprimere cogenda  
fabulosa, nec finis inebriari hominibus

entibus per  
de securium  
veriti, opi-  
de innovata  
factis regi-  
ptibus 12. se-  
terrorem tol-  
nuere, insti-  
securas praë-  
s cum solis  
sibus collega

ibus in parti-  
a confiterit,  
le formis re-  
que commu-  
de tempera-  
differat.

a. Appellati  
ores, item ju-  
que tempore.  
aporibus (puta-  
im) nondum  
appellari, mos  
sibus cessavit,  
m deinceps po-  
de quo post suo

otandum, inde  
à libe-

*Urbes regibus liberos suos comperisset, protra-*  
*xit in forum, & concione media virgis cecidit,*  
*& securi percussit; ut planè publicus parens in*  
*locum liberorum adoptasse sibi populum videretur.*  
 Consentanea imprimis hifce lex à Cic. lib. 3. de  
 LL. prodita: *Regio imperio duo sunt, ùque*  
*præeundo, judicando, & consulendo, prætores,*  
*judices, consules appellantur; militiæ summum*  
*ius habent; nemini parento; ollis salus populi*  
*suprema lex esto.*

Varro de ling. Lat. lib. 4. eò docet à *Consu-*  
*tendo dictum Consulem, quòd consulat sena-*  
*tum & populum.* Plut. in Romulo à *Conso* no-  
 men trahit; *deo consilii*, cui & Romani festum,  
*Consualia*, celebrabant, quo ara, ut docet  
 Halicarn. lib. 2., subterranea prope circum ma-  
 ximum sacrificiis & libaminibus honorabatur,  
 equorum quoq; & quadrigarum committeban-  
 tur certamina. Ac idèò hujus dei ara subterra-  
 nea erat, ut significaretur, *consilia occulta esse*  
*oportere*, auctoribus eod. Dionys. & Plut.  
 A *consilio* simpliciter trahit nomen *Consulum*  
 Dionysius lib. 4. *Placuit, inquit, nominari Con-*  
*sules, quos Græca voce interpretari licet*  
*βύλας vel προβύλας; nam Consilia Roma-*  
*ni vocant, quas nostrates συμβούλας.* Et hæc  
 consideratio haud minùs officii ejusque anapli-  
 tudinis monet Consules, tum, quòd *Consilio,*  
*non temere ac præcipitanter, agere, tum quòd*  
 consi-

consilia præbere reipublicæ debeant, quibus illa  
juretur ac sustentetur; quòdque ab illis illo-  
rumque providentiâ præcipuè omnis tuende  
continendæque reipublicæ ratio petenda atque ex-  
spectanda sit.

Duo ] addendum, quòd magistratus non  
perpetuus, sed annuus institutus sit. Utriusque  
rationem scitè & graviter oratio Bruti apud  
Halic. d. lib. 4. exprimit. Deinde, ait, non  
constituendam unam potestatem, penes quam  
sint omnia sed duobus viris permittendum re-  
gium imperium. minùs enim injuriosi erunt  
& molesti divisâ potestate bifariam ambobus  
eandem vim obtinentibus; & alius alterum  
reverebitur ac vicissim revocabit à licentiâ;  
emulatio quoque ad virtutis opinionem ex  
potestate equalitè maxime nascitur. Et pau-  
lo post: superest unum ad retinendos in offi-  
cio summos magistratus omnium utilissi-  
mum, ut perpetuum non sit & cum vita de-  
mum finiendum imperium. Prægravis enim  
est omnibus magistratus, cui nullum certum  
tempus præfixitum est, eoque rationem re-  
poscitur à nemine. unde tyrannis nascitur.  
Contrahenda igitur potestas intra tempus  
annuum. Imperandi enim parendique vicis-  
situdo, & potestas, antequam corrumperet  
animum, relinquenda, reprimit ingenia  
fastuosa, nec finit inebriari licentiâ nimia.

Luc-



Urbein regibus liberos suos comperisset, protraxit in forum, & concione media virgis cecidit, & securi percussit; ut planè publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum videretur. Consentanea imprimis hìsce lex à Cic. lib. 3. de LL. prodita: Regio imperio duo sunt, ique praeundo, judicando, & consulendo, praetores, iudices, consules appellantur; militiae summum ius habent; nemini parento; ollis salus populi suprema lex esto.

Varro de ling. Lat. lib. 4. eò docet à Consulendo dictum Consulem, quòd consulat senatum & populum. Plut. in Romulo à Conso nomen trahit; deo consilii, cui & Romani festum, Consualia, celebrabant, quo ara, ut docet Halicarn. lib. 2., subterranea prope circum maximum sacrificiis & libaminibus honorabatur, equorum quoq; & quadrigarum committebantur certamina. Ac idèd hujus dei ara subterranea erat, ut significaretur, consilia occulta esse oportere, auctoribus eod. Dionys. & Plut. A consilio simpliciter trahit nomen Consulum Dionysius lib 4. Placuit, inquit, nominari Consules, quos Graeca voce interpretari licet βέλαις vel προβέλαις; nam Consilia Romani vocant, quas nostrates συμβουλαις. Et hæc consideratio haud minùs officii ejusque amplitudinis monet Consules, tum, quòd Consilio, non temere ac precipitanter, agere, tum quòd confi-

consilia præbere reipublicæ debeant, quibus illa  
juret ac sustentetur; quòdque ab illis illo-  
rumque providentia præcipuè omnis tuenda  
continendæque reipublicæ ratio petenda atque con-  
spectanda sit.

Duo ] addendum, quòd magistratus non  
perpetuus, sed annuus institutus sit. Utriusque  
rationem scitè & graviter oratio Bruti apud  
Halic. d. lib. 4. exprimit. Deinde, ait, non  
constituendam unam potestatem, penes quam  
sint omnia, sed duobus viris permittendum re-  
gium imperium. minis enim injuriosi erunt  
& molesti divisà potestate bifariam ambobus  
eandem vim obtinentibus; & alius alterum  
reverebitur ac vicissim revocabit à licentia;  
emulatio quoque ad virtutis opinionem ex  
potestate equalitè maxime nascitur. Et pau-  
lo post: superest unum ad retinendos in offi-  
cio summos magistratus omnium utilissi-  
mum, ut perpetuum non sit & cum vita de-  
mum finiendum imperium. Prægravis enim  
est omnibus magistratus, cui nullum certum  
tempus præfinitum est, eoque rationem re-  
poscitur à nemine. unde tyrannis nascitur.  
Contrahenda igitur potestas intra tempus  
annuum. Imperandi enim parendique vicis-  
situdo, & potestas, antequam corrumperet  
animum, relinquenda, reprimit ingenia  
fastuosa, nec finit inebriari licentiâ nimia.

Luc-

*Urbes regibus liberos suos comperisset, protra-*  
*xit in forum, & concione media virgis cecidit,*  
*& securi percussit; ut planè publicus parens in*  
*locum liberorum adoptasse sibi populum videretur.*  
 Consentanea imprimis hiscæ lex à Cic. lib. 3. de  
 LL. prodita: *Regio imperio duo sunt, ñque*  
*præcundo, judicando, & consulendo, prætores,*  
*judices, consules appellantur; militiæ summum*  
*ius habent; nemini parent; ollis salus populi*  
*suprema lex esto.*

Varro de ling. Lat. lib. 4. eò docet à *Consu-*  
*tendo dictum Consulem, quòd consulat sena-*  
*tum & populum.* Plut. in Romulo à *Conso* no-  
 men trahit; *deo consilii*, cui & Romani festum,  
*Consualia*, celebrabant, quo ara, ut docet  
 Halicarn. lib. 2., subterranea prope circum ma-  
 ximum sacrificiis & libaminibus honorabatur,  
 equorum quoq; & quadrigarum committeban-  
 tur certamina. Ac idèò hujus dei ara subterra-  
 nea erat, ut significaretur, *consilia occulta esse*  
*oportere*, auctoribus eod. Dionys. & Plut.  
 A *consilio* simpliciter trahit nomen *Consulum*  
 Dionysius lib. 4. *Placuit*, inquit, *nominari Con-*  
*sules, quos Græca voce interpretari licet*  
*βέλαις vel προβέλαις; nam Consilia Roma-*  
*ni vocant, quas nostrates συμβουλὰς.* Et hæc  
 consideratio haud minùs officii ejusque ampli-  
 tudinis monet Consules, tum, quòd *Consilio,*  
*non temere ac præcipitante, agere, tum quòd*  
 consi-

consilia præbere reipublicæ debeant, quibus illa juret ac sustentetur; quòdque ab illis illorumque providentia præcipuè omnis tuenda continendæque reipublicæ ratio petenda atque cõspectanda sit.

Duo ] addendum, quòd magistratus non perpetuus, sed annuus institutus sit. Utriusque rationem scitè & graviter oratio Bruti apud Halic. d. lib. 4. exprimit. Deinde, ait, non constituendam unam potestatem, penes quam sint omnia, sed duobus viris permittendum regium imperium. minus enim invidiosi erunt & molesti divisà potestate bifariam ambobus eandem vim obtinentibus; & alius alterum reverebitur ac vicissim revocabit à licentia; æmulatio quoque ad virtutis opinionem ex potestate æquatâ maxime nascitur. Et paulo post: superest unum ad retinendos in officio summos magistratus omnium utilissimum, ut perpetuum non sit & cum vita demum finiendum imperium. Prægravis enim est omnibus magistratus, cui nullum certum tempus præfinitum est, eoque rationem reponitur à nemine. unde tyrannis nascitur. Contrahenda igitur potestas intra tempus annum. Imperandi enim parendique vicissitudo, & potestas, antequam corrumpat animum, relinquenda, reprimit ingenia fastuosa, nec finit inebriari licentiâ nimia.

suc-

*que intelligenti ejus potestatem, neque usuro eâ, si intelligerem.*

*Qui auctor fuit Regis ejiciendi ]* Causam & occasionem suscipiendi ejuscemodi consilii, scelus Sexti Tarquini, Regis filii, in Lucretiam, L. Tarquini Collatini uxorem, Sp. Lucretii, nobilis Romani, filiam, quæ violatæ pudicitiz dolore, obtestata patrem & necessarios, ut injuriam sibi illatam non paterentur inultam, manus ipsa sibi consciverat; totamque exclusi Regis & familiaræ regiz, conversique status Reip. historiam, vide imprimis apud Dionys. d. lib. 4.

Auctor autem, h. est, *suasor*, abrogandi regibus regni, fuit, non tantum amicis suis & necessariis Lucretiz, quos ad hoc unâ secum molendum & præstandum instigavit, & juramento ad cultrum defunctæ cruore rubentem manu à singulis prehensum, obstrinxit; sed potissimum *populo*, ad quem gravissimè ea de re concionatus est.

Porro, cum hoc loco Pomponius unâ cum *Regibus* tantum *Tribuni celerum* mentionem faciat, quæstionis materia est, an ergo sub regibus præter tribunos celerum alii nulli fuerint magistratus. Imò Cujacius ad h. cap. §. *Populo deinde aucto. verb. magistratus tamen. nullos sub Regibus legitimos magistratus fuisse* asserit auctoritate Pomponii; quam, cum nullam certorum verborum alleget, vel ex hoc loco, vel hinc ducit, quod is §. l. hujus

hujus capitis tradidit, *initio omnia ma-*  
*à Regibus gubernata esse.* Cæterum quo sensu id  
 accipiendum, jam ex antè dictis manifestum est.  
 Distinguendum inter *magistratus*, & *magistra-*  
*tus legitimos.* Neque enim omnes magistratus *le-*  
*gitimi.* Illi rectè sic dici videntur, qui secundum  
 legem, ideoque & ordinarii, & non arbitrarii  
 sunt. qui *non lege certa*, sed *arbitrio* superioris  
 creantur, hoc ipso legitimi non sunt.

Erronea autem planè videtur esse illa Cujacii  
 sententia promiscuè de omni specie magistra-  
 tuum legitimorum accepta. Hoc largimur,  
 juris inter partes litigantes redditionem, & in  
 paucitate illa legum & constituti juris, fere  
 arbitrariam, & potissimum ad Reges (imò &  
 post reges ad Consules. quæ simul causa fuit  
 præturæ introducendæ, districtis nimum  
 Consulibus) pertinuisse. quod & Dionysius  
 docet *lib. 10. antiquit. in princ.* Cæterum ni-  
 hilominus *legitimos*, quos populus crearet,  
 magistratus fuisse sub regum imperio, negari  
 non potest. Nam & Romulus ipse cum aliis dua-  
 bus partibus populo *magistratum creationem*  
 reliquerat, ut aliquoties dictum; & Dio-  
 nyfius *lib. 2.* Romulum confirmatum in  
 regno hunc morem ait instituisse, *ne quis, nisi*  
*auspicato regnum assumeret, magistratum ve-*  
*niret: observatumque illud apud Romanos*  
*longo tempore, non solum sub Regibus, sed*  
*etiam sublata monarchia, in Consulibus,*  
*pre-*

*prætorum, cæterorumque Magistratuum  
 comitiis. Et paulo post: eundem Romulum,  
 postquam discrevisset potiores ab inferiori-  
 bus, mox legibus latis præscripsisse, quid  
 utrisque faciendum, ut patricii sacra cura-  
 rent, Magistratus gererent, jus redderent,  
 secum temp. administrarent, res urbanas  
 obirent; Sed etiam idem Dionysius lib. 4. cum  
 dictam Bruti & necessariorum Lucretiæ con-  
 sultationem refert, ita Valerium loquentem  
 facit: Reliqua rectè monere videris, Iuni:  
 cæteram de comitiis scire velim, quis indices  
 ea legitimè, suffragiaque curiarum colligat?  
 Magistratus enim est hoc Officium, & no-  
 strum nemo ullum Magistratum obtinet.  
 Et post ad finem ejusd. libri, Spurium Lucreti-  
 um, cum illum Brutus more, ut ait, patrio,  
 comitiarum causâ interregem dixisset, tradit, con-  
 cione dimissâ jussisse omnes cum armis adesse in  
 campum Martium, ubi mos sit, legitimis comi-  
 tiis Magistratus eligi. Denique Tacitus lib. 6.  
 annal c. 11. in pr. Namque antea, inquit, pro-  
 fectis domo Regibus ac mox magistratibus, ne urbs  
 sine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus  
 redderet, ac subitis uederetur. Apparet ex istis,  
 non defuisse Civitati sub Regibus magistratus  
 legitimos. neque a. ea omnia, nisi ad legi-  
 timos quos populo creandi jus esset, aptè refe-  
 runtur. Præfectum urbi quod attinet, de quo  
 Tacitus illic loquitur, addens, ferri, à Romulo  
 Dren-*

*Drehtum Romanum*, post ab *Tullo Hostilio Nomanam Marcium*, & ab *Tarquinio Superbo Spurium Lucretium* impositos; non fuit is, quod & extra ordinem, & ad tempus arbitrio Regum constitueretur, legitimis magistratibus annumeratus. Nam & modò dicta consultatio, cui & *Spurius Lucretius*, *Lucretiæ pater*, (quem ipse quoque *Dionysius*, veluti ex ore *Bruti* ad populum verba facientis; à tyranno discedente *Urbi præfectum* relictum refert) interfuit, id satis arguit, in verbis *Valerii* modò annotatis. De *præfecto Urbis* post amplius. Imò nec *Tribunus Celerum* fuit legitimus magistratus. quod vel ex eo patet, quod, ut paulo antè relatum, *Numa* hoc uti noluit. Sed & *questores*, utique magistratus legitimos, fuisse sub Regibus, constat. *Vid. Vlp. in l. an. pr. ff. de Off. quæst.*

16. Exactis deinde Regibus, CONSULES constituti sunt duo: penes quos summum jus uti esset, lege rogatum est. Dicti sunt ab eo, quod plurimum Reipublicæ consulere. qui tamen ne per omnia Regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis provocatio esset, neve possent in caput civis Romani animadvertere injustu populi. solum  
re-



relictum est illis , ut coercere possent ; & in vincula publica duci juberent.

*Exactis deinde Regibus ]* Deletum regnum unius , & juratum & sancitum , ne unquam Romæ reges regnarent. Nec tamen regum nomen Brutus & socii , primi libertatis auctores , planè obliteratum , sed imò perpetuum in republica superesse voluerunt , ob merita bonorum Regum , ac idè *Regem sacrorum* , vel *sacrificulum* , jusserunt Consules à Pontificibus & Auguribus designari , qui sacris tantum præesset , immunis à militiâ , auctore Dionys. *lib. 5, sub princ.* Livius *lib. 2. c. 2. in pr.* idè hunc creatum dicit , *quod quedam publica sacra per ipsos Reges factitata fuerant , necubi Regum desiderium esset.* eundemque , *ne additus nomini honos libertari officeret , Pontifici , puta maximo , subiectum scribit.*

Facta a. hæc reip. conversio anno U. C. 244. exeunte. Accidit enim , ut annotatum , regifugium d. 6. Cal. Mart. cum annus 244. terminaretur paulo post in *Parilibus* , h. est , d. 11. Cal. Maji. Mox primi ab Interrege *Consules* creati magistratum inierunt. Et fuisse Calendas Martias primùm ineundo Consulatu solennes , colligitur ex auctoribus , licet post

pòst alios dies, Calendas Octobres, Idus Mar-  
 jas, Idus Martias, denique ab anno V.C. 601.  
 Calendas Ianuarias, ex Dionysio, Livio, Flo-  
 ro, & aliis, eidem incundo solennes, adeo-  
 que oppidò hac in re variatum fuisse, pateat.  
 Porro *comitia creandis Consulibus*, tempus *in-*  
*eundi* mense regulariter uno atque altero ante-  
 grediebantur. v. de his Pigh. *smal. lib. 2. pag.*  
*67. Onuphr. ad lib. 1. fastor. pag. 56. 57.*  
*Rosin. lib. 6. c. 12.*

*Consules constituti sunt* ] electum *mite* im-  
 perantium nomen. à *consulendo* enim ita dicti,  
*quòd plurimum*, ut hic mox ait Pomponius,  
*reip. consulerent*; vel, ut elegantius expressit  
 Florus *lib. 1. c. 9. ut consulere se civibus suis de-*  
*bere meminissent*. Quà sententiâ summa officii  
 regentium continetur, qui id unice spectare de-  
 bent, ut profint, quibus præsunt, omniaque ad  
 eorum salutem referant. Ut enim tutela, sic pro-  
 curatio reip. ad utilitatem eorum, qui commissi  
 sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est,  
 ait præclare Tull. *lib. 1. offic.* Eoque tyrannus  
 à recto principatu distat, quòd hic propter popu-  
 lum, ejusque geritur bono, illa non populi, sed  
 unam regentis utilitatem sectatur. Arist. 4. *polit.*  
 10. in f. Latèdat ex hoc in remp. & populum  
 affectu primum libertatis Romanæ auctorem L.  
 Iun. Brutum Florus *d. loco. Brutus*, inquit,  
*favori civium etiam domus suæ clade & parricidio*  
*velificatus est. quippe cum studere revocandis in*  
*Urbem.*

*Urbes regibus liberos suos comperisset, protra-*  
*xit in forum, & concione media virgis cecidit,*  
*& securi percussit; ut planè publicus parens in*  
*locum liberorum adoptasse sibi populum videretur.*  
 Consentanea imprimis hiscæ lex à Cic. lib. 3. de  
 LL. prodita: *Regio imperio duo sunt, ùque*  
*præeundo, judicando, & consulendo, prætores,*  
*judices, consules appellantur; militiæ summum*  
*ius habent; nemini parent; ollis salus populi*  
*suprema lex esto.*

Varro de ling. Lat. lib. 4. ed docet à *Consu-*  
*tendo dictum Consulem, quòd consulat sena-*  
*tum & populum.* Plut. in Romulo à *Conso* no-  
 men trahit; *deo consilii*, cui & Romani festum,  
*Consualia*, celebrabant, quo ara, ut docet  
 Halicarn. lib. 2., subterranea prope circum ma-  
 ximum sacrificiis & libaminibus honorabatur,  
 equorum quoq; & quadrigarum committeban-  
 tur certamina. Ac idèd hujus dei ara subterra-  
 nea erat, ut significaretur, *consilia occulta esse*  
*oportere*, auctoribus eod. Dionys. & Plut.  
 A *consilio* simpliciter trahit nomen *Consulum*  
 Dionysius lib 4. *Placuit, inquit, nominavi Con-*  
*sules, quos Græca voce interpretari licet*  
*βύλας vel προβύλας; nam Consilia Roma-*  
*ni vocant, quas nostrates συμβούλας.* Et hæc  
 consideratio haud minùs officii ejusque ampli-  
 tudinis monet Consules, tum, quòd *Consilio,*  
*non temere ac præcipitanter, agere, tum quòd*  
 consi-

consilia præbere reipublicæ debeant, quibus illa iurvetur ac sustentetur; quòdque ab illis illorumque providentia præcipuè omnis tuenda continendæque reipublicæ ratio petenda atque cõspectanda sit.

Duo ] addendum, quòd magistratus non perpetuus, sed annuus institutus sit. Utriusque rationem scitè & graviter oratio Bruti apud Halic. d. lib. 4. exprimit. Deinde, ait, non constituendam unam potestatem, penes quam sint omnia, sed duobus viris permittendum regium imperium. minus enim injuriosi erunt & molesti divisà potestate bifariam ambobus eandem vim obtinentibus; & alius alterum reverebitur ac vicissim revocabit à licentia; æmulatio quoque ad virtutis opinionem ex potestate æquatâ maxime nascitur. Et paulo post: superest unum ad retinendos in officio summos magistratus omnium utilissimum, ut perpetuum non sit & cum vita demum finiendum imperium. Prægravis enim est omnibus magistratus, cui nullum certum tempus præfinitum est, eoque rationem reponitur à nemine. unde tyrannis nascitur. Contrahenda igitur potestas intra tempus annum. Imprandi enim parendique vicissitudo, & potestas, antequam corrumpat animum, relinquenda, reprimit ingenia fastuosa, nec finit inebriari licentiâ nimia.

suc-

Succinctè id rursus Florus d. c. 9. *Ex perpetuo, inquit, imperio annuum placuit, ex singulari duplex; ne potestas solitudine vel morâ corrumpetur.*

*Penes quos summum ius uti esset, lege rogatum est.] Consules duo regia potestate ut essent, rogatione Bruti curiatis comitiis iussit populus: ipsi a. primi Consules, L. Iun. Brutus, & Tarquinius Collatinus, rogante Sp. Lucretio, interrege à Bruto dicto, in campo Martio centuriatis comitiis creati sunt. Dionys. lib. 4. ad fin.*

Imperii magnitudinem quod attinet, (excepto quod annuum factum & in duos divisum) nihil ex regia potestate deminutum ait Livius lib. 2. pr. *Omnia jura, inquit, omnia insignia primi consules tenuere. id modo cautum est, ne, si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur.*

De usu regionum insignium. Brutum in consultatione prævia ita censuisse refert Dionysius d. lib. 4. *E tam multis regiis insigniis si qua sint invidiosa & molesta populo, vel moderanda vel in totum tollenda esse; ut sceptrum nempe, & coronas aureas, & purpureas auro intextas trabeas, nisi statis festis & in pompis triumphalibus assumerentur, honoris deorum gratia; sellam eburneam, in qua sedentes ius redderent populo, relinquendam esse, unâ cum prætexta candida, & lictoribus*

bus duodecim, secures præferentibus per vias. Est post sub princ. lib. 5. de securium usu. His ita constitutis, inquit, veriti, opinor, falsam vulgi opinionem de innovata republica, quasi pro uno duobus factis regibus, utrumque consulem præeuntibus 12. securibus, decreverunt civium terrorem tollere, & potestatis invidiam minuere, instituto, ut alterum consulum 12. secures præcederent, alterum 12. lictores cum solis fascibus; secures singulis mensibus collega sibi vicissim traderent.

De consulum potestate, & quibus in partibus summum ipsorum imperium constiterit, vide Polyb. lib. 6. Quo loco & de formis rerum publicarum & mixtura, deque commutationibus earundem; in specie de temperamento reip. Romanæ, præclare dissertat.

Dicti sunt ab eo ] De hoc actum. Appellati autem iidem præterea sunt prætores, item iudices. nec tamen simul eodemque tempore. Liv. lib. 3. 55. His, inquit, temporibus (puta primorum post x viros consulum) nondam consulem iudicem, sed prætorem appellari, mos fuit. Prætorum nomen in consulibus cessavit, cum prætor, qui loco consulum deinceps populo jus diceret, creatus est, de quo post suo loco.

Et hoc de consulatu notandum, inde à libe-

à liberata rep. usque ad ann. U. C. 389. fuisse hunc magistratum, & consulum ordinem, sæpiùs turbatum ac interruptum, primùm per Decemviros legibus scribendis, tum per tribunos militum consulari potestate creatos, tum per ἀναρχίαν quinquennem (quâ durante tribuni pl. summum in civitate imperium usurpârunt) demum d. anno 389. plebe post longas contentiones ad honorem consulatus admissâ, quasi novum consulum creatorum initium factum, ac deinceps binos quotannis usque ad occupatam rempubl. creatos fuisse.

Primus C. *Cæsar* dictator perpetuus creatus, anno U. C. 706. vel 707. consulatum ex annuo bimestrem, & trimestrem, sive ad arbitrium suum, fecit: quibus, quoties, & quo anni tempore ipsi placuisset, citra S. C. & populi suffragia consulatum dedit; seipsum quoque consulem vel cum, vel sine collega, ut voluit, fecit. Cæsarem imperatores sequentes in hoc imitati: fuitque sub illis consulum nomen & dignitas umbra tantùm aliqua pristini honoris, non res, ac in temporum notam potissimùm retenta. Unde *Lucanus* ita canit: *Inde perit primum quondam veneranda potestas, Iuris inops, careat tantùm ne nomine tempus, Menstruus in fastos distinguit nomina consulis.* Et illi tamen, ex quibus anni notati, pri-

ni

mi cuiusque anni erant , qui Cal. Jan. magistratum inierant , licet non toto anno retinerent *ordinarij & majores* dicti. Præter hos erant *suffecti & minores* , qui aliis decedentibus subrogabantur ; & tertium genus , *Consulares* , vel *consules honorarij*. quod genus ab Augusto inventum , post intermissum , à Constantino M. renovatum , eorum erat , qui consulatum nunquam adepti , Imperatorum tamen indulgentiâ & ornamentis & privilegiis consularibus utebantur. Idem Constantinus ex duobus , quorum magistratum rursus annuum esse iussit , unum consulem Romæ *in Occidente* , alterum *in Oriente* Constantinopoli , designari voluit. Desiit autem consulatus in Occidente , sive Romæ , in Theodoro Paulino , qui anno Christi 534. consul Romæ ; Byzantii ipsum Imperatorem Justinianum , *1 v.* consulem , collegam habuit. In Oriente finem habuit saltem in viris privatis , anno Chr. 541. in Fl. Basilio. Post hunc nemo præter Imperatores ipsos consulatum ordinarium gessit. Ac primis quidem 25. annis numeratum est , à *Consulatu Basilij anno primo , secundo , tertio* , & sic deinceps. Justinus junior nova ratione in unum annum consul fieri voluit , ut sequentes imperii anni dicerentur *primus , secundus* , & sic ulterius , à *consulatu Imperatoris*. quem morem retinuerunt sequentes usque ad Constantinum septimum , Porphyrogenetam. Vide de his plenius



pleniùs agentem Onuphr. *in comment. ad lib. 1. fast. pag. 57. & aliq. seqq.*

*Qui tamen ne per omnia* ] Diminuit potestatem Consulum primùm *lex Valeria*, lata à P. Valerio Voluso, pòst dicto Publicola, quem Brutus, remoto Collatino (qua de re videre est Dionys. *lib. 5. paulo à princ. & multo aliter referentem Livium lib. 2. sub princip.*) collegam sibi adsciverat. Is, Bruto paulo pòst in duello cum Arunte Tarquinio sublato, cùm neque collegam sufficeret, & in summa *Velia* (tumulo foro imminente, alto satis & munito) ædificaret, apud populum in suspicionem affectati regni venit. Monitus à familiaribus, indicto die comitiis, concione ad populum habità, verbis factoque suspicionem amolitus est, fascibus populo submissis, delatà è summo infra Veliam materià, legibusque in favorem populi latis *de provocatione ad populum adversus magistratus, sacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi consilia iniisset.* Ita Livius. Dionysius ait, *leges humanissimas tulisse, unam, quã disertè caverit, ne quis Romæ gereret magistratum injussu populi, mortis poena proposità qui contrà fecerit, & impunitate, qui talem occiderit: alteram, quã statutum, ut si quis magistratus civem capite plectere, aut flagris cedere, aut pecuniis multa.*

multare velit, liceat illi provocare ad populum, nec interim, antequam suffragiis populus jusserit, in provocantem animadverti posset. Additque Dionysius, fascibus eum secures ademisisse, moremque post se reliquisse consuebus, ut tantum extra urbem securibus uterentur, intra mœnia fascibus contenti.

Uterque auctor tantum reperisse narrat Consulem apud populum hinc gratiam, ut Publicolæ cognomen sit adeptus.

Cæterum & de *provocatione ad populum* sub Regibus, ante dictum est. Hæc constat, ante Valerium de *provocatione* Legem nullam fuisse.

Et notabile est, non tantum hunc Valerium primam legem de *provocatione ad populum* tulisse, sed & sublati Decemviris sine *provocatione* creati, Luc. Valerium Potitum. istius nepotem, unâ cum Horatio Barbato lege nova sanxisse, ne quis ullam sine *provocatione* magistratum crearet; denique anno V. C. 453. M. Valerium Corvum, istius primi fratris, M. Valerii Vulsii, tempore primæ secessionis dictatoris, ob plebem patribus reconciliatam Maximi dicti, trinepotem, cum Q. Apulejo Pansa quintum Consulem, primam legem ita repetisse; ne quis, qui provocasset, virgis caderetur, securive neceretur, si quis adversus ea fecisset, improbe factum; tertio sic ab eadem gente *provocationem*

vocationem ad populum lege firmatam. quod & Livius *lib. 10. c. 9.* annotat. Apparetque ex historia, fuisse cultum populi huic genti solennem & veluti hæreditarium.

*Neve possent in caput civis Romani animadvertere injussu populi*] In provocantem injussu populi animadverti vetuit Lex Valeria, ut modò auditum. Et Ulp. l. 7. ff. *ad l. Iul. de vi publ. Lege Julia*, inquit, *de vi publica tenetur, qui, cum imperium potestatemve haberet, civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, jussurive quid fieri, aut quid in collum injecerit ut torqueatur. Plus est, injussu populi in caput civis animadvertere non posse.* Hoc namque judicium facit populi unius, & magistratui abrogat; illud judicandi condemnandique potestatem relinquit magistratui, executionem ex facto damnati, h. est, *provocatione*, non citra eam, suspendit. Quòd si itaque Consulibus id ademptum, *ut possent injussu populi in caput civis Romani animadvertere*, patet, vel ex repetitis per aliquot secula legibus *de non animadvertendo contra provocationem*, non illicò, neque paulo pòst liberatam à Regibus rempublicam, id factum esse.

Lex Porcia, quam solam ait Livius *lib. 10. d. c. 9.* sibi *pro tergo civium latam* videri, gravi pœna, *si quis verberasset, necassetve civem Romanum*, sanxit. Etiam hanc de provocatione fuisse

fuisse tradit Sigon. *de jure civ. Rom. lib. 1. c. 6.* item Ant. August. *de LL. Rom. in L. Porcia. in f.* auctoritate nummi argentei, cujus alteri parti inscriptum *P. Porcius Leca*, (vel *P. Leca*, ut refert Aug.) alteri *Provoce*, eâ specie cælatâ, ut civis Romanus à magistratu, cui licetor prætor est, provocare valeatur. Eiusdemque nummi fide docet uterque Porciæ legis auctorem non *M. Porcium Catonem Censorium*, ut volunt Godelev. *in not. ad lib. 10. Liv. & alij*, sed *Porcium Lecam*, tribunum pleb. fuisse. *M. Porcius Leca* (*Livius Leccam* vocat) tribunus plebis fuisse memoratur *Livio lib. 32. c. 7.* anno V. C. 554. circa quæ tempora etiam in dignitatibus fuit *M. Porcius Cato*, ille *Censorius*. Quicumque horum legem tulerit, apparet, non esse latam eodem anno cum lege *Valeriæ* tertia, ut præditum apud *Rosin. lib. 8. c. 2.* licet *Livius* occasione *Legis Valeriæ* etiam *Porciæ* mentionem faciat.

*Porciæ* legis meminit *Cic. pro Rabir. non longe à princip. An, inquit, de civibus Romanis contra Leg. Porciam verberatis audiveratis plura dicenda sunt?* Et paulo post: *Porciæ* lex virgas ab omnium civium Rom. corpore amovit, hic (*Labienum* intelligit, tribunum pleb. *Rabirii* accusatorem) misericors flagella retulit. *Porciæ* lex libertatem civium licitori eripuit; *Labiemus*, homo

popularis, carnifici tradidit. Meminit ejusdem Salust. de bello Catilin. Sed, inquit, verbis quasi Cæsaris, per Deos immortales, quamobrem in sententiam non addidisti, ut prius verberibus in eos animadverteretur? an quia lex Porcia vetat? at alie leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exilium permitti jubent. Et post: Maiores nostri illo tempore Græciæ morum imitati verberibus animadvertabant in cives, de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam respublica adolevit, et multitudine civium factiones valere, circumveniri innocentes, alia hujuscemodi fieri cœpere. tunc Lex Porcia, alieque leges paratae sunt, quibus legibus exsilium damnatis permissum est.

Porro ex his, quæ dicta sunt, patere existimo, vel Porciam legem de provocatione non fuisse, vel, si fuerit, alio quoque capite, citra provocationis mentionem, pœnam verberum et mortis in civem Romanum sustulisse.

Secutæ Porciam Leges Sempronie, puta, Caji Sempronii Gracchi, tribuni plebis, anno V. C. 630. Q. Cæcil. Metello, T. Quinctio Flaminio Coss. latae, quas inter & hæc sunt, ne de capite civium Romanorum injussu populi judicaretur, uti Cic. d. orat. pro Rab. alibi postrelata: verba auctor est. Meminit & alibi ejusdem legis,

gis, & 7. *Verrinâ* de *Porcia* & *Sempronis* ex-  
clamat: *O nomen dulce libertatis, ô lex Porcia,*  
*legesque sempronie.* Et apud *Salustium* *l. loco*,  
nomine aliarum legum *sempronias* indigitari  
non est dubium.

Porro & inter fragmenta leg. 12. tabularum  
ab omnibus hoc recensetur: *De capite civis nisi*  
*per maximis Comitiatum ne ferunt.* quo cave-  
batur, ne, nisi centuriatis comitiis, de capite  
civis *Romani* statueretur. Id verò sic accipi-  
endum, cum de capite civis referendum esset  
ad populum, nempe, cum provocatum esset  
à sententia magistratus ad populum. Nam &  
*Legem Porciam, & semproniam Lex Decem-*  
*viralis* dudum antevertit.

An verò leges hæc nullam (præterquam quod  
ad impetum militare non pertinuerint. de quo  
nullum est dubium) receperint exceptionem,  
quæri possit.

Existimat *Rofinus*, *l. lib. 8. c. 2.* exceptum  
fuisse *parricidium*, nempe strictius dictum,  
cum ia orat. *Tullii pro Sexto Roscio Amerino*  
vetus supplicium commemoratur. Et consti-  
tutum id illic à majoribus commemorat, atque  
atrocitatem ejusdem cum atrocitate sceleris ele-  
ganter, graphicè utriusque rationes depin-  
gendo, componit. sed & ita commemorat,  
ut videatur indigitare, id clienti suo expectan-  
dum, si nocens reperiat.

Refertur eadem *parricidii* poena *lib. 1. rhe-*

toric. ad Herenn. tanquam caput legis 12. tabb. Qui parentem necasse iudicatus erit, is obvolutus & obligatus corio dejiciatur in profluentem. Quod caput & innuisse videtur Val. Max. lib. 1. c. 1. §. 14. de Tarquinio rege. cum, Tullium Duumvirum, quod librum sacrorum civilium secreta continentem, custodiae suae commissum, corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare abjici à Tarquinio iustum narrat, addens, id supplicii genus non multo post parricidis lege irrogatum esse, quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda sit. Auctor ad Heren. dicto loco subjicit, Malleolum iudicatum esse matrem necasse; eique damnato statim folliculo lupino os obvolutum, & folleis ligneis pedibus inductis, in carcerem ductum; supplicium paulo post de illo sumtum esse. De hoc ita Florus in epis. lib. 68. Publicius Malleolus, inquit, matre interempta primus omnium insutus culeo in mare precipitatus est. Id accidisse ex ista Flori epitome colligitur circa illa tempora, quibus C. Marius Teutones & Cimbr os oppressit. Meminit paulo ante Florus, eundem Marium absentem quintum Consulem creatum esse. Incidit a. quintus consulatus C. Marii, in annum V. C. 652. viginti duobus circiter annis post legem Semproniam.

Apparet

Apparet sanè hinc, pœnam illam , non obstantibus *L. Porcia & Sempronia* in usû fuisse.

Etiam Modestinus in *l. 9. ff. de L. Pomp. de parricid.* hujus pœnæ meminit, dicitque , *illam more majorum institutam esse ; & more majorum eâ puniri , qui patrem , matrem , avum , aviam , occiderint.* At Legi Pompejæ illam dîfertè tribuit Justinianus §. 6. *Inst. de publ. jud.* Potuisset sanè Pompejus pœnam vetustam lege sua repetiisse. quanquam id non factum , videatur testari Marcianus *l. 1. ff. de L. Pomp.* ubi ait , *illa lege caveri , ut qui contra fecerit , pœnâ eâ teneatur , quæ est legis Corn. de sicariis* At sive hæc verba fuerint Legis Pompejæ , sive Martiani sint tenorem *L. Pompejæ* referentis , credi possit , totam legem Cornelii Syllæ , cujus plura fuerint capita ( *de sicariis , de veneficis , de incendiis , de parricidis &c.* Sig. lib. 2. *de judic. c. 31.* ) ab uno , primò , denominatam , & pœnam vetustam parricidii primùm *L. Corneliâ* , deinde & Pompejâ , repetitam fuisse.

Omninò *Triboniana compositio* Legis Pompejæ est in *d. §. 6.* in quam is verba sanctionis Constantini , *l. un. C. de his qui parent vel lib. occid.* traduxit , ut est evidentissimum. *Conf. Ant. Matt. de criminib. tit. 6. c. 2. n. 2.*

Hoc obiter hîc visum est adjicere , non satis aptam dubitationem quæstionemque esse Inter-



pretum (Cujac. *ad lib. 5. sent. Pauli, tit. 24. Ant. Matth. de crimin. d. 1. 6. c. 2. n. 1.*) cur & an rectè Modestinus pœnam illam parricidii tribuat *moribus*, cùm Valer. M. *d. loco*, doceat, *lege irrogatam*. Neque n. Modestinus dicit, *moribus introductam*, sed *more majorum institutam*, more majorum ita puniri fontes. *Mos majorum* quandoque fanè ad *usum eorum citra legem* refertur, ut, cùm Cic. *lib. 2. de LL. more*, ait, *majorum, qui tunc, ut Lex, valebat*: attamen & generalius plerumque significat eorundem observationem, sive *citra legem*, sive *ex lege certòque instituto* ea profecta sit quod vel ex illo Livii *lib. 26. c. 3.* patet: [ *Tribuni plebis appellati negarunt, se in mora esse, qua minus, quod ei more majorum permissum esset, seu legibus, seu moribus mallet, anquireret* ] Omnino quicquid in usu majorum fuerit, sive certa lege primitus constitutum, sive moribus inductum, id, si deinceps à successoribus observetur & fiat, *more majorum* fieri dicitur. sicut *jus quo utimur* (formula juris universi usitatissima) non *jus* duntaxat usu & moribus receptum, sed & *lege & constitutionibus prædictum* significat.

Denique etiam in crimine perduellionis exceptio statuitur, tum apud Salustium in oratione Catonis; qui à sententia L. Cæsaris diffidens, de sociis Catilinæ, tanquam convictus parricidis, capitis supplicium sumendum existimat: tum apud Ciceronem in *14. Catilinaria*,

ria, non longè à principio; ubi ita contra eandem  
 Cæsaris sententiam: At verò, inquit, C. Cæsar,  
 intelligis, legem Semproniam esse de civibus Ro-  
 manis constitutam; qui autem Reip. sit hostis,  
 non civem esse nullo modo posse; denique ipsius  
 latorem legis Sempronie jussu populi penes Reip.  
 dependisse. De hoc legislatore C. Gracchio ob-  
 turbatam rempublicam interfecto ita Florus  
 lib. 3. c. 15. Infulentum quoque mortis reliquis,  
 & illud sacrosanctum caput tribuni plebis per-  
 cussoribus auro pensaturus est.

Nec minùs ad Leges has Coll. non fuisse  
 obstrictos constat, eùm à senatu summo, de  
 quo antè fuit mentio, senatusconsulto armati  
 fuerant. Muret. hic Cujac. Coras. Cujus aucto-  
 ritate tamen quod fecit Cicero in Catilinæ fo-  
 cios, ipsi postea apud Clodium trib. pl. non  
 fuit impune, sed exilium, domus dirutio-  
 nem, & alia damna intulit.

Porro sub *Lex* tandem leges *Portia* &  
*Sempronie* in desuetudinem abiire, & gladius,  
 ignis, aliæque ultimi supplicii genera, tam ci-  
 vibus, quam non civibus, pro meritis solemniter  
 esse caperunt, ut jura nostra passim, præ-  
 fertim ubi de criminibus & poenis agitur, edi-  
 cunt. Memorabile est illud apud Suetoniana  
 lib. 7. de Galba. Tutorum, inquit, quod pu-  
 pillum, cui substitutus hæres erat, veneno  
 occidisset, cruce affecit; implorantique leges,  
 & civem Romanum se restituantem, quasi

*Solatio aliquo & honore poenam levaturus, mutari, multoque præter cæteras altioreni & deabatam statui crucem iussit. Ipsa hæc relatio ostendit, fuisse adhuc misero civi spes in legibus tanquam vigentibus, at non profuisse apud eum, cujus iussus erat pro iussu populi. Apud magistratus omnino valuisse pristinas leges, circa eadem tempora, docemur ex sacris, ubi Act. 16. vers. 37. & 22. vers. 25. legimus, Paulum Apostolum & Philippis Macedoniae tempore Claudii Imperatoris, & Hierosolymis Nerone imperium jam adepti, provocasse ad ius Civitum Romanorum eo nomine, quod Virgis, & indemnatus cæsus esset, quodque præfectis Romanorum ista juris Romani allegatio metum incusserit.*

*Solum relictum est illis.]* solum, quod ad animadversiones attinet.

*Ut coercere possent.]* Coercendi verbum ampliori significato & ad majora & non permilla in cives pænarum genera pertinet. Ita Cicero in Catilin. Coercere aliquem suppliciis & verberibus. Id lib. 3. Offic. Morte, exitio, vinculis, damno coercere. Hic minorem atque inferiorum & modicam coercionem, quæ & imperij est non meri; l. fin. ff. de off. ejus cui in. est. jur. l. 2. ff. de in jus voc. denotat. Cujacius etiam Verberum coercionem potestate Consulibus relictâ completitur. quod legi Porcie adversatur. [Confer de ver-

de verberibus Rōsin. lib. 9. c. 17. 26. 31. Si-  
gon. de judic. lib. 2. c. 3. & de ant. jure civ.  
Rōm. lib. 1. c. 6. §. Tertium. ]

[ *In vincula publica* ] Vinculum à vinciendo ,  
h. est. ligando , dictum , significat vel funem ,  
vel catenam , vel numellas , vel pedicas , ma-  
nicas , nervum , compedes , quibus quis vel cir-  
cum corpus , vel parte corporis , ne liber sit ,  
vincitur. Vincula tamen etiam pro habenis vel  
loris , ad verberationem comparatis , quando-  
que accipiuntur , ut apud Paul. 5. sentent. 17.  
Minime pœne , relegatio , exsilium , opus pu-  
blicum , Vincula. Ulpianus l. 7. de pan. Vincu-  
lorum verberationem exprimit. Hoc loco vin-  
cula custodiæ inservientia intelligi manifestum  
est. Vincula publica dicuntur ad differentiam  
privatorum , quia & privata , quibus non tan-  
tum servi , sed & liberi homines debitorum  
causâ , veteribus Romanis tenebantur , teste  
Venulejo in l. vinculorum. 224. ff. de V. sign. Ibi-  
demque Custodiæ vocem publicam tantum  
custodiam notare docet. Carceris & carcerum  
quoque notissima appellatio est , pro loco , in  
quo homines delicti vel debiti causâ vel vincti ,  
vel sine vinculis , custodiuntur. A verum est 226.  
de V. S. Qui in publico sine Vinculis servatur , hunc  
non intelligi solum , ait Gajus in l. solum. 48.  
ff. eod. In libera custodia esse dicuntur , qui  
nec in vinculis , nec in carcere , sed militibus  
G 6 observantur.

observandi, ne elabantur, commissi sunt. v. l. 2. G. de excationib. tribus.

Primus Ancus Martius Romæ publicum carcerem struxisse scribitur ferè omnibus. Ita Liv. lib. 1. c. 33. de operibus Anci cum loquitur: *Ingenti incremento rebus auctis, cum in tanta multitudine hominum, discrimine rectè an perperam facti confuso, facinora clandestina fierent, carcer ad terrorem crescentis audacie, media urbe imminens foro, edificatur.* Eutropius tamen lib. 1. c. 10. *Tarquinius Superbum primò vincula, aureas, fustes, compedes, catenas, exilia, carceresque invenisse dicit.* Et prior tamen relatio proculdubio rectior est. nam & Servius Tullius Rex post eam partem addidit, quæ sub terra est, quæ & hinc Tullianum vocata est. De quo loco ita Salust. de bell. Catil. *Est, inquit, in carcere locus, quod Tullianum appellatur, ubi paululum ascenderis, ad lævant, circiter 12. pedes humi depressus, eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus vinctis, sed inculta tenebris, odore foeda, atque terribilis ejus facies.*

De eod. loco Varro lib. 4. de ling. Lat. *Carcer, ait, à coercendo, quod exire prohibentur.* In hoc pars quæ sub terra, Tullianum; ideò quòd additum à Tullio rege. quod Syracusis,

cusis, ubi hac de causa custodiuntur, vocantur Latonia. Est de Latonia translatum, quod hic quoque in eo loco lapidicinas fuerunt. Latonias porro istas describit Cic. 9. Verr. c. 67. Latonias, inquit, Syracusanas omnes audistis, plerique nostis. Opus est ingens, magnificum, Regum ac tyrannorum. totum est ex saxo in mirandam altitudinem depressum, & multorum operis penitus excisum, nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique, nihil tam tutum ad custodias nec fieri nec cogitari potest. V. amplius, si placet, Marlian. lib. 3. c. 15.

De Consulibus qui plura volet, consulat auctores passim in commentario hoc citatos. De pænis more majorum Romæ quondam usitatis, conferri possunt, quæ commentatus est P. Fab. 2. semestr. 7. à princip.

17. Post deinde cùm Censuram iam majori tempore agendus esset; & Consules non sufficerent huic quoque officio, CENSORES constituti sunt.

Post deinde cum Censuram] Illic post Consulibus transit ad Censuras, temporum ordinem non servans. Nam primi Censores anno U. C.

310. sexaginta sex annis à primis Consu-  
libus, ad minimum, creati sunt; post omnes  
illos magistratus, qui inde usque ad §. 25. re-  
censentur. Consentunt à, historici in eo, quod  
primi *censores* facti M. Geganio Macerino II.  
T. Quinctio Capitolino V. Consulibus. In anno  
discrepant. Nam Dionysius, qui hic terminat,  
Consulatum horum ponit in anno U. C. 312.  
quem sequitur Helvicus in theat. chron.  
& Vent. Cæc. item Coraf. hic: Fasti Consulares  
à Contio editi, itemque annales Pighit, in anno  
310. eundemque annum retinet Muretus hic,  
item Rosinus lib. 7. c. 10. & Sigon. de ant. jure  
civ. Rom. lib. 1. c. 14. & Ant. Aug in L. Æmil.  
Livius lib. 4. c. 8. juncto c. 6. in f. manifestò in-  
dicat annum 311. quem retinet Onuphr.  
Panvin. in commentar. fastor. & in Civitate  
Romanâ, pag. m. 300. Sequitur & Coraf. à se-  
ipso diversus in §. 18. ad verb. deinde. ean-  
demque habet Ubbo Emm. in chronolog. rer.  
Rom.

Census J à censendo dictus, ut & Censor.  
Censendi verbum variè usurpatur. Varro lib.  
4. de ling. Lat. Censor, inquit, ad *cujus censitio-  
nem, id est arbitrium, censeretur populus. Cen-  
sere, est, putare, existimare, judicare, nota-  
re, estimare. Censere, ait Fest. lib. 3. nunc  
significat putare, nunc suadere, nunc decernere.  
unde illud, senatus censuit. Conf. quæ habet  
Perott. epigr. 33. in f. verb. Censura. Estimand-*  
da

significatio verbo *Census* genuina ; eademque à facultatibus ad quasvis res alias elegantè traducta est. Inde apud Ulp. l. 1. §. 3. de just. & j. item Iustinian. in f. princ. Inst. de leg. g. & civ. legitur , cetera quoque animalia juris naturalis peritiâ censeri. Sic l. fin. de suis & legitim. Privatorum cautione in legum auctoritate non censeri. Sic alibi, censeri privilegio , censeri vetustate , multitudinè , appellatione ; veteranos censeri commilitone Principe ; censeri studio bibendi , censeri misericordiâ. Cic. pro Arch. Atque hoc , inquit , idè mihi concedendum est magis , quòd ex his studiis hæc quoque censetur oratio & facultas. h. est , ut explicat Bud. in annot. ad Pand. d. l. i. precium & estimationem meretur , & imprimis laudatur. Quamquam illa exemplaria illic habeant , Crescat oratio. Censeri cives dicuntur , qui in censum adscribuntur. Censeri facultatibus , est , facultatum estimatione in censum venire.

Censum populi R. primus Servus Tullius Rex instituit anno U. C. 188. quicquid de quo ita Liv. lib. 1. c. 42. de f. Censum primè instituit , rem saluberrimam tanto futuro imperio ; ex quo belli pacisque munia non viritum , ut ante , sed pro habitu pecuniarum fierent. Sed & , quòd ibid. Liv. addit , classes centuriasque & hunc ordinem ex censu descripsit , ut præi. decorum ;  
vel



vel bello. Dicitur de numero classium, & modo census singularum, sub §. 2. Classium ultima, sexta, *proletariorum & capite censorum*, quasi qui capite suo, non facultatibus, in censum, tabulasve censuales deferbantur, erat. De hac ita Gellius lib. 16. c. 10. *Qui in plebe inquit, Romana tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius quam mille quingentium aeris in censum deferbant, proletarii appellati sunt. Qui vero nullo, aut perquam parvo aere censebantur, capite censi vocabantur. Extremus autem census capite censorum, aeris fuit CCCLXXV. Sed quorundam res pecuniaque familiaris obsidis vice pignorisque apud rempublic. videbatur, amovisque in patriam fides quadam in ea firmitermentumque erat, neque proletarii, neque capite censi, milites, nisi in tumultu maximo, scribebantur; quia familia his aut tenuis aut nulla esset. Proletariorum tamen ordo honestior aliquantisper, & re & nomine, quam capite censorum fuit. &c.* Hac ultima neglecta, quinque classium fere mentionem faciunt historici, ut est jam supra annotatum. quia, cum Tribuni pl. decem constituti sunt, binos in singulis classibus creatos, ait Liv. lib. 3. c. 30.

De lege & forma censuali aliquid videre est A. S. imprimis l. 4. ff. de censib. Rationem autem

autem totam instituti Tulliani , & quæ deinceps in censu agendo observata fit , quoque mysterio census rem comitalem in melius direxerit , videre est apud Liv. d. loco & c. seq. Dionys. lib. 4. & ex istis aliisque auctoribus apud Sigon. de ant. j. c. R. lib. 1. c. 14. Ros. lib. 6. c. 14.

Censum agebant primùm ipsi Reges , tum exactis regibus Consules. Cùmque memorato tempore , M. Gegania , T. Quinctio Capitolino consulibus , census inde à consulatu Lucii Cornelii & Q. Fabii Vibulani , totis 17. annis ob continuos militiæ , quibus districti Cons. fuerant , labores , esset intermissus , mentio in senatu facta est , rem operosam ac minime consularem , sua propria magistratu indigere. Approbata res , neque tribuni pl. resistere. Creati igitur primi census habendi causa , qui superiore anno Consules fuerant , L. Papyrius Mugillanus , & L. Sompnionus Atinatius. Consors ab re appellati sunt. Liv. lib. 4. c. 8. Dionys. ad fin. lib. 4. Atq; hic magistratus à parvis initiis (quando non nisi multum operis videbatur habere. unde & à primoribus Civitatis spectum hominem esse , ait Livius ) amplissimus evasit. neque enim suis istis priscis finibus stetit , sed morum disciplineque Romane ( verba Livij d. c. 8. ) pones eum regimen , senatus equitumque cunctarum , decoris dedecorisque discrimen sub ditione ejus , publicorum jus , privatorumque locorum. & v-

figa-

*Etigalia populi Romani sub nutu ejus atque arbitrio fuerunt. quod & ex Cic. lib. 3. de leg. (lege illa, quam de illorum officio isthic profert. unde & manifestum est, non esse eas leges omnes, quas tractat, Decemvirales, quippe quæ annis aliquot Censurâ antiquiores) intelligere est. Legem istam Ciceronis, hic explicandam sibi sumsit, Corasius. Plutarchus amplissimum magistratum judicat, & quodammodo perfectissimum Reip. culmen. Tullius potestatem Censuræ abusus respectu ita graviter considerat pro Cluent. 123. Videte, inquit, quid agatis, ne in unumquemque nostrum censoribus impoſterum potestatem regiam permittatis; ne subscriptio censoria non minus calamitatis civibus, quam illa acerbissima proscripſio, possit afferre; ne censoriam stylum, cujus mucronem multis remediis majores nostri retuderunt, æquè posthac, atque illum dictatorium gladium, pertimescamus.*

Erat hic magistratus in majoribus. Dabatur duobus; primum non nisi patricius, post & plebejis; primumque ex plebe creatur C. Marcus Rutilus, idem qui paulo antè primus ex plebe Dictator fuerat, anno U. C. 402. Consulibus C. Sulpicio, T. Quintio Cincinnato. Pigh. isto anno. Onuphrius comm. in lib. 1. fastor. refert ad ann. 403. Ubbo Emm. ad ann. 405. *Quinquen-*

*quennalis*, erat unus omnium magistratum, cum cæteri non nisi annui essent. Id mutatum tamen nono anno post *Mamerco Emilio* Dictatore, qui legem tulit, *ne plus quam annua ac semestris*, h. est, octodecim mensium, *censura* esset. Liv. lib. 4. c. 24. & lib. 9. c. 33. *Appius Claudius Cæcus* (quo de superius) annis centum viginti circiter post, cum *G. Plautio Venoce* censor, cum collega *Plautius* abdicasset, magistratum & solus & ultra tempus, utrumque contra leges, nequicquam graviter atque acerbè contranitente *P. Sempronio* tribuno plebis, cavillatus, legem *Emiliam*, tanquam ad se non pertinentem, retinuit. Liv. lib. 9. d. c. 33. & seq.

Cæterùm, ut *Reges* initio; ita post *Consules*, denique *Censores*, censu peracto *lustrum* condebant. Id, ut census, cum ex ordine fieret, condebatur quinto quoque anno, unde *lustrum* appellatio pro tempore quinque annorum nata. quanquam & quatuor annorum tempus esse velit *Glareanus* in *chronologia* *Dionysii*. Verba ejus hæc sunt: *Olympias* spacium est quatuor annorum, quod puto apud Romanos vocari *lustrum*. Refellit autem quosdam hic loquendi modus apud Latinos: [quinto quoque anno *agon gymnicus* totius *Græciæ* celebrabatur] item [quinto quoque anno *lustrum* Romæ condebatur] ut *olympiada* spacium quinque annorum crediderint, non intelligentes, annum,

*num, quo sequens Olympias incipit, quintum dici annum, qui tamen est primus sequentis olympiadis. Haftenus Glareantus. Idem igitur vult intelligi de lustris, ut annus, quo sequens lustrum conditur, sit quartus à præcedentis lustris anno, hoc non connumerato; quanquam sit quintus, eo connumerato. Sed, ut de Olympiade id sit verissimum, de lustris putem cum plerisque omnibus, esse tempus quinque annorum absolutum. Nam & ipsum censuræ præstitutum tempus quinquennale hoc satis videtur arguere. De primo Lustris à Tullia condito sic Livius lib. 1. c. 44. Censu perfecto, quem maturaverat metu legis de incestis lata, cum vinculorum mortisque minis edixit, ut omnes cives Romani, equites peditesque, in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adessent. ibi instructum exercitum omnium, sue, ovis, lauribus, lustravit; idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo senis factus est. Eadem forma postmodum fuit lustris condendi. Censuram alter, cui forte id evenerat, condebat: addebat vota pro salute ac felici successu reip. in proximum lustrum, ac præeunte sena ex publicis tabulis solenne carmen recitabat, quo dii immortales, ut populi R. res ampliores melioresque facerant, rogabantur. Eam precationem immutavit P. Scipio Familianus (is qui Car-*

Carthaginem & Numantiam deleuit) censor lustrum condens. nempe, *satis*, inquit, *bonæ ac magnæ sunt*: itaque deus precor, ut eas perpetuò incolamus fervent. ac protinus in tabulis publicis ad hunc modum carmen emendare jussit. quâ votorum verecundiâ deinceps Censores in condendis lustris usi sunt. Sic refert Val. Max. lib. 4. c. 1.

*Lustrum* à *luendo*, h. est; *folevendo*, dicit Varrò lib. 5. de ling. Lat. quod tunc, cum census ageretur, *vestigalia atque tributa ultro solverentur*. *Lustrare* sanè, *populum, militum, exercitum, agrum, rem quâlibet*, erat *expiare*, sacrificiis & ceremoniis certis. v. Alex. ab Alex. diar. gen. lib. 5. c. 27. Cæs. de bell. Gall. lib. 8. & ibi Montan. pag. 386. & Perottum epigr. 52. sub fin.

Porro debilitata *Censuræ* primùm *Legè Clodii* (ne quem censes in senatu legendo *preterirent*, neve quâ ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, & utriusque censoris sententiâ damnatur esset.) at *Cæsarum* imperio planè abolita est. Aug. in l. Abm. & Clod.

Reliqua de Censoribus petantur è Sig. de ant. j. arv. R. lib. 1. c. 14. Flocc. lib. 2. c. 17. Onuphr. comm. lib. 1. fastor. ad ann. 311. Pigh. annual. lib. 3. ad ann. 310. Ros. lib. 7. c. 10. Al. ab Alex. diar. gen. lib. 3. c. 13. imprimis, quæ ratio magistratus hujus fuerit post Republicæ lapsum, vide apud Onuphr. d. loco.

*Majors*

*Majori tempore agendus esset*] Omnes hæc verba illuc referunt, quod multo tempore, nempe 17. annis, populus incensus fuisset. & Garro planè legit [*a multo tempore*] Sed cùm non conveniat usui Latini sermonis, neque rei ipsi, ut *census à multo tempore agendus* dicatur, simplicius est, ita verba accipere; quod census, insigniter aucto populo, non nisi majori tempore magis expediri que posset.

18. Populo deinde aucto, cùm crebra orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur, interdum, re exigente, placuit majoris potestatis Magistratum constitui. Itaque **DICTATORES** prodicti sunt: à quibus nec provocandi jus fuit, & quibus etiam capitis animadversio data est. Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas ultra sextum mensem retinere.

*Populo deinde aucto*] De temporis ratione monitum est. Augmentam populi etiam hic, de *Dictatore* acturus, memorat. non temerè. nam causas, quæ huic summæ potestatis magistratui extra ordinem locum fecere, etiam ipse *populi numerus* quadantenus invexit. Ut aliquid hoc

hoc loco de vario populi numero dicatur, illorum censuum, inde ab initio usque ad Claudium actorum, de quibus capita censa ab historicis annotata occurrunt, numeros breviter subijcere visum est.

Equidem qui Romanam cum Romulo condidero coloni, non plures tribus peditum millibus fuere, patricioresque 300. equitibus. Relicti à Romulo peditum 46000; equites non multo patriciores mille. *Dionys. lib. 2.*

Primo Servii Tullii censu censa civium 80. millia, eorum qui arma ferre possent, auctor est, relato antiquissimo scriptore *Fabio Pictore*, *Livius lib. 1. c. 44.* *Dionys. lib. 4.* scribit, fuisse universorum, quorum fortunæ censæ sint, 85000. minus trecentis, testibus censoriis tabulis.

Anno 246. Coss. *P. Valerio Publicola*, & *T. Lucretio Tricipitino*, primum Consulatum lustrum, Urbis quintum, conditum. Censa puberum capita 130000. *Dionys. lib. 5.* *Onuph. in cems. ad lib. 1. fast.*

Anno 256. Primus dictator *T. Lartius* censum egit. Censa puberum capita 150700. *Dionys. lib. 5. circa fin.*

Anno 261. Coss. *Posth. Cominius*, & *Sp. Cassio*, lustrum septimum conditum. Censa puberum supra 110000. *Dionys. lib. 6. in f.*

Anno 280. Coss. *A. Manlio* & *L. Furio*, lustrum octavum. Censa 103000. paulò plures. *Dionys. lib. 9.* *Onuph. d. loco.*

ANNO



Anno U. C. 289. ( juxta chronolog. Dionysii ) Q. Fabio Vibulano , T. Quintus Capitolino Consulibus , lustro nono condito , censa civium capita , præter orbos orbasque , 124114. Liv. lib. 3. c. 3.

Anno 294. ( rursus Dionysium sequor ) Q. Fabio Vibulano 111. & L. Cornelio Coss. Iustrum ab origine Urbis decimum conditum , ultimum Consulium ; & censa civium 132409. capita. Liv. lib. 3. c. 24. in f

Anno 460. L. Papyrio Cursore , Sp. Carvilio Coss. lustro undevicesimo , à P. Cornelio Arvina & C. Marcio Rutilo , Censoribus vicesimis sextis , censa capitum 262322. Liv. lib. 10. c. 47.

Proximè ante tertiam secessionem plebis , in Ianiculum , quæ fuit circa annum 467. censa civium 273000. epit. lib. 11. Liv.

Anno 474. P. Valerio Levo , T. Coruncanio Coss. C. Demitius , primus plebejorum ( quibus , uti dictum , censura ante annos circiter 70. communicata fuerat ) censorum , Lustrum condidit trigesimum secundum ; quo censa civium capita 278222. epit. Liv. lib. 13. Pigh. annal. lib. 6. ad ann. 473.

Anno 479. M. Curio Dentato L. Cornelio Lentulo Coss. lustro tricesimo tertio condito à Censoribus Q. Fabricio Luscinio , & Q. Emilio Pappo , censa capita civium 271224. Hic itaque demum ;

deminutus rursus fuit numerus, septem milibus. *Epit. Liv. lib. 14. Pigh. anal. d. lib. 6. ad ann. 478.*

Anno 489. Coss. *Q. Fabio Maximo Gurgite,* & *L. Mamilio Vitulo,* lustro urbis tricesimo quinto condito, censa 292224. *Epit. Liv. lib. 16.*

Anno 502. Coss. *C. Aurelio Cotta* & *P. Servilio Gemino,* censoribus *P. Sempronio Sopho,* & *M. Valerio Maximo,* lustrum Urbis tricesimum septimum conditum, & censa capita 317217, vel, ut Pighius vult, 297227. *Epit. Liv. lib. 18. Pigh. ad ann. 501.*

Anno 507. Coss. *L. Cæcilio Metello* & *M. Fabio Buteone,* Censoribus *A. Atilio Calatino,* & *A. Manlio Torquato,* lustro tricesimo octavo condito, censa capita civium 251222. Rursus numerus diminutus. *epit. Liv. lib. 19. Pigh. ann. lib. 7. ad ann. 506.*

Anno 534. Coss. *M. Emilio Lepido,* *M. Valerio Levino,* Censoribus *L. Emilio Papo* & *C. Flamini,* lustrum quadragesimum tertium conditum. Censa 270000. vel, ut Pighius, 278213. *epit Liv. lib. 20. Pigh. annul. lib. 8. ad ann. 533.*

Anno 545. Coss. *Q. Fabio Maximo,* & *Q. Fulvio Flacco,* Censoribus *P. Sempronio Tuditano,* & *M. Corn. Cethego,* censa 137108. Numerus multo minor precedentibus. *Liv. lib. 27. c. 38. Pigh. anal. lib. 9. ad ann. 544.*

H

Anno

Anno 550. Coss. M. Corn. Cethego, & P. Sempron. Tuditano, Censoribus M. Livio Salinatore, & C. Claudio Nerone, lustrum à C. Claud. conditum 45 *rum*, & censa, 265000. vel, ut Pigh. habet, 215000. Liv. lib. 29 c. 37. Pigh. ann. lib. 9. ad ann. 549.

Anno 561. Coss. L. Corn. Merula, & Q. Minus Thermo, Censoribus Sext. Ælio Pato, & C. Corn. Cethego, Cornelius lustrum condidit 47 *rum*. Censa 143704. Quem tamen numerum. suspectat Pigh. ann. lib. 10. ad ann. 559. Liv. lib. 35. c. 9.

Anno 566. Coss. M. Valerio Messala, & C. Livio Salinatore, Censoribus T. Q. Flaminio, & M. Claudio Marcello, lustrum 48 *rum* conditum à Cl. Marcello. Censa 258328. Liv. lib. 38. c. 36.

Anno 582. Coss. C. Popilio Lenate, & P. Ælio Licure (primis ambobus de plebe) Censoribus Q. Fulvio Flacco, & L. Posthumio Albino, censa 269015. Liv. lib. 42 c. 10. Et dicit Livius illic, *numerum esse aliquanto minorem*, ob causam istic adjectam.

Anno 590. Coss. A. Manl. Torquato, & Q. Cass. Longino. lustro 53. Censa 327022. epit. Liv. lib. 46. Pighius corrigit, 337022. ann. lib. 11. ad ann. 589.

Anno 595. Coss. C. Corn. Dolabella, & M. Fulvio Nobiliore, lustro 54<sup>to</sup>. Censoribus

bus P. Corn. Scip. *Nasica*, & M. *Popilio Lenate*,  
 censa 328314. *Epit Liv. lib. 47. Pigh. & hic*  
*ponit 338314. ann. lib. 12. ad ann. 594.*

Anno 600. Coss. Q. *Opimio Nepote*, L. *Post-*  
*humio Albino*, lustro 55<sup>to</sup> condito, censa  
 324000. *Liv. epit. lib. 48. Pigh. lib. 12. ad*  
*ann. 599.*

Anno 607. Coss. P. Corn. Scip. *Africano*,  
 C. *Livio Mamiliano Draso*, lustro 56<sup>to</sup> con-  
 dito, censa 322000. *Pigh. ann. lib. 12. ad ann.*  
*606.*

Anno 612. Coss. L. *Cecil. Metello Calvo*,  
 & Q. *Fab. Max. Serviliano*, lustro 57<sup>mo</sup>  
 censa 328342. Censoribus P. *Scipione Africano*  
*Æmiliano*, & L. *Mummio*. *Liv. epit. lib. 54.*  
 Quo lustro condito P. Scipio solenne precatio-  
 nis carmen immutavit, ut alibi annotatum.  
*Pigh. annal. lib. 12. ad ann. 611.*

Anno 618. Coss. P. *Furio Philo*, S. *Atilio*  
*Serrano*, Censoribus App. *Claudio Pulchro* &  
 Q. *Fulvio Nobiliore*, lustrum 58<sup>vum</sup> condi-  
 tum. Censa capita 323000. *Liv. epit. lib. 56.*  
*Pigh. lib. 12. ad ann. 617.*

Anno 623. Coss. M. *Perperna* & C. *Clauß.*  
*Pulchro*, Censoribus Q. *Pompejo* & Q. *Me-*  
*tello*, ambobus de plebe primis, lustrum quin-  
 quagesimum nonum conditum. Censa præter  
 pupillos & viduas, 316823. *Liv. epit. lib. 59.*  
*Pigh. lib. 13. ad ann. 622.*

Anno 629. Coss. M. Pl. Hypsæo, M. Fulv. Flacco, lustro 6<sup>o</sup>mo condito, censa 390736. Liv. epit. lib. 60.

Anno 639. Coss. M. Attilio Balbo & C. Porcia Catone, lustro 6<sup>2</sup>do condito, censa 394336. Liv. epit. lib. 63. Pigh. lib. 14. ad ann. 638.

Anno 668. Consulibus L. Cornelio Cinna & C. Mario v i i. Censoribus L. Marcio Philippo & M. Perperna, Iustrum sexagesimum septimum conditum. Censa civium 463000. teste Eusebio. Pigh. ad ann. 667.

Anno 684. Consulibus M. Licinio Crasso & Cn. Pompejo Magno, Censoribus C. Lentulo & L. Gellio, Iustrum sexagesimum octavum conditum. Censa 450000. Liv. epit. lib. 98. Pigh. lib. 16. ad ann. 683.

Hic ille census est, cujus meminit Broeus ad §. Constat. n. 7. Inst. de jure n. g. & civ. aitque, notasse Phlegontem in Chronicis, Olympiade, qua Lucullus Amisum cepit, & Mitbridatem ad Caberia vicerit (circa ann. Urbis DCLXXXI I) censitas Romæ nonaginta myriadas civium & unam, id est, nongenta & decem millia. Atque ita sanè ex Phlegonte Tralliano (cujus Olympicorum & Chronicorum fermè nihil superest, nisi à vetustis quibusdam scriptoribus relatam) tradit Photius patriarcha Constantinopolitanus, in bibliotheca sua, ex  
Olym-

Olympiade centesima septuagesima septima. Verba ejus hæc sunt: καὶ ἄλλα δὲ πλείεσσα ἐν ταύτῃ ξυνηέχθη τῇ ὀλυμπιάδι. καὶ ῥωμαίων τὰς τρίτω αὐτῆς ἔτει ἐπετιμήθησαν μυριάδες ἐνεήκοντα καὶ μία. Cæterum, si id scripsit Phlegon, aut ipsum errasse perspicuum est, aut Livium, aut hujus epitomatores Florum. Neque verò ullo modo probabilis est numerus Phlegontis vel proximè præcedentium, vel proximè consequentium censuum respectu.

Anno 704. Consulibus L. Æmilio Paulo & C. Claudio Marcello, lustrum septuagesimum primum conditum. censa 320000. *Plut. in Cæsare. Pigh. ad ann. 703.* Censores fuerunt Appianus Claudius Pulcher. & L. Calpurnius Piso Cæsoninus, ultimi in liberâ rep. ex privatorum numero populi suffragiis creati. *Pigh. d. loco.*

Inde C. Iulium Cæsarem censum egisse, quo censa sint 150000. refert epitomator Liv. *lib. 115.* Accidit id circa quartum Cæsaris Consulatum, post devictum Pompejum, Scipione quoque & Juba in Africa superatis, & postquam reversus in Urbem quatuor triumphos duxisset. *Plutarch. in Cæs. ubi addit, tantam inflixisse bellum civile cladem, tantamque populi portionem absumsisse. Pigh. ann.*

*lib. 17. ad ann. 703.* refert hunc censum Cæsar ad *ann. 707.* Onuph. Panv. eum ponit in anno 709. in comment. fast. lib. 2. pag. 168.

Anno 725. sub Augusto lustrum eonditum, & censa civium 4164000. Pigh. ex Euseb. & Mariano, *lib. 17. ad ist. ann.*

Anno 765. Augustus cum Tiberio censum egit, quo censa 9370000 ex Eusebio narrat Pigh. *ann. lib. 18. ad. ist. ann.*

Denique Tacitus *lib. 11. c. 25.* memorat, Claudium condidisse lustrum, quo censa sint civium 6944000. Cæterum in his novissimis censibus, ingens ille, & priores omnes longissimè excedens numerus, indicio est, jus civitatis latissimè extensum sub Principibus, & ad multo plures tunc pertinuisse censum, quàm antè. *vide Alciat. lib. 2. dispunct. c. 21.* Et prolatum eo ampliùs civitatis jus, quo minus juris civibus Romanis relinquebatur. unde tandem, Comitii & jure suffragiorum, dum Princeps præesset (nisi quòd umbratilia quædam comitia, de quib. antè, adhuc fuerint) sublatis, ab Antonino omnes Romani orbis subditos cives Romanos effectos scribit Ulp. *l. 17. ff. de stat. hominum.*

*Interdum, re exigente*] Non igitur fuit *Ditator* inter *ordinarios* magistratus; quippe qui ex occasione, rebus poscentibus, fuit constitutus.

tutus, non, ut cæteri plerique, quotannis aut statis temporibus.

*Placuit, majoris potestatis magistratum constitui, itaque Dictatores proditi sunt.*] Magistratum hunc casus Reipublicæ impendens, moderato & ordinario imperio major, produxit; ut, cum vel impetus rei moram, vel difficultas unitatem & conspirationem consiliorum non admitteret, vel statuendi exsequendique auctoritati necessariæ leges obessent, major, incommodis istis & remoris non obnoxia, omnibusque legibus superior potestas, patriam servaret.

Edisserit hoc, & qui *Legis Valeria* nimis popularis & salutis reip. adversantis potestatem, invento hujus magistratus, & quasi *novæ tyrannidis*, prudenter circumvenerit senatus, simulque, ut ex Græcorum institutis hunc morem *Dictatoris* creandi mutuati sibi viderantur Romani, Dionys. lib. 5.

Occasio primæ constitutæ Dictaturæ fuit seditio ac tumultus plebis, ære alieno gravatæ, & creditorum jus suum persequentium rigorem non tolerantis, indeque arma pro patria contra hostes, qui tunc imminebant, triginta populos adversus Romanos conjuratos, sumere detrectantis. Eademque populi querela, unâ cum asperitate & ludificatione patrum, causa demùm fuit *secessionis in montem sacrum* [a] 11-12 annis post. Et primus igitur dictator se-



ditionis cōhibendæ , & rei gerundæ causâ dictus.

Atque hæc prima causa hujus magistratûs ; Casus , inquam , major & gravior , quàm qui consulari imperio & legum receptarum auxilio averti posse videretur ; unde hoc *ultimum consilium* , *unicumq; præsidium* & *ultima salutis spes* , dicebatur. Dionys. lib. 5. ad fin. Accesserunt progressu temporis & aliæ causæ , veluti *Comitiorum habendorum* , si adesse Consules non possent Comitibus , & senatus nollet rem ad interregnum redire. item , *senatus legendi* causâ ; nec minùs , *si religionis causâ clarus figendus* : ( quod piaculi genus in peste & secessionibus adhiberi solitum ) aut propter prodigia ludi Romani , aut ferie Latine essent instaurande. Sed hi dictatores , cùm hujusmodi certorum actuum causâ duntaxat creati essent , eis peractis illicò abdicabant. v. Pigh. ann. lib. 2. ad ann. 252. Onuphr. in comm. ad lib. 1. Fast. ann. 256. Alex. ab Alex. diæ. gen. lib. 1. c. 6. Reip. h. constituende primus L. Corn. Sylla dictator factus est. Pigh. lib. 2. pag. 82. Onuphr. in fastis ad ann. 672.

Nomen Dictatoris à dictando. Cùm enim regio & supremo imperio esse deberet , regis tamen nomen semel extinctum indi non debuit. isto igitur nomine insignitus ; quòd *dictare* , h. est *jubere* cum suprema auctoritate posset , ejusque dicto parendum esset. Dionys. d. loco.

*d. loco.* Dictus tamen & *Prætor Maximus*, item *populi magister*. Cic. *de finib. lib. 3. in fide LL. lib. 3. 9. v.* Onuphr. *d. loco.* Dicebatur, non suffragiis populi, sed ab uno *Consulum*, penes quem erant fasces, qui à senatu iussus, captatis auspiciis, intempesta nocte, dictatorem dicebat quem vellet, modò è *Consularibus*. quo factum, ut *Consulatu* postmodum plebi communicato, etiam ex plebejis dictator dici posset. & primum de plebe dictum anno V. C. 398. C. *Marcium Rutilium*, à Marco *Papilio Lænate* Consule plebejo, eundemque magistrum equitum item de plebe C. *Plautium* dixisse; refert Liv. *lib. 7. c. 17.* Aliquando tamen senatum voluisse rogari populum, ut quem vellet dictatorem juberet, deinde à Consule dicendum, auctor est Liv. *lib. 27. c. 5.* memoratque, ita Q. *Fulvium Flaccum* dictum. Atamen id tunc in contentione de dictatore dicendo factum, & quidem *comitiorum habendorum causa*. At antè etiam, cum Consul abesset, nec per occupatam armis Punicis Italiam facile esset, aut nuntium, aut literas mitti, *Prodictatorem* à populo creatum Q. *Fab. Maximum*, prodidit Liv. *lib. 22. c. 8.* L. *Corn. Sylla* & C. *Iul. Cesar*, ultimi dictatores, primi à populo, ille Interrege, hic *Prætorè Comitìa habente*, creati sunt. Onuphr. *d. loco.*

Dictator dictus extemplo sibi jungebat magistrum equitum, quem vellet. qui dictatoris

H. 5

im,

imperio suberat. Is, quod *Tribunus Celerum* Regibus, id *dictatori* erat. §. *seq. hîc.* utque *Dictatori* summum jus in populum, ita *magistro equitum* in omnes milites atque accensos. *Onuphr. d. lib. ann. 256.* Anno V. C. 536. quo secundum bellum Punicum exarsit, C. *Flaminio* 11. & C. *Servilio Gemino*, *Coss.* M. *Metilius* Trib. pl. favore *Minutii Rufi*, qui *magister equitum* contra edictum *Dictatoris* sui Q. *Fab. Maximi* pugnaverit, lege ad plebem lata *Magistri equitum* & *Dictatoris* jus æquavit. *Liv. lib. 22. c. 25. & seq.* Unde, *Dictatores duos uno tempore, rem ante eum diem inauditam, fuisse*, scribit *Polyb. lib. 3.* Is *Minutius* tamen paulo post communicato honore se abdicasse, seque *Dictatoris* imperio rursus subjecisse memoratur eidem *Livio d. l. 6. c. 30.*

Idem *Livius lib. 2. c. 18.* cum supra belli *Latini* metum de *triginta populorum*, concitante *Octavio Mancilio*, in *Romanos* conjuratione satis constaret; in tantarum exspectatione rerum sollicita civitate *dictatoris* primum creandi mentionem ortam, sed nec, quo anno, nec, quibus *Consulibus*, quia ex *factione Tarquinia* fuerint (id quoque enim tradi) parum creditam esse; nec, quis primum *Dictator* creatus sit, satis constare, apud veterimos tamen auctores T. *Lartium* *Dictatorem* primum, Sp. *Cassium* *magistrum equitum*, creatos se invenire, scribit. *Dionysius.*

onyfius tamen *d. lib. 5.* & occasionem antè memoratam, & annum V. C. 256. tum, & Consules T. *Largium Flavum*, & Q. *Clelium Siculum*, & horum T. *Largium* ( *Livius Lartium* vocat ) postquam S. C. tale factum, *Largium & Clelium Consules*, & si quis alius magistratu aliquo aut publico munere fungeretur, potestatem deponere, unum autem virum à senatu electum, populique suffragiis approbatum, habere semestrem potestatem rerum omnium, ampliozem quàm sit *Consulum*, idque à non intelligentibus plebeis ratum habitum fuerat, primum *dictatorem* à Collega dictum *consularem*, ab eoque *Sp. Cassium*, primum magistrum equitum assumptum, ita asserit, quasi nullum id habeat dubium. quem hìc, ut ferè semper, ut accuratissimum antiquitatis indagatorem ( quod & Onuphrius illi tribuit *comm. in lib. 1. fastor. pag. 62.* ) secuti sumus.

Is T. *Largius*, sive *Lartius*, quàm modestissime, ( juxtaque felicissime ) hac potestate usus, exemplum cæteris, successoribus suis, præbuit. De quo ita Dionys. *d. l. His gestis*, inquit, *domum reduxit exercitum*, & nondum exaëto imperii tempore ( quod semestere erat ) *consulibus prius designatis*, *dictaturam deposuit*, *nemine civium à se occiso*, *nec pulso in exilium*, *nec multato gravius*. Id

exemplum omnes postea dictatores secuti sunt usque ad ætatem ab hac nostra tertiam. nusquam enim in omni historia proditum reperimus: aliquem in hoc magistratu se gessisse immodeste vel inciviliter. Et paulo post sed patrum ætate, quadringentis annis à dictatura T. Largii elapsis, odiosa res visa est, quando L. Cornel. Sylla primus & solus acerbè crudeliterque illà usus est, ut tunc primum sentirent Romani, quod superioribus temporibus ignoraverant, dictaturam esse tyrannidem. Haët. Dionys. De Sylla mox plura.

A quibus nec provocandi jus fuit, & quibus etiata capitis anima adversio data est. ] Amplitudo potestatis dictatoriæ. de quâ & paulo antè. Significabant hanc insignia, illo tempore Consulibus inusitata. Largius enim, cum Valerius secures fascibus ademisset, illicò secures resumit, & cum fascibus præferri per urbem iussit. Et quidem cum singuli consules duodenis securibus extra urbem uterentur ( unde & singuli Decemviri post, duodenis intra urbem usi leguntur ) Dictator duplicatum ubique habebat numerum, 24. secures. Dionys. lib. 10. in dictatura L. Quinctij Cincinnati. Polyb. lib. 3. Dio princ. lib. 54. ( ubi senatum offerendæ Augusto Dictaturæ cum 24. fascibus ad ipsum accessisse narrat ) cum vel ipsi Reges non pluribus, quam 12. inde à Romulo usi fuissent. Rosin. lib. 8.

c. 3. Epitomator tamen Livii lib. 89. *verminem* *unquam ante Syllam cum 24. fascibus produsse* dicit.

Argumento summæ potestatis quoque erat, quòd Dictatore, saltem rei gerundæ, creato, omnes alii magistratus, præter Tribunos plebis, dissolverentur & cessarent. Polyb. d. loco. Dionys. d. lib. 5. ubi præter jam dicta decrevisse ait senatum, consulari potestate in præsens sublata alium magistratum creare bellipacisque, & omnium rerum potentem; & post, Clalium dicto collega Dictatore, illicò magistratu se abdicasse; & rursus, sæpè civitatem legitimis magistratibus dissolutis, omnia unius potestati permittere necessum habuisse.

Indidemque profectum verisimile est, quòd cum Decemviri postea sine provocatione, cumque summo imperio creati essent, cæteri quoque omnes magistratus cessarint, ut constat & ex Dionys. lib. 16. & Livio lib. 3. Sylla tamen Dictator dicis causâ, ut speciem quandam antiquæ dignitatis respublica retineret, Consules M. Tullium Deculam, & Cornel. Dolabellam creari permittit, supra quos more regio sedit. Appian. de bell. Civ. lib. 1. De Tribunis pl. ita Plutarchus *quest. Rom. 81.* ex versione Xylaudri: *Cur purpura prætextam vestem Tribunus pl. non gestat, aliis magistratibus gentibus? an quia omnino magistratus non est?*

est: nam neque *Actorem* habet *trib. pl.* neque pro tribunali sedens responsa dat, neque initio anni (quod alii solent magistratus) ineunt, neque *Dictatore* creato abdicat, sed, omni magistratum jure in hunc translato, ipse solus officium retinet suum, Sanè & apud Liv. lib. 22. c. 11. legitur, Q. Fabium Maximum *Prodictatorem*, uti paulo antè relatum est, creatum à populo, cum obviam consuli Servilio exercituique profectus conspexisset agmen, consulemque cum equitibus ad se progredientem, viatorem misisse, qui Consuli nunciaret, ut sine *lictoribus* ad *dictatorem* venires; eumque dicto paruisse, congressumque eorum ingentem speciem *dictaturæ* apud cives sociosque, vetustate jam propè oblitos ejus imperii, fecisse. Scilicet Consule absente & ignorante fuerat *Prodictator* (sic vocatus, quòd non à populo crearetur, sed à Consule diceretur *Dictator*, neque aliter ante illum diem factum esset, ut ait illic Liv. c. 8. Re nihilominus *Dictator* erat.) constitutus Fabius. Is verò Consulem cum *Lictoribus* sibi adesse noluit; eoque nec consulatum in Servilio (rem puta magistratus illius & potestatem) agnovit. Is & dicto fuit obsequens, & cætera ipsius jussa exsecutus est.

Argumentum denique summæ potestatis præbet *dictatura* illa crudelior. L. Cornelii Syllæ;

læ ; qui anno 672. cæso utroque Consule ,  
*Carbone & Mario juniore* , belloque aded civili  
*Mariano* confecto , ab *interrege comitiorum ha-*  
*bendorum* creato , *L. Valerio Flacco* , tunc prin-  
 cipe senatûs , instinctu ipsius ( *Syllæ* ) lege ad  
 populum latâ , ( ut quidem *Appianus lib. 1. de*  
*bell. civil.* illam refert. aliter eam describit  
*Tull. lib. 1. de LL.* quam descriptionem recen-  
 sui ad *l. 1. de constit. Princip. tract. de L. Re-*  
*gia.* ) *Syllæ* è *republica esse videri* , *Dicta-*  
*torem dici* , qui *perturbatam remp. consti-*  
*tueret* , eumque non ad quoddam tempus ,  
 ut antè , creari , sed , quousque *Civitas &*  
*universa Italia* , ac *tota Resp. ordinata &*  
*constituta esset* ; Dictator creatus , brevi spacio ,  
 tali potestate armatus , civium ad 40. circiter  
 milia indictâ causâ trucidare , civitates inte-  
 gras proscribere & evertere , magistratus , se-  
 natum , & judicia mutare , tribunitiam  
 potestatem tantum non extinguere , legibusque  
 patriis abrogatis , leges ex arbitrio novas figere  
 & refigere potuit. *Pigh. ann. lib. 2. pag. 82. V. eund.*  
*lib. 15. ad ann. 672. pag. 260. Flor. lib. 3. c. 21.*

*Nec provocandi jus* } Optima lege dicebatur  
 creatus Dictator, ut quilibet alius magistratus, qui  
 moris & legis virtute integra, eâ ratione eaque vi,  
 quâ primitus institutum , & quàm plenissimè  
 reip. cautum erat , factus esset ; Dictator , qui  
 sine comitijs quàm plenissimum imperii jus ac-  
 cepisset. Postquam à dictatore provocatio ad  
 popu-



*populum data est, desitum est dici, ut optima lege, utpote imminuto jure priorum magistrorum, verba sunt Sexti P. Festi lib. 13.*

Provocatio autem à dictatore quoque concessa, ex quo, Decemviris everfis (quod & supra annotatum) Lege ab Horatio & Valerio, primis post Decemviros consulibus, latâ sancitum est, *ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet.*

*Hunc magistratum non erat fas ultra sextum mensem retinere*] Ad moderamen summæ potestatis hoc maximè pertinuit.

In annum tamen aliquando prorogata dictatura ob necessitatem reip., legimus; ut *Camillo* in urbis excidio à Gallis Senonibus illato, bis *L. Papyrio Cursori*, semel *Q. Fabio Maximo*. Primus *L. Sylla*, post *C. Cesar*, perpetuam dictaturam arbitrio suo, senatu populoque vi & armis attrito & subacto, adepti. *Sylla* tamen modestior, quarto anno (V. C. 675. renunciatus anno 672.) spontè eam deposuit: *Cesar* dominandi avidissimus, dum vixit, retinuit, aususque dicere, *Syllam nescisse literas, qui dictaturam deposuerit. Sueton. in Caf. c. 77. Onupbr. fast. lib. 1. ann. 256.*

Ulteriùs temperandæ potestati cautum fuit, *ne extra Italiam cum imperio dictator esset.* Ita *Q. Catulus*, princeps Senatus Romani, in concione ad populum de imperio belli piratici gerendi causâ vel uni vel pluribus committendo; *Dictatorem, inquit, create, modo is ne ultra*

ultra præstitutum tempus , neve extra Italiam sit cum imperio. Non enim vos fugit studiosè id patres nostros cavisse ; ut invenire non sit , ullum unquam dictatorem aliter constitutum fuisse , unico eo excepto ( A. Atilium Calatinum indigitari , sentit. Pigh. d. lib 2. pag. 83. ) qui in Siciliam , nullam quidem rem gerens , profectus est. apud Dionem lib. 36. Causa hujus rei , quò rerum suarum testes ac observatores proximos senatum populumque Romanum continuo haberet.

Etiam hoc ex regia potestate dictatori ademptum fuit , quòd ei , nisi ad bellum ituro ( ubi id ad populum ferre solebat , ut equum ascenderet. Liv. lib. 23. c. 14. ) equum conscendere non liceret ; neque ullos ex arario sumtus facere sine senatùs consulto vel populi jussu. Quinto Fabio Maximo Cunctatori primo , petenti , eximie virtutis ergo , à senatu concessum est , ut equo veheretur. Plut. in ejus vita.

19, Et his dictatoribus MA G I S T R I E Q U I T U M injungebantur sic , quomodo Regibus Tribuni celerum. quod officium ferè tale erat , quale hodie Præfectorum Prætorio.

magi-

magistratus tamen habebantur legitimi.

*Et his dictatoribus magistri equitum injungebantur* ] Injungebantur, id est adjungebantur. De magistris equitum dictatoribus adjunctis jam aliquid dictum munusque eorum & jus expositum est. Adjungebant a. sibi illos, eligendo quos vellent, ipsi dictatores. Populus tamen cum *Q. Fab. Maximum Prodictatorem* jussit, eidem etiam *M. Minutium Rufum* magistrum equitum adjunxit. *Liv. lib. 22. c. 8.*

Inde à primo Dictatore autem ea consuetudo Romæ retenta, magistri equitum assumendi. Ita *Dionys. sub fin. lib. 5. de T. Largo: Mox, inquit, ut magistratum mihi, equitum magistrum creavit Sp. Cassium, qui consultatum gesserat olymp. 70. Qui mos usque ad nostram ætatem servatur à Romanis. nec ullus unquam dictator fuit absque magistro equitum.* Anno tamen U. C. 537. sub initia belli secundi Punici, Consulibus *L. Æmilio Paulo, & C. Terentio Varrone*, ab hoc *Terentio*, dictatoris dicendi causâ ex *Apulia* Romam revocato, *M. Fabium Butonem* dictatorem senatui legendo, sine *Magistro equitum*, ex *SCTO*. dictum, prodidit *Liv. lib. 23. c. 22. in f.* Nec minus anno 704. *Coss. C. Claud. Marcello, & L. Corn. Lentulo, C. Jul. Cesarem* sine magistro

magistro equitum dictatorem fuisse comiti-  
orum habentorum, & feriarum Latinarum  
causâ, constat. v. *Pigh. ann lib. 17. ad ann.*  
*704. pag. 433.*

Idemque *Cæsar* anno 708. cum dictatura  
superiore anno ei in decennium *M. Æmilio Le-*  
*pido* Consule ex Scto. rogante, decreta esset,  
magistrum equitum accepit eundem *Lepidum*,  
qui semetipsum contra leges renunciaverat.  
Sed omnia tunc à pristinis institutis recesserant  
conturbatâ republicâ; *Cæsar* ipse & *Consul*  
erat & *Dictator* simul pro lubitu, semet ipse  
nunc *Consulem* faciebat jam *Dictator*, nunc  
abdicabat, dictaturæ honore contentus; ut ex  
*Dione*, *Suetonio*, & aliis intelligere est.

Quale hodie *præfectorum prætorio* ] Compa-  
rationem *magistri equitum* cum *Tribuno Cele-*  
*rum*, antè vidimus. Componit eundem *præ-*  
*fecto prætorio* sub *Augustis*. *Eutropius Valenti*  
*Imperatori* scribens, *neque quicquam*, ait, *si-*  
*milius potest dici*, quàm *dictura antiqua*, huic  
*imperij potestati*, quam nunc *tranquillitas vestra*  
*habet*. Collatâ igitur *Principis potestate* cum  
*dictaturâ*, consequens videbatur esse, eum, qui  
*proximus à Principe erat*, *discipline publicæ cu-*  
*stodem*, *cohortum prætorianarum præfectum*,  
cum *magistro equitum* pristino componere.  
*V. Rosin. lib. 7. c. 33.* Eodem res redit, si *tri-*  
*bunum Celerum* cum *præfecto prætorio* cohibitum  
à *Pomponio* dicas: nam & *Regis*, & *Dictata-*  
*ris*.

ris, & Augusti comparatio est, juxtaque & Tribuni Celerum, & magistri equitum, etiam præfecti prætorio. Porro eadem magistratuum horum collatio plenius proposita occurrit ab Aurelio Arcadio Charisio in l. un. ff. de Off. præf. præt.

Intelligendus a. hic est præfectus prætorio, qualis usque ad ætatem Pomponii fuerat, qui in Urbe, ad latus Principis, cohortibus Prætoris, ut dictum, præerat. plerumque unus erat, aliquando duo, nonnunquam etiam tres. Cohortibus, dico, prætoris: post etiam aliis, ut patet ex Zosimo lib. 2. ubi de officio præfectorum prætorio ante Constantinum scribit Latina versione interpretis: *Quum duo essent præfecti prætorio, qui hoc officium communiter gerebant, non Palatini tantum ordines eorum cura potestateque gubernabantur, sed etiam ij, quibus Urbis erat commissa custodia, & quotquot in omnibus limitibus, erant collocati.* Addit ibidem de officii hujus dignitate & amplitudine: *Hic enim, inquit, præfectorum prætorio magistratus, qui post Imperatorem secundus existimabatur, & annonas erogabat, & contra militarem disciplinam admissa convenientibus pœnis corripbat.*

Qui deinde à Constantino Magno quatuor præfecti prætorio constituti, Galliarum, Italiae, Illyrici, & Orientis; item de quibus Justinianus in lib. 2. Codicis sui, Orientis, Illyrici, & Africa; illo-

illorum conditio à prioribus istis longiùs recessit. V. Onuphr. Panv. in Civitate Rom. tit. de præfesto prætorio. pag. 327. & in Imper. R. pag. 247. Cujac. in paratitl. Cod. de Offic. præf. præt. Orient. & Illyr. & C. de off. præf. præt. Afr. Videatur imprimis de instituto Constantini Zosimus d. lib. 2.

Cæterùm & sub regeltaliæ Theodorico Gotho, Veronensi dicto, præfecturæ prætorianæ dignitas atque auctoritas quæ & quàm propè Regiam fuerit, ostendit formula illius descripta à Cassidoro lib. 6. variar. n. 3. Nempe ita Rex ipse loquens inducitur: *Ipsè* [ Josephum facit Pharaonis præfectum prætorio, indeque hujus dignitatis primordia repetit ] *primum hujus dignitatis insulas consecravist, ipse carpentum reverendus ascendit* [ posteriorum temporum præfecti habuerunt inigne potestatis suæ Carpentum quo vehebantur. Pith. subs. lib. 1. c. 15. ] *ad hoc gloriæ culmen evectus, ut per sapientiam conferret populis, quod non potuerat præstare potentia dominantis. Ab illo namque patriarcha, & nunc pater appellatur imperii; ipsum hodieque resonat vox præconis instruens judicem, ne se patiatum esse dissimilem. Merito, ut cui tanta potestas potuit dari, videretur semper subtiliter admoneri. Quædam enim huic dignitati & nobiscum jura communia sunt. Exhibet enim*  
*sine*

*sine præscriptione longinquos, magna quantitate mulctat errantes, fiscum pro sua deliberatione distribuit, evedtiones simili potestate largitur, vacantia bona proscribit, delicta provinciarum judicum punit, verbo sententiam dicit. Quid est, quod non habeat commissum, cujus est vel ipse sermo iudicium? Penè est, ut leges possit condere, quando ejus reverentia potest negocia sine appellatione finire. Ingressu palatium nostra consuetudine frequenter adoratur; & tale officium morem videtur solvere, quod alios potuit accusare. Potestate igitur nulla dignitas est æqualis. Vice sacra ubique judicat. Nullus ei miles de fori sui auctoritate præscribit, excepto officiali Magistri militum; credo, ut vel illis aliquid antiquitas cederet, qui videbantur pro Rep. bella tractare. Curiales etiam verberat, qui appellati sunt legibus minor senatus. In officio suo jus retinet singulare, & talibus tantisque noscitur jubere, quos etiam provinciarum non audeant iudices in aliqua parte contemnere. Officium planè geniatum, efficax, instructum, & tota animi firmitate prævalidum; qui sic peragent iussa, ut nullis momentis dilationibus imperata. Militia perfunctis Tribunorum & Notariorum honorem*

nozem tribuit, & milites suos illis exæquat, qui inter proceres mixti nostris conspectibus obsecundant. Gratanter implemus, quæ ille constituit. cuius reverentia & Nos ita constringimur, ut sine dubitatione faciamus, quæ illum decrevisse cognoscimus. Non immerito, quando Palatium sua Provisione sustentat, servientibus Nobis procurat annonas, humanitates quoque iudicibus ipsis facit. Legatos gentium veraces explet ordinationibus suis: Et licet aliæ dignitates habeant titulos præfinitos, ab ista totum penè geritur, quicquid in Imperio nostro æquabili moderatione tractatur. Hactenus Cassiod. stylo suo & seculi sui.

Rursus neque prioribus istis neque posterioribus eadem omninò fuit officii ratio, quæ vel *Tribanis celerum* vel *magistris equitum* olim fuerat: quorum neutris sanè tribuuntur alicubi illa, quæ istis & in jure nostro, & apud alios, saltem quod ad civilem potestatem, attributa leguntur. Unde & particula, *ferè*, adjecta, locum suum tuetur. Plura de præfectis prætorio collegerunt alii. nobis hæc pro ratione instituti nostri sufficiunt.

*Magistratus tamen habebantur legitimi*] In Florentino ita legitur. Alia exemplaria aliam habent lectionem, nempe, ut verbum, *legitimi*, item particula, *tamen*, desit, sol<sup>2</sup> ill<sup>2</sup>



illa duo, *magistratus habebantur* (quæ nusquam cohærent) supersint. Zafius & Corafius, item Ventura Cæcus, legunt, *magistratus enim habebantur*. Garro, *magistratus enim legitimi habebantur*. Zafius & Cæcus nihil ad literam hanc commentantur. Garro & Corafius verba ad magistratos equitum referunt. quod rectum quidem; at particula rationalis, *enim*, quam justam stationem illic habeat, non video. Magis placet Florentina, quam & Muretus (qui & ipse tamen nihil annotat) & Cujacius, & Bachovius retinent. De sensu quæstio est. Cujacius ait, *neque ad Dictatores, neque ad magistratos equitum hæc verba referenda, sed voluisse illis Pomponium refutare illorum opinionem, qui dicant, sub Dictatoribus cessasse alios magistratus*. At, si hoc vel nuda istiusmodi contradictione [tamen] huic adversus testimonia Polybii, Dionysii, Plutarchi, qui longè ante Pomponium diversum scripserunt, param fidei fortè tribuendum) voluisset Pomponius, nimis obscure id utique, cum tamen res alicujus momenti esset, fecisset.

Examinat opinionem Cujacii Bachovius hic. Et nos paulo antè, ad verba [à quibus nec provocandi] dissolutos sub *dictatoribus*, saltem *rei gerendæ causâ creatis*, cæteros omnes legitimos magistratus fuisse, ostendimus.

Hoc largiendum videtur, illos magistratus, quorum tempus sub imperio dictatoris non exisset, hoc finitio citra novam creationem relumisse potestatem pristinam interim non exercitam. id quod & verbis Dionysii *lib. 5.* convenit, cùm de semestri spacio dictaturæ præfiniendo loquitur: *μετὰ δὲ τὸ ἐξάμηνον αὐθις ἀρχεῖν ἕς ὑπέρτους.* Imò & nomina magistratum interim retinuisse concesserim, & *Consules, prætores &c.* audivisse. Id sanè indicare videtur oratio L. Papirii Cursoris, dictatoris, ad Q. Fabium, magistrum equitum, apud Liv. *lib. 8. c. 32.* *Quæro, inquit, de te, Q. Fabi; cum summum imperium dictatoris sit, pareantque ei Consules, regia potestas, prætores, eisdem auspiciis, quibus Consules, creati &c.* Sed & alibi apud Livium multa hujus rei indicia sunt.

Breviter dico, omninò hæc verba ad *magistros equitum* referri oportere, hac sententiâ, quòd hi, licet & cum *tribunis celerum*, & cum *præfectis prætorio* compositi essent, nihilominus magistratus legitimi habiti fuerint. Ratio dubitandi erat, quòd neque *Tribuni celerum*, neque *præfecti prætorio* legitimis magistratibus accensendi, quia voluntate & arbitrio Regum & Imperatorum constituti olim illi, & tunc isti constituerentur. *Magistri verò equitum ex lege creabantur dictatore constituto.* Dictator

I

ipse

ipse non erat omninò legitimus, quia non lex, sed causa eum jubebat creari. Forma tamen creandi erat legitima. quo pertinet *lex de creando dictatore lata* memorata Livio lib. 2. c. 18.

Denique, ut & hoc addatur, desuit in C. Julio Cæsare dictatura, jam tum non amplius, ut olim, sex mensium, sed perpetua. Et desuit nomine, non re. Principatus enim omnem illam vim, quæ dictaturæ unquam fuerat, comprehendens, successit. *Dictaturam C. Octavius Augustus*, auctore Suet. lib. 2. c. 52. *magna vi offerente populo, genu nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est.* Idem refert Dio lib. 54. *in princip. ad annum V. C. 732.* pluribus additis circumstantiis. Antonius, etiam consul, sublato jam Cæsare, legem tulit, *ne cui ullam ob causam de dictatore creando referre, neque illum magistratum accipere liceret; qui contra fecisset, is impune à quovis interimeretur.* refert Appian. lib. 3. *de bel. civ.*

- Profectò perspicuum est ex tota Appiani relatione cæterorumque auctorum consensu, Antonium illa lege desideriiis suis intentionique magis servisse, patresque decepisse, quam ut reipublicæ contra tyrannidem consultum vellet; attamen hac sententiâ lex lata ac perlata est, *ut Dictatura in perpetuum sublata esset.* Cicero sub initium Philippicæ primæ in Antonium, sic scribit: *Ad singulare M. Antonij factum*

Etum festinat oratio. Dictaturam, quæ  
 vim jam regie potestatis obsederat, funditus  
 ex rep. sustulit. de qua ne sententias quidem  
 diximus. scriptum est ut quod fieri vellet.  
 attulit. Quo recitato auctoritatem ejus firmo  
 studio secuti sumus, eique amplissimis  
 verbis per Scutum gratias egimus. Lux qua-  
 dam videbatur oblata, non modo regno,  
 quod pertuleramus, sed etiam regni timore  
 sublato; magnamque pignus ab eo reip. da-  
 tum, se liberam Civitatem esse velle, cum  
 Dictatoris nomen, quod sæpè justum fuisse,  
 propter perpetuæ dictaturæ recentem memo-  
 riam funditus ex rep. sustulisset. Dio lib. 44.  
 Legem, inquit, etiam tulerunt (Consules)  
 ne quis imperium dictator crearetur; exse-  
 crationesque addiderunt, ac mortem ei, qui  
 dictaturæ mentionem fecisset, aut eam ma-  
 gistratum in se recepisset; pecuniamque ei,  
 qui eam occidisset, constituerunt.

20. In eisdem temporibus cum  
 plebs à Patribus secessisset, anno  
 ferè septimo decimo post Reges ex-  
 actos, TRIBUNOS sibi in monte  
 Sacro creavit, qui essent plebeji ma-  
 gistratus. dicti Tribuni, quod olim

in tres partes populus divisus erat ,  
& ex singulis singuli creabantur : vel  
quia tribuum suffragio creabantur.

*Iisdem temporibus* ] h. est , circa eadem  
tempora. Nam , quod nunc referre incipit ,  
id post dictatorem anno quinto & sexto con-  
tigit.

*Anno ferè septimo decimo post reges exactos* ]  
Recta hæc chronologia est , & Halicarnasseo &  
Livio consentiens. Primi enim *Tribuni pl.*  
creati sunt anno V. C. 261. Consulibus Sp.  
Cassio & Posthumio Cominio. Secessio autem  
plebis accidit anno præcedenti 260. consulatu  
A. Virginii Montani & T. Vetusii Gemini.  
Et diem , quo exordium habuit Tribuniria po-  
testas, designat Dionysius , 4. *Id. Decembr.* h.  
est, diem decimum ejus mensis ; cùm antè  
dixisset , dictos Consules solito citiùs , *Calendis*  
*septembris* , iniisse magistratum. Sigonius  
tamen in notis ad chronologiam suam Livianam  
existimat , anno 260. Virginio & Vetsio con-  
sulibus , primos tribunos pl. creatos. Idemque  
affirmat Robertellus. Id verò Livius apertè non  
trahit. Imò æquè Sp. Cassium & Posthumium  
*per secessionem* , h. est , *sub ipsa secessione* , Con-  
sules factos memorat. Attamen , si citiùs justo  
hi Consulatum inierint , & ( quod nusquam  
apparet , imò absolum videtur , si verus dies  
à Dio-



appellatur, quòd eum plebes, cùm secessisset, à patribus, creatis tribunis plebis, qui sibi essent auxilio, discedentes Iovi consecraverunt. Fuit autem trans Anienem fluvium, paulo ultra tertium ab Urbe milliarium, ut ibidem Festus, item Dionysius & Livius; secundùm viam Salariam. Onuphr. in Urbe Roma pag. 153. Acursius hìc per montem sacrum intelligit Aventinum, quod nulli auctori, nisi olim Pisoni, probatum est. Ita Livius lib. 2. c. 32. Primo agitatam dicitur de consulum cede, ut solverentur sacramento; doctos deinde, nullam scelere religionem exsolvi, in sacrum montem secessisse, trans Anienem amnem, tria ab Urbe millia passuum. Ea frequentior fama est, quàm, cuius Piso auctor est, in Aventinum secessionem factam esse.

Dicti tribuni ] Notatio vocis jam antè ad §. 19. tradita. Addit Pomponius hìc aliam, quòd tribuum suffragiis creati essent. Posset admitti, nisi jam longè antè verbum illud usurpatum de illis fuisset, qui tribuum suffragatione non constituerentur.

Plebeji magistratus ] De magistratum divisione in patricios & plebejos, etiam superius ad §. 2. actum. Tribuni plebis καὶ ἑξοχὴν plebeji magistratus dicuntur, quòd plebi contra potentiam & injurias patriciorum tutandæ constituti essent. Erant à Tribuni pleb. inter magistratus

*gistratus minores*, auspicioꝝ ratione. de quo item antè, d. loco. Cæterum vi potestatis, fucceſſu mox valdè auctæ, cunctis aliis magistratibus erant majores, Etenim vel hoc ſibi Tribuni pl. arrogarunt, *ut Conſulem in vincula duci jubere paſſent*. Liv. lib. 4. c. 26. De potestate tribunorum item aliquid ſupra ad §. 8. ubi & numerus illorum expoſitus eſt. V. plura de eiſdem apud Roſin. lib. 8. c. 6. Onuphr. ad lib. 1. faſt. pag. 74. et ſeqq. Pigh. annal. l. 2. ad an. 260.

An cognoſcendi judicandique inter partes litigantes auctoritatem habuerint, v. apud Gell. 13. c. 12. & infra ad §. 34.

Lege *Atilia de tutoribus dandis* (quam antiquam eſſe claret ex Livio lib. 39. c. 9. in ſin. Pigh. eam refert ad annum 460. Conſulatumque L. Papii Curſoris, & Sp. Garvili Maximi, ac tribuit M. Atilio Regulo, prætori. Onuphrio iſt eſt annus 461.) pars major tribunarum plebis cum prætoribus urbanos dabat illis, quibus neque teſtamento, neque ex lege tutores erant. pr. Inſt. de Atil. tut. vlt. tit. 11. §. 17.

Egregius & notabilis de tribuniciæ potestatis vitiis & commodis eſt locus apud Cic. lib. 3. de leg. Vitia deſcribit primùm ex perſona Quinti fratris, quem ita loquentem inducit: *Quæro de iſta potestate quid ſentias. Nam mihi quidem peſtifera videtur: quippe quæ in ſeditione et ad ſeditianem nata eſt: cujus primum ortum*



si recordari volumus, inter arma civium, & occupatis & obsessis urbis locis procreatum (puta tribunatum) videmus. Et paulò post: qui, inquit, patribus omnem honorem eripuit, omnia infima summis paria fecit, barbarit, miscuit. cum afflixisset principum gravitatem, nunquam tamen quievit. &c. Cui respondet Cicero: Vitia quidem, inquit, tribunatus præclare, Quinte, perspicis; sed est iniqua in omni re accusanda, prætermisissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque selectio. Nam isto quidem modo vel Consulatus vituperabilis est, si Consulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris. Ego enim fateor, in ea potestate inesse quiddam mali. Sed bonum, quod est quaesitum in ea, sine isto malo non haberemus. Nimia est potestas tribunorum plebis. quis negat? sed vis populi multò sævior, multoque vehementior; quæ ducem quòd habet, interdum lenior est, quàm si nullum haberet. Dux enim suo periculo progredi cogitat; populi impetus periculi rationem sui non habet. At aliquando incenditur. Et quidem sæpè sedatur. Quod n. est tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sanà mente sit? Quin per ipsum Tib. Grachum non modo vetitus, sed & sublatus intercessor fuerat. Quid n. illum aliud perculit, nisi quòd

pote

potestatem intercedendi collegæ abrogavit? Sed tu sapientiam majorum in hoc vide. Concessâ plebi à patribus istâ potestate arma ceciderunt, restincta seditio est: inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint. In quo uno fuit Civitatis salus. At duo Grachi fuerunt. Et præter eos quamvis enumeres multos licet, cum deni crearentur, nonnullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos; leves & non bonos fortasse plures, &c: Intercessionis tribuniciæ istic meminit Cicero, quâ Collega collegæ vel collegarum rogationi obstare ac intercedere poterat, edita hac voce: *Veto*. quâ inductis aliis ad intercedendum tribunis, patres ad turbanda rogantium ac evertenda consilia sæpenuerò feliciter usi sunt. Quâ de re sic Livius, cum de rogationibus Licinii & Sextii Tribunorum pl. agit. lib. 6. c. 35. *Conterriti, inquit, Patres cum trepidassent, publicis privatisque consiliis nullo remedio alio, præter expertam multis jam antè certaminibus intercessionem, invento, collegas adversus tribunitias rogationes comparaverunt. qui, ubi tribus ad suffragium ineundum citari à Licinio Sextioque viderunt, stipati patrum præsidis, nec recitari rogationes, nec solemne quicquam aliud ad sciscendum plebi fieri passi sunt. Iamque frustra sæpè con-*

15

oilio

civis advocato, cum pro antiquatis rogationes essent, bene habet, inquit Sextius, quandoquidem tantum intercessionem pollere placeat, isto ipso zelo tutabimur plebem. Agite dum, comitia indicite Patres tribunis militum creandis, faxone juvet vox ista, veto, quæ nunc concinentes collegas nostros tam laeti auditis. Etiam alibi Tullius, cum ad populum præsertim verba facit, satis & honestè & modestè de tribunicia potestate loquitur. Ita in orat. 2. de L. Agr. contra Rullum. non natura, inquit, neque dissidio, neque odio penitus insito bellum, nescio quod, habet susceptum Consulatus cum tribunatu; sed, quia persæpè seditiosis atque improbis tribunis pl. boni & fortes consules obstiterunt; & quia vis tribunitia nonnunquam libidini restitit consulari, non potestatum dissimilitudo, sed animorum disjunctio dissensionem fecit. Consensum utriusque potestatis inquit, si quis in utraque bonus sit; ex personarum vitio utriusque dissidium esse. Imò eadem oratione post tribunos laudat, tanquam à majoribus præfides libertatis custodesque constitutos; quasi consularis potestas regie potestatis simulacrum continuerit, libertatique non satis faverit. Et alibi tamen tribunitios spiritus novit, & tribunitiis terroribus amicos objici non patitur. Sanè si dici debeat quod res est, tribunitia

pote-

*potestas* auctoritatem consulum & Senatus conculcavit, temperamentum Reip. commutavit, repagula licentiæ ac proterviæ sustulit, vincula, quibus Resp. continebatur, abiuravit, nimixque libertatis appetitu Principatum, quo libertas omnis everteretur, fundavit.

Denique tribunitiam potestatem *L. Corn. Sylla*, lege latâ [ *ne quis tribunatum plebis, nisi senator, peteret; utque qui eum magistratum gessisset, huic ad magistratus alios majores aditus non esset; ne tribunis plebis concionandi ferendarumque legum jus esset; neve provocantibus auxilium ferro possent, nisi juratis, quod æquo aliàs jure uti non possent* ] ac aded sola intercessione relicta, tantum non exstinxit. *Epit. Liv. lib. 89, Appian. de b. civ. lib. 1. Cæf. de bel. civ. lib. 1. Afcon. in divinât. & in Verr. 2. vid. & Pigh. annal. lib. 15. ad ann. 672. pag. 261.* Quam legem *Quintus*, frater *Ciceronis*, lib. 3. *de LL.* oratione modò commemoratâ laudat. At post *Syllæ* mortem primum *C. Cotta* Consul ex parte aliqua, & post *Pompejus M.* Consul cum Collega *M. Licinio Crasso*, an. U. C. 684. (*Salsst. in bel. Cat. c. 38. Epit. Liv. lib. 97.*) eandem potestatem restituit, & hujus Pompejani facti (cujus ipsum vehementer deinde pœnituisse scribit *Appian. de bell. civ. lib. 2.*) etiam in d. oratione mentio est. Porro cum hæc restitutio octavo anno ante detectam

Catilinariam conjurationem acciderit, mirari subit, nuper virum quendam multæ lectionis, in scripto, quod edidit, politico, cum, *per Legem istam Syllæ Consules jus prius recuperasse, dixisset, subjecisse, quod illud pateret vel in solo Cicerone, qui, in partes veniente Catone, Catilinæ socios in carcere occidi curaverit; quod aliàs ausus non fuisset facere, si Tribunorum pl. potestas adhuc salva fuisset.* Atque hoc eo magis mirum, quòd illico subjungit, *Ciceronem postea ob hanc ipsam asperiores sententiam (imò verò, quòd injussu populi cives Rom. necasset. Senatu autem censente, Senatusque consulto factò, necaverat) per Clodium Tribunum pl. in exsilium actam fuisse.* Non potuisset hoc Tribunus, nec legem in eam rem ferre, si lex Syllæ adhuc valuisset.

*Augusti tandem ipsi tribuni plebis audire voluerunt, ut sacrosancti essent & potestatis eminentiam populari nomine exercerent. De quo sic Dio lib. 53. in actis anni 727. verbis terpretis: Tribunitia, inquit, potestas, quam prælarissimus quisque Imperator olim habuit, efficit, ut intercedere iis, quæ ab aliis contra eorum sententiam moventur, possint, ac sacrosancti sint, ita, ut si vel minimo sermone se ab aliquo læsos existiment, eum indictâ causâ, tanquam qui se piaculo obstrinxerint, necare queant.*

1678

*tere quidem tribunatum nefas ducunt Imperatores, cum utique ipsi patricii sint omnem verò tribunitiam potestatem, quanta unquam maxima fuit, accipiunt, & iuxta eandem Imperii quoque sui numerant annos, quasi quotannis & ipsi cum tribunis pl. eam acciperent. In specie de C. Octavio Augusto ita Sueton. c. 27. Tribunitiam potestatem perpetuam recepit: in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Item Tac. ann. l. 3. c. 50. Tiberius, ait, famam moderationis partem, mittit literas ad Senatum, quis tribunitiam potestatem Druso petebat. Id summi fastigii vocabulum Augustus repperit, ne regis aut Dictatoris nomen assumeret, ac tamen appellatione aliquam cetera imperia premineret. Apparet simul ex relatis istis auctorum locis, nec illic sub Augustis, licet omne imperium tenentibus, extinctum nomen & simulachrum potestatis tribunitiae in aliis extra Augustos. Sic Dio lib. 57. cum executionem Tiberii in astrologos, magos, aliosque divinatores refert, ait, nisi tribunus pl. intercessisset, etiam contra, quam censuerat Tiberius, omnes cives impunitatem habituros fuisse; unde praecipue reip. Popularis imaginem videri potuisse; nam Senatum sententiae Cn. Calpurnii Pisonis accedentem vicisse Drusum ac Tiberium, ac  
 Tribu-*

*Tribunum pl. iudicio Senatius potiozem fuisse.* Et amplius id patet passim ex Tacito, qui imò sub Vespasiano, *Vulcatium Tertullinum tribunum. pl. intercessisse Consulibus sententiam perrogantibus, ne quid super tanta re [quæ tunc agitabatur] principe absente statureretur*, memorat *hist. lib. 4. c. 9.* Imò apud Dionem *lib. 72. ex xiphil. excerpt.* in monstrosa inscriptione Commodi ad Senatum, illic descripta, *Tribunorum plebis* quoque mentio est. Onuphrius *in comm. fast. lib. 1. ad ann. 261.* putare se scribit, durasse hunc magistratum ad tempora Constantini Magni, non ultra.

21. Itemque ut essent, qui ædibus præessent, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, duos ex plebe constituerunt: qui etiam **AEDILES** appellati sunt.

*Itemque ut essent qui ædibus &c. qui etiam adiles] Ediles plebis hi sunt, alii ad adilibus curulibus, item sprealibus. De Curulibus post §. 26. Cereales tandem à Cæsare Dictatore additi, qui, unâ cum prætoribus duobus, itidem Cerealibus dictis, frumento præessent. Fuere autem, ut duo plebei, sic, duo Curules, duo item Cereales; senque*

in.

in univ<sup>er</sup>sum *ædiles*. *Onuph. lib. 1. fact. pag. 77. Pigh. ann. lib. 2. pag. 95. & lib. 4. pag. 271.* *Ædiles plebis* eodem tempore quo *tribuni plebis* creati, non tamen in monte sacro, sed in urbe post *regitum*. De his ita *Dionys. lib. 6. Persolutis, inquit, pro gratiar. actione victimis, impetrataque sui magistratus confirmatione à patriciis, petierunt à senatu permitti sibi, ut quotannis duos è plebe crearent, subministraturos tribunis quicquid opus sit, & lites nonnullas eorum permissu dijudicatu<sup>ros</sup>, ædiumque sacrarum, locorum publicorum, atque annonæ, curam habituros. Hoc quoque per Senatum concesso, creaverunt, quos tunc ministros & socios Tribunorum, & iudices appellabant, nunc autem ab officiorum uno ædiles vocant, potestatem habentes alterius magistratus ministrum. curant autem multas magnas res, suntque maxima ex parte Græcorum ἀγογῶμοις similes. Quinam a primi ædiles plebis creati sint, incognitum est.*

*Ædibus præessent, in quibus omnia scita sua plebs deferabat.] In quibus deferabat, pro in quas, vel, in quibus, deponebat, quanquam & objectum & terminum ad quem, etiam per ablativum significatum sæpè in scriptoribus antiquis reperiamus: uti, & subiectum, in quo per accusativum. Zonaras de officio ædiliam*



lium ita : *recens*, inquit, *creatis tribunis*, duo *ædiles* sunt *adjuncti*, quorum *ministeriis* ad *scripturas* uterentur : qui cum omnia *decreta*, omnia *senatusconsulta* acciperent & *asservarent*, nihil eorum, quæ agebantur, omnium, ipsos latebat. Olim igitur de his *causis* *juris* dicendi ergò *creabantur*. Post autem, cum *alia*, tum *forum rerum venalium* ipsis *commissum*. Non tamen illicò, sed post *sublatos* demum *decemviros*, institutum à primis post *decemviros* *Consulibus*, *L. Valerio* & *M. Horatio*. ut *Senatusconsulta* in *ædem Cereris* ad *ædiles plebis* deferrentur, antè *arbitrio* *Consulum* *supprimi* *vitari*que *solita*, memorat *Livius* *lib. 3. c. 55.*

22. Deinde cum *ærarium* *populi* auctius esse cœpisset, ut essent qui illi *præessent*, *constituti* sunt *QVÆSTORES*, qui *pecuniæ* *præessent*, dicti ab eo, quòd *inquirendæ* & *conseruandæ* *pecuniæ* *causâ* *creati* erant.

Deinde cum *ærarium* &c. ] *Ærarium* vel propriè *locum* significat, quo *reconduntur* *pecuniæ publicæ*, *Perott. epigr. 2.* vel *impropriè*; ut hic,

hic, significat ipsam pecuniam, quæ asservatur. Dictum ab *ere*, quia primi Romanorum nummi *erei* fuerunt. Servius Rex ovium bouumque effigie primus *as* signavit. Plin. lib. 18. c. 13. & lib. 33. c. 3. *Æriscare* dicebant veteres pro *pecuniam colligere*. Fést. lib. 1. Mansit hucusque inde loquendi formula, quæ *nostro ere* comparare, facere, *as alienum* conflare, dissolvere, dicimur, cum nostris pecuniis emimus, proprio sumtu facimus, vel aliis pecuniæ debitores esse incipimus vel desinimus. *Æs alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium formam publicam percussum, quale apud Lacedæmonios fuit, inquit Sen. lib. 1. de benef. c. 14. Ærarium populi Romani à P. Val. Publicola, primo illo Iunii Bruti, post Lucretii & Horatii in Consulatu collega, æde Saturni ab ipso constructam, constitutum, memorant historiarum. additurque causa, quod nullum Saturno in Italia regnante furtum illic commissum esset; vel, quod sub eodem nihil cujusquam privatum fuisset, juxta illud poetæ, lib. 1. Georg.*

*Nec signare solum, aut partiri limite  
campum*

*Fas erat*

*Plutarchus in Poplicola. Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 8. Alex. ab Alexandro, lib. 2. c. 2. Perott. epigr. 6. pag. 530. 50. Alexander ab Alexandro dict. loc. existimat, Vale-  
cium*

nium loci opportunitate ductum, quum omni aditu præsepto undique præruptus & ab accessu munitus esset, eandem Saturni ædem æris publici, legumque & SC. *torum* tabularumque publicarum & signorum militarium sacrarium esse voluisse. De SC. *torum* *asseruatione* aliud paulò antè dictum ex Livio.

Fuit in intima ejus parte *erarium sanctius* dictum, intentionis curæ, ad ultimos casus & extremam pop. Rom. fortunam sublevandam destinatum, in quo *aurum vicefimarium*, h. e. ex vicefimis redactum, condebatur. Meminit hujus Cic. ad Attic. *lib. 7. ep. 20.* *Cassiam*, inquit, C. Cassius, tribunus plebis venit, attulit mandata ad Coss. ut Romam venirent, pecuniam de sanctiore *erario auferrent*. Et Liv. *lib. 27. c. 12.* *Cætera*, inquit, expediendis, quæ ad bellum opus erant, Consulibus, *aurum vicefimarium*; quod in sanctiore *erario ad ultimos casus servaretur*, promissum placuit. *Prompta ad quatuor millia pondo auri.* Factum id tempore secundi belli Punico, Coss. Q. Fabio Maximo V. & Q. Rubio Flacco, anno U. C. 544. (Onuphr. an. 545.) Pigh. *ann. lib. 9. ad ill. annum.* De *vicefima*, eorum nempe qui manumitterentur, inductâ lege in castris lata à Cm. Manlio, Cos. cum C. Martio Rutilio, anno U. C. 397. ita Liv. *lib. 7. c. 16.* *Ab altero*, inquit, *Consule nihil me-*  
*mora-*

morabile gestum est, nisi quod legem nova exemplo ad Sutrium in castris tributim, de vicesima eorum, qui manumitterent, tulit. Patres, quia ea lege haud paruum vectigal inopi aerario additum esset, auctores fuerunt. De sanctiori aerario v. quæ anno tavit Demst. in paralipom. ad Rosar. lib. 7. c. 31.

Augustus aerarium militare, sustinendis militum stipendiis & premiis, addidit anno U. C. 759. Sueton. lib. 2. c. 49. Aerarium, inquit, militare cum vectigalibus novis instituit. Hujus causa, cum alius reditus excogitari non posset omnibus probatus, omnesque eum quæri indignarentur, ipse Augustus pro se & Tiberio pecuniam intulit; ceterum cum hæc pecunia summam magnitudinem minima parte attingeret, ac perenni copia esset opus, multis rationibus à Senatoribus propositis, & non probatis, instituit, ut vigesima pars hereditatum & legatorum, exceptis, quæ proximo sanguine junctis aut pauperibus legarentur, in aerarium inferretur. Hæc Dio lib. 55. Quæ tamen vicesima anno 766. non longè ante mortem, cum, quod omnibus gravis ac molesta esset, novos tumultus excitatura videretur, novum Augusto negotium fuit. Nempe Senatui jussit alios reditus, qui Reip. sufficerent, excogitare; eumque nec reperiretur quicquam, & quibus eos faciliùs, quàm vicesimam toleraturos intelligeret.

ret, in agros ac domos pensionem transtulit, & confestim, non indicans, quantum aut quomodo pendendum cuilibet foret, alios aliò misit, privatorum ac civitatum prædia descripturos. quæ res hunc effectum habuit, ut mallent quique *viceſimam*, quam novum illud onus subire. Dio lib. 56. Illustris de viceſima hac locus est apud Plinium jun. in *Paneg. ad Traj. Onera*, inquit, *imperii*, pleraque vectigalia institui, ut pro utilitate communi, ita singulorum injuriis, coegerunt. His viceſima reperta est, tributum tolerabile & facile hæredibus duntaxat extraneis, domesticis grave. Itaque illis irrogatum est, his remissum. videlicet quòd manifestum erat, quanto cum dolore laturi, seu potius non laturi, homines essent deſtringi & abradi aliquid bonis, quæ sanguine gentilitate, sacrorum denique societate meruisse, quæque nunquam ut aliena & speranda, sed ut sua semperque possessa, ac deinceps proximo cuique transmittenda, cepissent. Hæc mansuetudo legis veteribus civibus servabatur. Novi, seu per Latium in Civitatem, seu beneficio Principis venissent, nisi simul cognationis jura impetrassent, alienissimi habebantur, quibus conjunctissimi fuerant. Ita maximum beneficium verte-

batur

batur in gravissimam injuriam, Civitasque Romana instar erat odii, discordiæ, & orbitatis. cum charissima pignora salva ipsorum pietate detraheret. Inveniebantur tamen, quibus tantus amor nominis nostri esset, ut Romanam civitatem non vigesima modo, verum etiam affinitatum damno bene compensari putarent. Sed his maximè debebat gratuita contingere, à quibus tam magno aestimabatur. Igitur pater tuus [Nerva] sanxit, ut, quod ex matris ad liberos; ex liberorum bonis pervenisset ad matrem, etiamsi cognationum jura non recepissent, cum civitatem adipiscerentur, ejus vigesimam ne darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modo reductus esset in Patris potestatem; ratus, improbè & insolenter, ac pene impiè, his nominibus inseri publicanum, nec sine piaculo quodam sanctissimas necessitudines, velut intercedente vigesimâ, scindi; nullum esse tanti vectigal, quod liberos & parentes faceret extraneos. Et mox: Muneri ejus liberalitas tua adstruxit, ut quemadmodum in patris filius, sic in hereditate filii pater esset immunis. Et rursus paulò post: Nec verò contentus primum cognationis gradum abstulisse vigesimæ, secundum quoque exemis, cavisque, ut in

sororis

*fororis bonis frater, & contra in fratris  
 foror, utque avus avia in neptis nepotisque,  
 & invicem illi servarentur immunes. His  
 quoque quibus per Latium civitas Romana  
 patuisset, idem indulget. &c. Denique ul-  
 terius benignitatem Trajani laudatis: statuit,  
 inquit, communis omnium parens, sum-  
 mam quæ publicanum pati possit. Carebit  
 onere vigesimæ parva & exitis hæreditas,  
 & si ita gratus hæres volet, tota sepul-  
 thro, tota funeri serviet; nemo observator,  
 nemo castigator existet. Ea lex vigesimæ  
 dicta est, ut ad periculum ejus perveniri, nisi  
 opibus, non possit. Conversa est iniquitas in  
 gratulationem, injuria in votum, optati hæres,  
 ut vigesimam debeat. Exemplum boni Prin-  
 cipis, cuique id nomen merito imitandum.*

*Ærarii militaris causa etiam centesimam  
 rerum venalium (puta ex auctione. unde  
 centesimam auctionem vocat Sueton. in Cal-  
 lig. sive lib. 4. c. 16.) ab Augusto institutam,  
 elicitur ex illo Taciti, lib. 1. ann. c. 78. Cente-  
 simam, ait, rerum venalium post bella civilia  
 institutam, deprecante populo, edixit Tiberius,  
 militare ærarium eo subsidio nisi. Quam tamen  
 idem Tiberius Cappadociæ regno in provinci-  
 am redacto, in ducentesimam mutavit. Tac.  
 lib. 2. ann. c. 42. Et rursus hanc in centesimam  
 post Sejanum mortem. Dio lib. 58. Vid. Lips. in*

not

not. ad Tac. d. c. 42. verbo. fructibusque ejus. Agrippæ Posthumi damnati bona in ærarium militare relata narrat Dio lib. 55. sub anno 760. Idem ibidem ad bellorum necessitates & custodes nocturnos alendos etiam quinquagesimam ex mancipiis venalibus instituisse. Vicestram quintam eam dicit, & à Nerone remissam refert Tacitus. *ann.* 13. r. 31. Lipsius in notis illic reponendum censet vectigal quinquagesimæ. Eidem ærario quoque deservit lex Papia Poppæ, à Consulibus suffectis, M. Papio Mutilo, & Q. Poppæo Secundo, qui eam rogarunt; à Julio Cæs. Octavio Augusto, quod ejus jussu Consules eam tulissent (unde & Tacito *ann.* lib. 3. c. 25. is eam sanxisse dicitur) etiam Julia dicta, lata an. 762. Deservit, inquam, parte extrema, quæ ad caduca pertinebat. unde & *caducaria* nomen obtinuit. v. l. *un. princ. C. de caduc. toll.* Ipsam legem ex fragmentis hinc inde collectis restituit & notis auxit Iacobus Gothofredus.

Nihilominus & jam sub libera Republica triplex observatum ærarium. Primum illud, in quæ civium tributa, ac factorum vectigalia, ac præda imperatorum belli asservabatur, quo sumtus bellorum ordinarii sustinebantur. Alterum illud sanctius, de quo dictum: denique tertium, in quo pecunia Gallici belli causâ servabatur; de quo ita Appianus lib. 2. de bel. civ. Post hæc, inquit, perstragis (Cæsar) ærarium, tribuno pl. Martello obstanti



*obstanti mortem minatus, ni desisteret; pecuniasque ad id temporis intactas abstulit, quas ferunt per Gallicos tumultus depositas cum execratione publica in caput cujuscunque contrectare ausi, nisi causâ belli Gallici. agebat enim, religione solutam Rempubl. perdomitis à se Gallis, ut nihil inde sit periculi. De vectigalibus & tributis populi R. vid. Sig. d. c. 16.*

*Occupatâ Republicâ accessit ærarium Principis duplex, unum privati patrimonii, alterum quod fiscus appellatur. De utroque mox. Accessit, dico, ad ærarium populi sive Republicæ; quippeâ quo Principum ærarium, saltem primis temporibus, fuit distinctum; quod vel ex eo perspicuum est, quod integræ provinciæ etiam occupatâ Republicâ senatus populique sub administratione manserint, quæ prætorie dictæ, & populo fuere vectigales, emolumenta que eorum pertinebant ad ærarium populi. Consilium Augusti de provinciis cum Populo partiendis exponit eleganter Dio lib. 53. Negavit, inquit, se velle omnes provincias obtinere, ideoque infirmiores, quod essent pacatiores, Senatui attribuit; potentiores, ut quæ plus periculi ostenderent, sibi retinuit. Id faciebat hac specie, ut Senatus tutò bonis imperii perfrueretur, ipse laboribus & periculis objectus videretur. At sub hoc præ-*

*tex:*

*textu verè eum inermem imbellemque efficiebat, & ad se solum arma militesque transferebat. Hæc de causa Senatui populoque Asia, Numidia, Africa, & cum Epiro Græcia, Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Creta, Africa Cyrenaica, Bithynia cum Ponto finitimo, Sardinia atque Hispania Bætica, scriptæ sunt; Cesari autem Hispania quod reliquum erat, ut Tarraconensis Lusitaniaque, tum omnis Gallia, & Narbonensis & Lugdunensis, Aquitaniaque & Celtica cum iis populis, qui eorum coloni essent; item Cæleſyria, Phænice, Cilicia, Cyprus, Ægyptus: ex quibus tamen postea Cyprum ac Galliam Narbonensem populo reddidit, proque eis Dalmatiam recepit. Hæc Dio. Distinctionem eandem probat illud Frontini de aquæduct. Commoda, inquit, publicæ familiæ ex arario dantur; Cesaris familia ex fisco accipit. Estque illud celebratum ex Plinii panegyrico ad Trajanum: [At fortasse non eadem severitate fiscum quàm ararium cohibes. imò tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis] Conf. Cujac. ad tit. C. de iure fisci. in præf. & ad l. 2. C. de pet. bon. subl. Hæc ita primis temporibus. At successu ætatum, inquit Renat. Choppin. de deman. Gal.*

lib. 1. l. 1. n. 5. publica illa omnia Principes cœperunt in suum transferre fiscum, indeque sensim confusum Reip. ararium cum fisco seu Censu Principali.

Fiscus a. proprie est; quicquid bonorum & emolumentorum Principi assignatum est, ad tuendam dignitatem suam & Reipubl. usus perpetuos. Peregrin, de jur. fisci lib. 1. tit. 1. num. 8. Gallis Domanium Coronæ, domanium Franciæ vocatur. de quo Choppinus luculentum & insignem scripsit commentarium. De voce fisco ita Aicon. Pædhan. Fisci, fiscina, fiscelle, sparteæ sunt utensilia ad majoris summiæ pecunias capiendas. Unde quia major summa est pecuniæ publicæ quam privatæ, factum est; ut fisci pro pecunia publicæ, & inde, Confiscare, dicantur. Cicero significatur isto aliquoties fisco dixit, ut 1. Verr. 22. reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciensi translatos; ex his quasi 10. fiscos relictos comitionum nomine. Item 3. Verr. 183. Venerius, qui fisco sustulit. Et ibid. 197. In cistam transferam ex fisco. Publicum Aiconitus vocat, quia, quæ fisci sunt; populi propriè & Reipublicæ sunt, Principi concessa; & quia privatæ cuiusque pecuniæ opponitur. Dicuntur inde & publicari, quæ in fisco rediguntur. Ulpianus tamen in l. 2. §. 4. de quid in loc. public. fiscalis

*les res quasi proprias ait & privatas Principis esse, eoque à publicis distinguit, sic dictis, quæ populi sunt; Principi non tributâ. Fiscum Imperat. Zeno in l. 2. de quadr. præscript. vocat & sacratissimam araritam, & sacratissimum fiscum. Hodie tamen ob corruptos mores & avaritiam, ac varias vaserrimas stimulante avaritiâ inventas augendi fisci artes, sceleratissimum censemus, inquit Luc. de Penn. in rubr. C. de j. fisci in f. quem citat Chassan. in consuetud. Burg. rubr. 2. sub. pr. pag. 341. ubi & ipse definitionem procuratoris fisci joco quondam tribus procuratoribus regis à se indidem datam refert; nempe, quod esset vir parum placidus, omnibus invisus, Deo odiosus, parum aut nihil æquitatis in se habens: item illam Baldi in l. executorem. C. de exet. vel jud. quod sit dura cervicis, semper rigorosus; nunquam vel raro æquus. item illud ejusd. in tit. de feud. march. §. 1. quod largum habeat stomachum. Eleganter Plinius in d. paneg. fisci causam dicit nunquam malam, nisi sub bono Principe. Sed & fiscum hodie dicimus cujusque vel Reip. vel status, jura superioritatis habentis, ararium, illis jurebus & Privilegiis, quæ fisco Principis tributâ sunt, instructum. Diversum à fisco est ararium principis privatum, patrimonium*

*Tribunum pl. iudicio Senatius potiozem fuisse.* Et amplius id patet passim ex Tacito, qui imò sub Vespasiano, *Vulcatium Tertullinum tribunum. pl. intercessisse Consulibus sententiam perrogantibus, ne quid super tanta re [quæ tunc agitabatur] principe absente statureretur*, memorat *hist. lib. 4. c. 9.* Imò apud Dionem *lib. 72. ex xiphil. excerpt.* in monstrosa inscriptione Commodi ad Senatum, illic descripta, *Tribunorum plebis* quoque mentio est. Onuphrius *in comm. fast. lib. 1. ad ann. 261.* putare se scribit, durasse hunc magistratum ad tempora Constantini Magni, non ultra.

21. Itemque ut essent, qui ædibus præessent, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, duos ex plebe constituerunt: qui etiam **AEDILES** appellati sunt.

*Itemque ut essent qui ædibus &c. qui etiam: adiles] Ediles plebis hi sunt, alii ad edilibus curulibus, item cœrealibus. De Curulibus post §. 26. Cœreales tandem à Cæsare Dictatore additi, qui, unâ cum prætoribus duobus, itidem Cœrealibus dictis, frumento præessent. Fuere autem, ut duo plebeji, sic, duo Curules, duo item Cœreales; senque*

in.

in universum *ædiles*. *Onuph. lib. 1. fast. pag. 77. Pigh. ann. lib. 2. pag. 95. & lib. 4. pag. 271.*  
*Ædiles plebis eodem tempore quo tribuni plebis creati, non tamen in monte sacro, sed in urbe post reatum. De his ita Dionys. lib. 6. Persolutis, inquit, pro gratiar. actione victimis, impetrataque sui magistratus confirmatione à patriciis, petierunt à senatu permitti sibi, ut quotannis duos è plebe crearent, subministraturos tribunis quicquid opus sit, & lites nonnullas eorum permissu dijudicatuos, ædiumque sacrarum, locorum publicorum, atque annonæ, curam habituros. Hoc quoque per Senatum concesso, creaverunt, quos tunc ministros & socios Tribunorum, & iudices appellabant, nunc autem ab officiorum uno ædiles vocant, potestatem habentes alterius magistratus ministrum. curant autem multas magnas res, suntque maxima ex parte Græcorum à ῥογα- νόμοις similes. Quinam à primi ædiles plebis creati sint, incognitum est.*

*Ædibus præessent, in quibus omnia scita sua plebs deferabat.] In quibus deferabat, pro in quas, vel, in quibus, deponebat, quanquam & objectum & terminum ad quem, etiam per ablativum significatum sæpè in scriptoribus antiquis reperiamus: uti & subjectum in quo per accusativum. Zonaras de officio ædili-  
 lium*

lium ita : *recens*, inquit, *creatis tribunis*, duo *ædiles sunt adjuncti*, quorum ministeriis ad *scripturas uterentur* : qui cum omnia decreta, omnia *senatusconsulta acciperent & asservarent*, nihil eorum, quæ agebantur, omnium, ipsos latebat. Olim igitur de his causis juris dicendi ergo creabantur. Post autem, cum alia, tum forum rerum venalium ipsis commissum. Non tamen illicò, sed post sublatos demum decemviros, institutum à primis post decemviros Consulibus, *L. Valerio & M. Horatio*. ut *Senatusconsulta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur*, antè arbitrio Consulum *supprimi vitarique solita*, memorat Livius lib. 3. c. 55.

22. Deinde cum ærarium populi auctius esse cœpisset, ut essent qui illi præessent, constituti sunt **QVÆSTORES**, qui pecuniæ præessent, dicti ab eo, quòd inquirendæ & conseruandæ pecuniæ causâ creati erant.

Deinde cum ærarium &c. ] *Ærarium* vel propriè locum significat, quo reconduntur pecunie publicæ, *Perott. epigr. 2.* vel impropriè; ut hic,

hic, significat ipsam *pecuniam*, quæ asservatur. Dictum ab *ere*, quia primi Romanorum *nummi erei* fuere. *Servius* Rex ovium bouumque effigie primus *es* signavit. *Plin. lib. 18. c. 13. & lib. 33. c. 3.* *Æruscare* dicebant veteres pro *pecuniam colligere*. *Fest. lib. 1.* Mansit hucusque inde loquendi formula, quâ *nostro ere* comparare, facere, *es alienum* conflare, dissolvere, dicimur, cum nostris *p*ecuniis emimus, proprio sumtu facimus, vel aliis pecuniæ debitores esse incipimus vel desinimus. *Æs alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium formâ publicâ percussum, quale apud Lacedæmonios fuit, inquit Sen. lib. 1. de benef. c. 14.* *Ærarium* populi Romani à *P. Val. Publicola*, primo illo *Iunii Bruti*, post *Lucretii & Horatii* in Consulatu collega, *æde Saturni ab ipso constructâ*, constitutum, memorant historiæ. additurque causa, quod nullum *Saturno* in Italia regnante furtum illic commissum esset; vel, quod sub eodem nihil cujusquam privatum fuisset, juxta illud poetæ, *lib. 1. Georg.*

*Nec signare solum; aut partiri limite  
campum*

*Fas erat*

*Plutarchus in Poplicola. Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 8. Alex. ab Alexandro, lib. 2. c. 2. Perott. epigr. 6. pag 530. 50. Alexander ab Alexandro dict. loc. existimat, Vale-*  
*clius*



rium loci opportunitate ductum, quum omni aditu præsepto undique præruptus & ab accessu munitus esset, eandem Saturni ædem æris publici, legumque & SC.*torum* tabularumque publicarum & signorum militarium sacrarium esse voluisse. De SC.*torum* *asseruatione* aliud pauld antè dictum ex Livio.

Fuit in intima ejus parte *erarium sanctius* dictum, intentionis curæ, ad ultimos casus & extremam pop. Rom. fortunam sublevandam destinatum, in quo *aurum vicesimarium*, h. e. ex vicefimis redactum, condebatur. Meminit hujus Cic. ad Attic. lib. 7. ep. 20. *Capuam*, inquit, C. Cassius, tribunus plebis venit, attulit mandata ad Coss. ut Romam venirent, pecuniam de sanctiore *erario* auferrent. Et Liv. lib. 27. c. 12. *Cætera*, inquit, expediendis, quæ ad bellum opus erant, Consulibus, *aurum vicesimarium*; quod in sanctiore *erario* ad ultimos casus servaretur, promi placuit. *Prompta ad quatuor millia pondo auri*. Factum id tempore secundi belli Punico, Coss. Q. Fabio Maximo V. & Q. Fulvio Flacco, anno U. C. 544. (Onuphr. an. 545.) Pigh. ann. lib. 9. ad ill. annum. De *vicefima*, eorum nempe qui manumitterentur, inductâ lege in castris lata à Cn. Manlio, Cos. cum C. Martio Rutilio, anno U. C. 397. ita Liv. lib. 7. c. 16. *Ab altera*, inquit, *Consule nihil me-*  
*mora-*

morabile gestum est, nisi quod legem nova exemplo ad Sutrium in castris tributim, de vicefima eorum, qui manumitterent, tulit. Patres, quia ea lege haud parvum vendigal inopi aerario additum esse, auctores fuerunt. De sanctiori aerario v. quae annotavit Demst. in paralipom. ad Rosas. lib. 7. c. 31.

Augustus aerarium militare, sustinendis militum stipendiis & praemiis, addidit anno U. C. 759: Sueton. lib. 2. c. 49. Aerarium, inquit, militare cum vectigalibus novis instituit. Hujus causa, cum alius reditus excogitari non posset omnibus probatus, omnesque eum quæri indignarentur, ipse Augustus pro se & Tiberio pecuniam intulit; ceterum cum hæc pecunia sumptuum magnitudinem minima parte attingeret, ac perenni copiâ esset opus, multis rationibus à Senatoribus propositis, & non probatis, instituit, ut vicefima pars hereditatum & legatorum, exceptis, quae proximo sanguine junctis aut pauperibus legarentur, in aerarium inferretur. Hæc Dio lib. 55. Quæ tamen vicefima anno 766. non longè ante mortem, cum, quod omnibus gravis ac molesta esset, novos tumultus excitatura videretur, novum Augusto negocium fuit. Nempe Senatuum jussit alios reditus, qui Reip. sufficerent, excogitare; cumque nec reperiretur quicquam, & quidvis eos faciliùs, quàm vicefimam toleraturos intelligeret.

ret, in agros ac domos pensionem transtulit, & confestim, non indicans, quantum aut quomodo pendendum cuilibet foret, alios aliud misit, privatorum ac civitatum prædia descripturos. quæ res hunc effectum habuit, ut mallent quique *vicepsimam*, quam novum illud onus subire. Dio lib. 56. Illustris de vicepsima hac locus est apud Plinium jun. in *Paneg. ad Traj. Onera*, inquit, *imperii*, pleraque vectigalia institui, ut pro utilitate communi, ita singulorum injuriis, coegerunt. His vigesima reperta est, tributum tolerabile & facile hæredibus duntaxat extraneis, domesticis grave. Itaque illis irrogatum est, his remissum. videlicet quod manifestum erat, quanto cum dolore laturi, seu potius non laturi, homines essent. destringi & abradi aliquid bonis, quæ sanguine gentilitate, sacrorum denique societate meruissent, quæque nunquam ut aliena & speranda, sed ut sua semperque possessa, ac deinceps proximo cuique transmittenda, cepissent. Hæc mansuetudo legis veteribus civibus servabatur. Novi, seu per Latium in Civitatem, seu beneficio Principis venissent, nisi simul cognationis jura impetrassent, alienissimi habebantur, quibus conjunctissimi fuerant. Ita maximum beneficium vertebatur

batur in gravissimam injuriam, Civitasque Romana instar erat odii, discordiae, & orbitatis. cum charissima pignora salva ipsorum pietate detraheret. Inveniebantur tamen, quibus tantus amor nominis nostri esset, ut Romanam civitatem non vigesima modo, verum etiam affinitatum damno bene compensari putarent. Sed his maxime debebat gratuita contingere, à quibus tam magno aestimabatur. Igitur pater tuus [Nerva] sanxit, ut, quod ex matris ad liberos; ex liberorum bonis pervenisset ad matrem, etiamsi cognationum jura non recepissent, cum civitatem adipiscerentur, ejus vigesimam ne darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modo reductus esset in Patris potestatem; ratus, improbè & insolenter, ac pene impiè, his nominibus inseri publicanum, nec sine piaculo quodam sanctissimas necessitudines, velut intercedente vigesimâ, scindi; nullum esse tanti vectigal, quod liberos & parentes faceret extraneos. Et mox: Muneri ejus liberalitas tua adstruxit, ut quemadmodum in patris filius, sic in hæreditate filii pater esset immunis. Et rursus paulò post: Nec verò contentus primum cognationis gradum abstulisse vigesimæ, secundum quoque exemi, cavique, ut in

foreris

*fororis bonis frater, & contra in fratris  
 soror, utque avus avia in neptis nepotisque,  
 & invicem illi servarentur immunes. His  
 quoque quibus per Latium civitas Romana  
 patuisset, idem indulget. &c. Denique ul-  
 terius benignitatem Trajani laudans: statuit,  
 inquit, communis omnium parens, sum-  
 mam quæ publicanum pati possit. Carebit  
 onere vigesimæ parva & exilis hæreditas,  
 & si ita gratus hæres velit, tota sepul-  
 chro, tota funeri serviet; nemo observator,  
 nemo castigator existet. Ea lex vigesimæ  
 dicta est, ut ad periculum ejus perveniri, nisi  
 opibus, non possit. Conversa est iniquitas in  
 gratulationem, iniuria in votum, optati hæres,  
 ut vigesimam debeat. Exemplum boni Priu-  
 ticipis, cuique id nomen merito imitandum.*

*Ærarii militaris causâ etiam centesimam  
 rerum venalium (puta ex auctione. unde  
 centesimam auctionem vocat Sueton. in Cæ-  
 lig. sive lib. 4. c. 16.) ab Augusto institutam,  
 elicitur ex illo Taciti, lib. 1. ann. c. 78. Cente-  
 simam, ait, rerum venalium post bella civilia  
 institutam, deprecante populo, edixit Tiberius,  
 militare ærarium eo subsidio miti. Quam tamen  
 idem Tiberius Cappadociæ regno in provinci-  
 am redacto, in ducentesimam mutavit. Tac.  
 lib. 2. ann. c. 42. Et rursus hanc in centesimam  
 post Sejanî mortem. Dio lib. 58. Vid. Lips. in*

not. ad Tac. d. c. 42. verbo. *fructibusque ejus.* Agrippæ Posthumi damnati bona in *ærarium militare* relata narrat Dio lib. 55. sub anno 760. Idem ibidem ad bellorum necessitates & custodes nocturnos alendos etiam *quingagesimam ex mancipiis venalibus* instituisse. *Vicesimam quintam* eam dicit, & à Nerone remissam refert Tacitus. *ann.* 13. r. 31. Lipsius in notis illic reponendum censet *vectigal quingagesimæ.* Eidem *ærario* quoque deserviit lex *Papia Poppæa*, à Consulibus suffectis, *M. Papio Mutilo*, & *Q. Poppæo Secundo*, qui eam rogarunt; à Julio Cæs. Octavio Augusto, quod ejus jussu Consules eam tulissent (unde & Tacito *anal. lib.* 3. c. 25. is eam sanxisse dicitur) etiam *Julia* dicta, lata an. 762. Deserviit, inquam, parte extrema, quæ ad *caduca* pertinebat. unde & *caducarie* nomen obtinuit. v. l. *un. princ. C. de caduc. toll.* Ipsam legem ex fragmentis hinc inde collectis restituit & notis auxit Iacobus Gothofredus.

Nihilominus & jam *sub libera Republica* triplex observatum *ærarium*. *Primum* illud, in quæ civium tributa, ac sociorum vectigalia, ac præda imperatorum belli asservabatur, quo sumtus bellorum ordinarii sustinebantur. *Alterum* illud *sanctius*, de quo dictum: denique *tertium*, in quo pecunia Gallici belli causâ servabatur; de quo ita Appianus *lib. 2. de bel. civ.* *Post hæc*, inquit, *perstragis* (*Cæsar*) *ærarium*, tribuno pl. *Martello* *obstanti*

*obstanti mortem minatus, ni desisteret; pecuniasque ad id temporis intactas abstulit, quas ferunt per Gallicos tumultus depositas cum execratione publica in caput cujuscunque contrectare ausi, nisi causâ belli Gallici. agebat enim, religione solutam Rempubl. perdomitis à se Gallis, ut nihil inde sit periculi. De vectigalibus & tributis populi R. vid. Sig. d. c. 16.*

*Occupatâ Republicâ accessit ararium Principis duplex, unum privati patrimonii, alterum quod fiscus appellatur. De utroque mox. Accessit, dico, ad ararium populi sive Republicæ; quippe à quo Principum ararium, saltem primis temporibus, fuit distinctum; quod vel ex eo perspicuum est, quod integræ provinciæ etiam occupatâ Republicâ senatus populique sub administratione manserint, quæ prætorie dictæ, & populo fuere vectigales, emolumentaque eorum pertinebant ad ararium populi. Consilium Augusti de provinciis cum Populo partiendis exponit eleganter Dio lib. 53. Negavit, inquit, se velle omnes provincias obtinere, ideoque infirmiores, quod essent pacatiores, Senatui attribuit; potentiores, ut quæ plus periculi ostenderent, sibi retinuit. Id faciebat hac specie, ut Senatus tutò bonis imperii perfrueretur, ipse laboribus & periculis objectus videretur. At sub hoc præ-*

*tex:*

textu verè eum inermem imbellemque efficie-  
 bat, & ad se solum arma militesque trans-  
 ferebat. Hæc de causa Senatui populoque  
 Asia, Numidia, Africa, & cum Epiro  
 Græcia, Dalmatia, Macedonia, Sicilia,  
 Creta, Africa Cyrenaica, Bithynia cum  
 Ponto finitimo, Sardinia atque Hispania  
 Bætica, scriptæ sunt; Cesari autem His-  
 pania quod reliquum erat; ut Tarraconensis  
 Lusitaniaque, tum omnis Gallia, & Nar-  
 bonensis, & Lugdunensis, Aquitaniaque &  
 Celtica cum iis populis, qui eorum coloni  
 essent; nempe Cæle Syria, Phænice, Cilicia,  
 Cyprus, Ægyptus: ex quibus tamen postea  
 Cyprum ac Galliam Narbonensem populo  
 reddidit, proque eis Dalmatiam recepit.  
 Hæc Dio. Distinctionem eandem probat illud  
 Frontini de aquæduct. *Commoda*, inquit, *publi-*  
*cæ familiae ex arario dantur; Cesaris fa-*  
*milia ex fisco accipit.* Estque illud cele-  
 bratum ex Plinii panegyrico ad Trajanum:  
 [ *At fortasse non eadem severitate fiscum*  
*quàm ararium cohibes. imò tanto majore,*  
*quantiò plus tibi licere de tuo, quàm de pu-*  
*blico credis* ] Conf. Cujac. ad tit. C. de iure  
 fisci. in præf. & ad l. 2. C. de pet. bon. subl.  
 Hæc ita primis temporibus. At *successu ætatum,*  
 inquit Renat. Choppin. *de deman. Gal.*  
lib.



lib. 1. c. 1. n. 5. publica illa omnia Principes ceperunt in suum transferre fiscum, indeque sensim confusum Reip. ararium cum fisco seu Censu Principali.

Fiscus a. proprie est; quicquid bonorum & emolumentorum Principi assignatum est, ad tuendam dignitatem suam & Reipubl. usus repentinos. Peregrin, de jur. fisci lib. 1. tit. 1. num. 8. Gallis Domanium Coronæ, domanium Franciæ vocatur. de quo Choppinus luculentum & insignem scripsit commentarium. De voce fisco ita Aſcon. Pæthan. Fisci, fiscina, fiscella, sparteæ sunt utensilia ad majoris summae pecunias capiendas. Unde quia major summa est pecuniæ publicæ quam privatæ, factum est, ut fisci pro pecunia publicæ, & inde, Confiscare, dicantur. Cicero significatu isto aliquoties fisco dixit, ut 1. Verr. 22. reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciensi translatos; ex his quasi 10. fiscos relictos comitorum nomine. Item 3. Verr. 183. Venerius, qui fisco sustulit. Et ibid. 197. In cistam transfertam ex fisco. Publicum Aſconius vocat, quia, quæ fisci sunt, populi propriè & Reipublicæ sunt, Principi concessa; & quia privatæ cuiusque pecuniæ opponitur. Dicuntur inde & publicari, quæ in fisco rediguntur. Ulpianus tamen in l. 2. §. 4. de quid in loc. public. fiscales

*les res quasi proprias ait & privatas Principis esse,*  
 eoque à publicis distinguit, sic dictis, quæ  
 populi sunt, Principi non tributæ. *Fiscum* Im-  
 perat. Zeno in l. 2. de quadr. præscript.  
 vocat & *sacratissimam areritiam*, & *sacra-*  
*trissimum fiscum*. Hodie tamen ob corruptos  
 mores & avaritiam, ac varias vaferrimas  
 stimulante avaritiâ inventas augendi fisci ar-  
 tes, *sceleratissimum censemus*, inquit Luc.  
 de Penn. in rubr. C. de j. fisci in f. quem citat  
 Chassan. in consuetud. Burg. rubr. 2. sub. pr. pag.  
 341. ubi & ipse definitionem procuratoris fi-  
 scalis joco quondam tribus procuratoribus re-  
 giis à se indidem datam refert; nempe, quod  
 esset vir parum placidus, omnibus in-  
 visus, Deo odiosus, parum aut nihil æqui-  
 tatis in se habens: item illam Baldi in l.  
 executorem. C. de exec. rei jud. quod sit du-  
 ra cervicis, semper rigorosus, nunquam  
 vel raro æquus. item illud ejusd. in tit. de  
 feud. march. §. 1. quod largum habeat sto-  
 machum. Eleganter Plinius in d. paneg.  
 fisci causam dicit nunquam malam, nisi  
 sub bono Principe. Sed & *fiscum* hodie di-  
 citur *cujusque vel Reip. vel status, jura*  
*superioritatis habentis, ærarium, illis juri-*  
*bus & Privilegiis, que fisco Principis tri-*  
*buta sunt, instructum*. Diversum à fisco  
 est *ærarium principis privatum, patrimo-*

nium ejusdem, quod mancipio possidet commercioque libero, privato sanguinis jure, propinquorum hereditate, emptionibus, alioque peculiari, quam sceptrorum titulo, acquisitum. Choppin. d. tit. 1. n. 1. & 2. Ad hoc pertinent varii juris nostri tituli, veluti de off. procur. Cæs. vel rationalis. C. de fund. patrimonialib. & saltuensib. de mancipiis & colon. patrimonialium. de fugitiv. colon. patrimonialib. de collat. fund. patrimonial. de feudis rei private & saltibus divinae domus. de fundis & saltibus rei dominice. & plures alii in posterioribus Codicis libris. item l. Benè à Zenone 3. C. de quadrien. præscript. l. 3. §. 10. ff. de jure fisci. §. Thesaurus. 39. Inst. de rer. divis. & alia passim loca. Utriusque ærarii Principis mentio est in l. unica C. de quest. & mag. off.

Cum ærarium populi auctius esse cepisset ] Primis utique civitatis Romanæ temporibus ærarium populi tantum non fuit quantum sequentibus, aucto censu, tributo annuo ex ratione census inducto (quod factum stipendiis exsolvendis, cum antè sumtu quisque suo militasset, neque stipendia meruisset, anno U. C. 348. Liv. lib. 4. sub fin. Sigun. d. c. 16.) tot populis devictis, tot ditionibus ac provinciis imperio Romano subditis, tot tantisque manubiis ex  
hosti-

hostibus devictis à triumphantibus & sine triumphis in publicum illatis. Et fuit tamen etiam ante adem Surturmi exstructam, & condendæ pecuniæ publicæ destinata, aliquod *erarium*, quod tum ex antiquitate quaestorum, qui jam sub regibus fuere ( de quo mox ) tum ex eo patet, quòd passim in història anterioris temporis *erarii & publicæ pecuniæ* mentio est. Ita de Bruto, cum Collatinum à Consulatu dimitteret, quòd *consentiense populo ei dederit viginti talenta ex erario*, memorat Halicarnass. lib. 5.

*Vt essent, illi qui præessent, constituti sunt quaestores* ] De quaestorum origine antiquissima videre est Ulp. in l. un. ff. de off. quest. Notabilis item de quaestorum & vetustate & constituendi ratione, & successu ætatum numero, locus est apud Tac. lib. 11. *annal. c. 22. Sed quaestores*, inquit, *regibus etiam dum imperantibus instituti sunt: quod lex curiata ostendit, ab L. Bruto repetita. mansitque Consilibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret. Creatique primum Val. Potitus & Æmilius Mamercus, 63 rō anno post Tarquinios ejectos, ut rem militarem comitarentur. dein gliscentibus negotiis duo additi, qui Romæ curarent. mox duplicato numero, stipendiariâ jam Italiâ, & accedentibus provinciarum vectigalibus. Post Lege Syllæ viginti creati supptendo Senatui,*

cui iudicia tradiderat. & quanquam equi-  
 tes iudicia recuperavissent, quæstura ta-  
 men ex dignitate Candidatorum, aut fa-  
 cilitate tribuentium gratuito concedebatur, do-  
 nec sententia Dolabellæ velut vendicaretur.  
 Et ratio tamen illa Taciti cum Livio non planè  
 convenit, qui lib. 4. cap. 43. memorat, usque  
 ad annum V. C. 333. (hanc enim Chronologiam  
 annus antè eodem lib. c. 6. expressus suppeditat)  
 duos quæstores urbanos; cumque de hoc nu-  
 mero duplicando, ut duo præterea Consuli-  
 bus ad ministeria belli præstò essent, Consu-  
 les ad patres retulissent, hique id summa ope  
 approbassent, inde Consulibus tribunos plebis  
 certamen intulisse, ut pars quæstorum ex  
 plebe fieret, cum ad id tempus ex patriciis  
 creati essent; tandem anno sequenti 334 C.  
 (qui fuit ab exactis Tarquinibus nonagesimus)  
 se collata in arbitrium populi, ut quatuor  
 quæstores promiscuè de plebe ac patribus li-  
 bero populi suffragio fierent, quatuor, &  
 quidem præter expectationem tribunorum  
 plebis, patricios, quorum patres avosque  
 Consules viderant, creatos fuisse. Plutar-  
 chus quoque à Tacito dissidet, cum in Publicola  
 ita scribit: In quæstoria etiam lege ferenda  
 maximam est laudem consecutus. Vbi enim  
 opus erat ad bellum pecunias ex censu, cives  
 con-

conferre, cum neque ipse id munus subire  
 vellet, & ab eo suscipiendo dehortaretur. At  
 migos, nec omnino publicas pecunias in pri-  
 vatam domum inferri equum duceret, arca-  
 rium Saturni eadem constituit, qua hodie &  
 manet. Concessit autem populo, ut questores  
 duos creare posset, creatique sunt primi **P.**  
**Veturius** & **M. Mimucius**, & pecunie milia  
 de coacta. Centum enim & triginta milia  
 in ararium redacta sunt, orphanis & vi-  
 duis remisso tributo. Hæc Plutarchus. Quicquid  
 sit, constat, etiam cum auctus ad summum  
 esset questorum numerus, duos illorum tantum  
 fuisse urbanos, arario præfatos. Onuph. ad 1.  
 fast. ad ann. 345 pag. 66. De minoribus a ma-  
 gistratibus fore questores, licet patricio pri-  
 mum. Non ut dictum, An. U. C. 330. **1910**  
 arbitrium populi collata promissa ex patricio &  
 plebe creatione, demum anno 345. **1910**  
 plebe questores, ac tres quidem in quatuor,  
**Q. Silius**, **P. Ælius**, & **P. Papius**, creati sunt,  
 auctore Livio lib. 4. c. 54. Sed neque qui Ro-  
 mæ curabant, h. e. urbanos, vocationem ne-  
 que prehensionem habuisse, ideoque & a priva-  
 to in jus ad Prætores vocari potuisse, ex  
 M. Var. lib. 21. rerum humanar. firmat, atque  
 actu tunc, re disceptata, Questorem populi  
 Rom. in jus vocatum fuisse, scribit Gell. lib. 13.  
 c. 13. Indequæ Corasius hic questorem urba-  
 num magistratum fuisse negat. quod tamen

ho adversatur, qui d. loco causam dubitandi fuisse disertè dicit, quod *magistratus pop. Romani proci* dubio esset, & neque vocari, neque si venire vellet, capi atque prehendi *salva ipsius magistratus majestate* posset. Et verba Varronis citat [ *Qui potestatem neque vocationis populi viritum habent, neque prehensionis, eos magistratus à privato in jus quoque vocari est potestas.* ] ex quibus verbis utique patet, etiam *sine vocatione & prehensione* magistratum quendam Romæ fuisse. Magisque perspicuus in hanc rem est ex eodem Varrone locus apud Gell. *d. lib. c. 12. In magistratu, inquit, habent alii vocationem, alii prehensionem, alii neutrum. Vocationem, ut Coss. & cæteri, qui habent imperium: prehensionem, ut Tribuni pl. & alii, qui habent viatorem: neque vocationem neque prehensionem, ut quæstores & cæteri, qui neque licitorem habent neque viatorem. Qui vocationem habent, iidem prehendere, abducere possunt, & hæc omnia, sive adsunt, quos vocant, sive acciri iusserunt. Tribunus pl. vocationem habet nullam &c.* Nec igitur immeritò auctor capitis nostri hic *quæstores simpliciter magistratibus* accenset. Sanè de ætate Ulpiani minor dubitatio est, ut qui *præfectus ærario* ( tunc iisdem qui olim Romæ fuerant *quæstores* ) cognoscendi iudicandique auctorita-

et oritatem disertè tribuit l. 2. §. 4. *ne quid in loco publ.* l. 8. §. 19. *de transact.* Militares provincialesque quæstores; cùm sine imperio & potestate officium suum non facilè explicarent, lictoribus instructos in provinciis fuisse, docet locus apud Cic. *pro Plancio* 98. *Nam simul, inquit, ac me Dirrachium attingisse audivit Plancius* (tunc quæstor) *statim ad me lictoribus dimissis, insignibus abjectis, veste mutatâ, profectus est.* Denique admittebantur ad quæsturam juniores, eratque illis quasi janua ad Rempublicam. Cic. 1. *Verrina.* 11. *primum honoris gradum quæsturam vocat, nam post quæsturam aeditas, deinde tribunatus plebis, post prætura, & demum Consulatus, peti solebant, inquit Onuphr. d. loc.* Etiam Ulp. l. un. §. 3. *de off. quæst.* de suo tempore loquens, *quæsturam ait ingressum esse, & quasi primordium gendorum honorum, sententiæque in Senatu dicendæ. additque, obtinuisse indifferenter creari quæstores, tam patricios, quàm plebejos.* Quid jam olim longè ante Ulpiani tempora hæc parte fuerit Romæ, paulò ante ex Livio indicatum est. Anno *secund. Onuphr.* 345. Consulibus Cn. Cornelio Cossò & L. Furio Medullino, primi quæstores è plebe creati sunt. De quo sic Liv. *lib. 4. c. 54.* *Non aliàs ægrius tulit plebs, tribunitia sibi comitia non comissa, eum dolorem quæstorii comitiis simul*  
 K 5 *ostendit*



ostendit & ultra est, tunc primum quæstoribus plebeis creatis, ita ut in quatuor creatis uni patricio C. Fabio Ambusto relinqueretur locus, tres plebei Q. Silius. P. Aulus & P. Papius, clarissimarum familiarum juvenibus praferrentur. Subjicit: pro ingenti victoria id fuit plebi, quæsturamque non honoris ipsius finem æstimabant, sed patefactus ad Consulatum & triumphos locus novis hominibus videbatur: patres contra non pro communicatis sed pro amissis honoribus fremere &c: Anno U. C. 489. Consulibus Q. Fabio Max. Gurgite & L. Mamilio Vitulo, Quæstorum numerum ampliatum scribit epitomator Liv. lib. 15. Hunc locum Taciti paulò antè relatum, duplicatum fuisse numerum quæstorum, stipendiaria jam Italia, & accedentibus provinciarum (puta Italicarum) vectigalibus, refert Pig. ann. lib. 6. ad an. 488. scribitq; octo tum fuisse in annum sequentem creatos, additq; , Italiam hoc tempore jam penitus subjugatam in quatuor provincias quæstorias divisam videri, ut novis quatuor quæstoribus ordinariæ quædam essent provincie, quæ annuatim in sortem eis mitti possent; eoque istos quatuor in eum finem initio creatos videri, non, ut Rome jus haste, aut Saturni ararium curarent, non, ut Consulibus  
ad

ad ministeria belli præsto essent, exercitusve sequerentur, sed ut vectigalia, portoria, tributa, decimas olei, vini, fructuum frugumque, ac denique omnes populi Romani reditus per Italiam ex agris, silvis, & pascuis publicis colligerent, in sua quique provincia pecunias facerent, & in usum Reip. expendere, & rationes pecuniarumque non expensas ad ærarium deinde deferrent. De antiquis illis Italiæ redivibus quanti habiti fuerint, deque honore istarum veterum Italiæ quæstoriarum provinciarum, de earundem quasi depreciatione, vilitate securâ atque contemptu præ aliis ditissimis atque amplissimis externis accedentibus, unde *aquarta* per ludibrium dictæ sint; de ipsis istis quatuor veteribus Italiæ provinciis singulis; de successione ordine in provinciis quæstoris, quoque pacto octo quæstores ad Syllæ Dictaturam, tot foribus provinciarum externarum sensim accedentibus, sufficere potuerint; deque pluribus aliis huc facientibus multa illic annotavit Pighius lectu dignissima. Non tantum viginti quæstores Sylla, ut memorat Tacitus dicto loco, creavit (quod quidem suspectum est Ventura Cæco) sed & C. Iulium Cæsarem, quadraginta fecisse, auctor est Dio lib. 43. ad an. 709. cum, ut ibi ait, aliam rationem præstandi ea, quæ multis multa promiserat, nullam haberet.

Notandem & hoc, *erarii pecunia publicæ* procuratorem à quæstoribus demum d. anno 709. sub Cæsare ad *ediles* translata, auctore Dione dicto loco. Cicero lib. 2. *epist. ad fam. ep. 17.* mentionem facit, ut hoc obiter adspergam, prædæ suæ, quam nempe anno 703. Serv. Sulpitio Rufo & M. Claudio Marcello Consulibus, Proconsule Ciliciam provinciam & Cyprum cum duabus legionibus obtinens, Amano monte perit magnam illic hostium multitudinem caesam, castellaque munitissima capta & incensa (ubi & Imperator ab exercitu appellatus est), direpto & vastato fecerat. V. ipsum rem narrantem ad *Attic. 5. ep. 20.* De præda, inquit, *mea, præter quæstres urbanos, id est, populum Romanum, teruncium, nec attigit nec sæcturus est quisquam.* An quæstres vocat populum Romanum? Id ait interpret eximius. Puto id minùs rectè dici. Scilicet quod pecuniarum ad *quæstorum urbanorum* pervenisset manus, hoc ad *ipsum populum*, à quo ipsi constituti, & quorum rem curarent, pervenisse intelligebatur Tullio; veluti, quod vel Rex olim aliquis Romanus, vel quod Consules, quod Dictator quispiam, quod Dux Romani exercitus, nomine populi & Reipublicæ fecisset, id rectè populo ipsi tributum & à *populo Romano* factum quis dixit. Nemo sanè cum id fieret, vel Regem, vel Consulem, vel Dictatorem, vel Ducem exercitus, *populum Romanum* appellatum existimaverit.

Paulò

Paulò post igitur, ut relatum, à  
*questoribus* administratio pecuniæ publicæ  
 transit. Acceperant etiam *Senatuscon-*  
*sultorum adservandorum* curam *questores* sub  
 Augusto ann. 744. Consulibus *Julio Antonio* &  
*Q. Fabio Africano*, quæ antè fuerat *edilium* :  
 qua de re sic *Dio lib. 54. in f. verbis interpretis* :  
*Questoribus*, inquit, *etiam quæ unoquoque tem-*  
*pore fierent, Senatusconsulta adservanda tradi-*  
*ta, cum tribuni pl. ac aediles, quibus antè id nego-*  
*rum datum fuerat, per apparitores hoc suos a-*  
*gissent, atque inde error & confusio existisset.*  
 Augustus anno 726. *arario duos Prætura fun-*  
*ctos in annos singulos electos præfici iussit* (*Dio lib.*  
*53.*) sive, ut *Sueton. in Aug. c. 36.* ait, *auctor*  
*fuit, ut cura ararii ad prætorios prætoresve tran-*  
*siret.* *Tacitus ann. lib. 13. c. 29.* sic *Augustus*  
*permisit Senatui deligere præfectos; dein ambitum*  
*suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex nu-*  
*mero prætorum, qui præessent. neque id diu man-*  
*sit, quia fors deerrabat ad parum idoneos.* Tum  
*Claudius questores* rursus imposuit, ait *Tac.*  
*ibidem*, *additque, ne metu offensionum segnius*  
*consulerent, eis extra ordinem honores promissas.*  
 Id plenius exsequitur *Dio lib. 60. in Claud.*  
*sub an. 797. Prætores*, inquit, *qui pecuniæ publi-*  
*cæ curandæ præfuerant, cum exsoluisset, questor-*  
*ibus ad antiquum morem id munus demandavit,*  
*non tamen ut annuum (quod antè & in ipsis & de-*  
*inceps in prætoribus fuerat) illis esset: sed duo*  
*idem*

eodem totos tres annos eam curam sustinebant, ac-  
 que hi statim deinde praetores creabantur, alii &  
 eorundem consequentibus, prout administrasse  
 eis essent. Ex quo loco simul & hoc liquet,  
 quod Dio libro 43. ad fin. gestorum anni 709.  
 scripserat, administrationem à questoribus ad  
 ediles tunc translataam, ad questores deinceps non  
 rediisse, id non ad omnia sequentia tempora,  
 sed ad illud duntaxat pertinere, quod isto tempo-  
 re ab edilibus non fuerit reversa ad questores, sed  
 ediles eam retinuerint. Sueton. in Claud. c. 24.  
 Collegia, ait, questorum curam ararii Saturni  
 reddidit, quam medio tempore praetores aut uique  
 praeturae functi sustinuerant. Immutata haec  
 forma rursum à Nerone, ut refert Tacitus d. c.  
 29. Dein, inquit, Princeps curam tabularum  
 publicitarum à questoribus ad praefectos transtulit.  
 Et rursum: sed decaet robur aetatis eorum primum  
 magistratum capeffentibus. Igitur Nera praetura  
 praefectos & experientia probatos delegit. Prae-  
 fecti ararii hi dicti, quorum & meminit Gell.  
 13. c. 23. ad f. Manubia, ait, sunt non praeda,  
 sed pecunia per questores populi Romani ex praeda  
 venditae contracta. Quod, per questores, au-  
 tem dixi, intelligi nunc debet Praefectum ararii  
 significari. Sic & Plin. in paneg. ad Traj. paulò  
 ante fin. sibi & Cornuto Tertullo praefectis ara-  
 rio consulatum à Principe datum commemo-  
 rat, cum paulò ante dixisset id factum, cum  
 nonnulli biennium implerent in officio laborasse

pro *Et in ultimo*. Ex biennii mentione affirmat Lips. in not. ad Tac. lib. 13. verb. *Princeps curam tabularum*. præfuisse hos à Nerone institutos præfectos, *biennium*, tempore Trajani, eoque censet, ex Neronis sanctione id factum. Sed haud rectè *præfectura biennis* elicitur ex dicto Plinii, cum & hoc salvo *triennis* esse potuerit, servato scilicet tempore, quod Claudius quaestoribus præfixerat. In jure nostro quoque præfectorum ærario passim est mentio, ut l. 12. de his que ut indign. l. 2. §. 4. ne quid in loc. publ. l. 4. §. 20. vers. *plene*. de fideicom. lib. leg. 8. §. 19. de transact. lib. 1. §. 9. de L. Corn. de fals. l. 15. §. 4. l. 42. in pr. de jure fisci. Et loca quidem hæc probant, etiam temporibus Jurisconsultorum, ducentis post Vespasianum annis, ad præfectos ærarii curam pertinuisse. Nihilominus & Vespasiani ætate prætores ei rursus præfuisse, tradit Tac. hist. lib. 4. c. 9. *Secutum inquit aliud certamen. Prætores ærarii (nam tunc à prætoribus tractabatur ærariam) publicam paupertatem questum modum impensis postolaverant &c.* Sub M. Antonino Philosopho jam præfectos rursus ærarii præfuisse, patet quoque ex Iul. Capitolino, qui Imperatorem liberales causas ita munivisse scribit, *ut primus juberet, apud præfectos ærarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine imposte.*

Unum hoc negligendum haud fuerit, quod legimus

legimus in *d. l. un. de offic. questor. de questoribus quibusdam, qui dicti fuerint Candidati Principis, qui provincias una cum ceteris questoribus sortiti non sint, quique libris & epistolis Principis in Senatu legendis vacent.* Libellorum principalium per *questores* in Senatu recitationem passim exhibent historici. Ita Sueton. in *Aug. c. 65.* De *filia*, inquit, *absens, ac libello per questorem recitato, notum Senatui fecit.* Et in *Nerone, c. 15.* in *f. Orationes ad Senatum missas, praterito questoris officio per consulem plerumque recitabat.* Et in *Tito c. 6.* *Recepta ad se prope omnium officiorum cura, cum patris nomine & epistolas ipse diceret, & edicta conscriberet, orationesque in Senatu recitaret, etiam Questoris vice.* Sic Tacit. *ann. lib. 16, c. 27.* *Oratio, inquit, Principis per questorem ejus audita est.* Item Spartian. in *Hadriano c. 2.* *pr. Questuram gessit. in qua cum orationem Imperatoris in Senatu agrestius pronuncians risus esset, usque ad summam peritiam & facundiam Latinis operam dedit.* Bachovius in *comm. ad 1. p. Pand. in d. l. un. textum sic exponit, quasi ita scripserit Ulpianus, quosdam questorum dice Candidatos Principis, & ex eo videri appellatos, quod Principes aut populo aut Senatui potestatem quosdam magistratus legendi adhuc permisissent, & quasi inter se & Senatum partiti hanc rem erant, quodque ex magno numero questorum quosdam videtur legisse Senatus, quosdam Prin-*

*ceps,*

ceps, qui ob id Candidati Principis dicti, & ab eo ad usum legendi libellos à Senatu deputati. Corasius in d. l. un. sic scribit: Erant ex urbanis quæstoribus nonnulli, qui non tam urbanae pecuniæ curam agebant, quàm ut libros & libellos Imperatorios, ac missas ad Senatum epistolas recitarent. cujusmodi quæstores candidati Principis quoque dicti sunt, quòd fortasse candida veste, integritatis insigni, & ipsi uterentur. Cujacius in paratit. C. de off. quæst. cum indagat causam, cur illis, qui istic describuntur, quæstoribus, hoc nomen impositum sit, ad eos propriè pertinens qui ætatio præsent, dicam, inquit, assumptos primum ex plebe homines literatos fuisse, qui orationes, epistolas, libellos Principis in Senatu recitarent, initio Candidatos Caesaris dictos; sed cum non esset eis ingressus ad Senatum, ut pote plebejis, donatos esse honore & titulo quæstorum, ut hoc honore freti ingrederentur in Senatum.

Sed & Vent. Cæcus. in catalexi in l. 2. h. t. lib. 2. excurs. 7. tradit, præter urbanos provincialesque quæstores ab Imperatoribus creari solitos, qui Candidati Principis appellarentur, idque Ulpianum eâ lege dicere. Alii minus etiam ad verba Ulpiani exponen-



ponenda conferunt. Nihil autem eorum, quæ audita sunt, satis rectum puto. Principiò non ait Ulpianus, Candidatos Principis dici, vel appellari; sed verbo præteriti temporis utitur. [ *excepti erant* ] [ *qui candidati Principis dicebantur* ] ut appareat, de suo tempore ipsum non loqui, quod ad nomen illud Candidatorum Principis. quanquam omnino etiam ipsius tempore questores soliti fuerint *legere libellas Principum in Senatu.* ex quo est, quod verbo præsentis temporis, dicit, *questores illos*, qui antehac dicti sint Candidati Principis, aut potius, qui fuerint tales, *legendis libellis vacare, epistolas ejus legere.* Secundo, Candidati Principis ante tempora Ulpiani dicti sunt, non *ex usu vestis candidæ*, integritatem designantis, neque, quia sic ob aliam quamvis rationem visum fuerit eos appellare, sed quia *Candidati Principis* fuerant, h. e. *Candidati questurae, à Principe commendati, ejusque commendatione questores creati.* Petitores honorum à *tota candida* nomen *candidatorum* adeptos fuisse, quæque ratio petendi, & ambitus olim Romæ fuerit, exposuerunt alii. Videat, cui placet, imprimis, post libellum *Q. Ciceronis de positione Consulatus*, Carolum Sigonium *lib. 2. de judic. c. 30.* C. Jul. Cæsar *comitia cum populo partitus* ( quæ de re supra actum ) *Candidatos suos libellis circum tribus missis, ita commendare solitus fuit,* auctore Sueton. *in*  
*lib.*

*Jul. o. 41. Caesar Dictator illi tribui; commendo vobis illam & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem teneant. De Augusto sic item Suet. c. 56. Quoties, ait, Magistratum comitiis interesset, tribus cum Candidatis suis circumibat, supplicabatque more solenni.*

*De Tiberio Tacitus ann. lib. 1. c. 14. Candidatos praeiure duodecim nominavit, numerum ab Augusto traditum; & hortante Senatu ut augetet, iurejurando obstrinxit, se non excessurum. Candidati igitur quaestura à Principe designati commendatique, ejusque commendatione vel à populo, ut sub Augusto, vel à Senatu, ut sub Tiberio, comitiis è campo ad Patres in curiam translatis, quaestores facti, non cum ceteris quaestoribus provincias sortiebantur, sed à Principe libellis ac epistolis ejus à Senatu legendis adhibebantur: candidatorumque Principis nomen ferebant eo tempore, quo Principes eos, ut petitores honoris, suosque candidatos, commendare solebant. Postquam id factitare Principes desierunt, curamque magistratum creandorum ad se unice, sublatis magistratum creandorum comitiis, pertinere voluerunt, desuit procul dubio etiam nomen istud. Lampridius tamen qui 70. circiter annis post Ulpianum scripsit, veterem appella-*

appellationem de Alexandro Severo, in cuius consilio fuit Ulpianus, loquens, repetiit; *Questores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed, ut post questuram præturas acciperent, & inde provincias regerent.* Porro *questorum istorum, libellis & epistolis Principum legendis vacantiam, munus, sensim dignitatis amplissima tulit incrementa, factumque tandem, ut Quæstorum, vel, ut Justiniani proæmium Institutionum ostendit, Quæstorum sacri palatii, illa functionis esset sublimitas, quæ post fuit, hodieque est Cancellarium* (unde & hoc nomen, quod novissimè *questoribus* istis impositum scribit Nicet. *annal. lib. 7.*, veniat, docuit post Budæum & alios Kirchn. *in Morviller. lib. 1. c. 2.*) Imperatoris, & Imperii, & Regum Franciæ, atque aliorum. Cancellarium, qualis esse debeat, quæque ipsius auctoritas & administratio sit, egregiè compendio depinxit Budæus *in not. ad tit. Pand. de offic. præf. præf. pag. 283. 286. 287. & seqq.* ut *questorum istorum posteriorum auctoritatem, munerisque splendorem ac eminentiam testantur tit. C. de officio Quæstor. Nov. 35. Nov. 114. Symmachi epistole quedam. Nov. Valentiniáni de homicid. cas. an vol. fact. & imprimis epistolæ ac formulæ à Casiodoro proditæ, variar. lib. 5. ep. 3. & 4. lib. 6. form. 5. lib. 9. 24. & lib. 10. ep. 6. & 7.*

Quæ-

*Questores, qui pecuniæ præessent*] vel præcedentia verba [ *ut essent illi qui præessent* ] vel hæc [ *qui pecuniæ præessent* ] ut supervacua expungenda sunt. Muretus posteriora delet.

*Dicti ab eo quod inquirenda*] Indubiè à *quærendo quæstores* appellati, & *erarii* quidem colligendæque pecuniæ præfecti, à pecunia *quærenda*; alii *quæstores* de quibus mox, vel *quæstores*, ab *inquisitione criminis*. A genere *quærendi* initio dictos, ait *Vlpianus in l. un. §. 1. de off. quæst.*

Hoc obiter addo, fuisse etiam, qui *tribuni erarii* dicerentur. Hos describit Varro *lib. 4. de ling. Lat. sub f. quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant. Vid. Sigon. lib. 2. de antiq. jure civ. R. c. 8. Eorundem meminit Gell. 7. c. 16. & Plin. lib. 37. c. 2. nomine Tribunorum æris. & Fest. lib. 1. sub initis. Hi anno U. C. 684. Consulibus Gn. Pompejo Magno, & M. Licinio Crasso, lege L. Aurelij Cottæ prætoris (quæ lex Aurelia judiciaria vocatur. meminit ejus Tullius Philipp. 1. 20. Pedian. ad orat. Cic. pro Cornel. de majestate.) una cum Senatoribus, jam diu male de judiciis audientibus, & equitibus Romanis, ad judicia adhibiti sunt. Ascon. Ped. in argum. divination. ita hac de re: T. Gracchus legem tulerat, ut equites Rom. judicarent. judi-*

CADERUNT

caverunt (per annos 20. sine infamia. post  
 victor Sylla leges tuleras, ut senatorius ardo  
 judicaret, & judicaret per 10. annos ter-  
 piter. Nunc Aurelius Cottā legem fert, ut  
 Senatores ac equites Rom. ac tribuni aerarii  
 simul judicent. Judicii trium horū ordi-  
 nium mentio est apud Tullium 2. ad Q. Fra-  
 trem ep. ult. Quo die, inquit, hæc scripta,  
 Drusus erat de prædicatione à Tribuniis  
 aerariis absolutus, in summa, quatuor sen-  
 tentiis, cum Senatores & equites damnas-  
 sent. Et I. ad Att. 13. ubi de causa Clo-  
 dii acta loquitur: *Ut primum, ait, ju-  
 dices confederunt, valde diffidere boni ce-  
 perunt. non enim unquam turpior in ludo  
 salario confessus fuit, maculosi Senatores,  
 nudi equites, tribuni non tam ærati, quam  
 appellantur ærati; [Legunt alii non tam  
 ærati, quam, ut appellantur, ærati:]  
 quam lectionem etiam Budæus retinet in not.  
 ad. I. un. de off. quest. procul dubio vitiosam,  
 cum non ærati appellentur, sed ærarij. Sanè,  
 si ærati positum esset pro obratis, ut vult Bu-  
 dæus, ita foret legendum: non tam ærarij, ut  
 appellantur, quàm ærati. quomodo & quosdam  
 legere Lambinius notat. sed ærati, nusquam  
 putem occurrere pro obratis, h. e. pro alieno  
 obruto. Plautus in Mostell. act. 4. scen. 2. æ-  
 ratum pro pecunioso dixisse scribitur Calepino*  
 in

in illo, *ferocem factis, quia te aratus amat.* Sed dubia lectio est. Omnino *aratus est aere reclusus, aere instructus.* Gruterus auctoritate quorundam, quos laudat, codicem, resutat; *Tribuni, non tam arati, quam, ut appellantur, ararii.*] *Tribunos ararios idem Cicero 4. Catil. 15. fortissimos viros appellat.* Item honorifica eorundem mentio est apud eundem *orat. pro Rabir. 27.*

Obiter & hoc, quod Al. ab Alex. lib. 2. *dic. gen. c. 24. de Tribunis arariis* scribit, apud hos *leviores expensas fuisse causas.* Etenim, inquit, *liquere arbitror, leves & nummarios iudices tribunos fuisse ararios, causarumque cognitionem habuisse in minimis, quippe ab Aurelio tribuno pl. rogatione promulgata iudicia in tres ordines divisa fuere, Senatores, equestrem ordinem, & tribunos ararios, quorum cognitio in minoribus fuit causis: ideo in subselliis, non pro tribunali, sus dicebant.* Quem hic Alexander *Aurelium tribunum pl.* dicit, hunc ipse deinceps *lib. 5. c. 2. rectius Aurelium pretorem nuncupavit.* Ibidem a. repetit, *Tribunorum arariorum cognitionem in pecuniariis & minoribus causis plerumque fuisse.* Idud, prout & alterum *de subsellis,* sumfisse videtur ex *Asconio, qui cum ad Divination. ad verba: habet alienum. sic scribit: Sunt subsellia*  
Tribuno-

*Tribunorum, Triumvirorum, Quæstorum, & hujuscemodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus nec tribunalibus, sed subsellis considebant.*

Cæterum Asconius de *Tribunis pl.* illic sentit appellatione *Tribunorum*, non de *tribunis ærariis*; & magistratus opponit magistratibus, non *judices*. Omninoque Alexander *Tribunos ærarias* istic cum *Tribunis pl.* (ad quos utique tantum pertinet, quod ait, *Tribunos in Porcia Basilica à Catone Maj. dedicata, non è tribunali jus dixisse.* Ait Plutarch. in *Cat. Min.* quòd οἱ δὴμαρχοὶ consueverint in illa Basilica γενναλίζειν. Hoc verbum non tantum significat *jus dicere*, sed &, imò magis, *rebus explicandis constituendisque operam dare.* Interpres Plutarchi vertit, *audiensiam præbere*) imò utrosque cum *æris, argenti, auri signatoribus*, ex lege Ciceronis, *lib. 3. de LL. 6.* malè huc traducta, confundit. Quarum causarum, & imò, quòd non aliarum, quàm quarum & Senatores & equites, *judices fuerint Tribuni ærarii*, demonstrant loca ex *Ep. Tullii* adducta.

Porro *hos* ex *judicum generibus sustulisse C. Jul. Cæsarem, & Senatoribus ac equitibus solis judicia mandasse, refert Dio lib. 43. sub gestis anni 708. & Sueton. in Iulio c. 41. Restitutos deinde credit Alexander, lib. 5. d. c. 2. siquidem Augustus Cæsar ad has *judicum* decu-*

*decurias, quartam adjecerit, ducenarior-  
 ram. Ne hoc quidem rectum. Tertiam  
 decuriam judicum invexit post mortem C.  
 Julii Cæsaris Lex Antonia, nempe cen-  
 turionum & manipularium ex Legione A-  
 laudarum. Testis Cicero Philip. 1. 20. At  
 quæ, inquit, est ista tertia decuria? Cen-  
 turionum. Et mox: Adde etiam judices  
 manipulares ex legione Alaudarum. Ali-  
 ter enim nostri negant se salvos esse. O con-  
 tumeliosum honorem iis, quos ad judican-  
 dum nec opinanteis vocatis! Hic enim est  
 legis index, ut ii in tertia decuria judicent,  
 qui liberè judicare non audeant. &c. Huic  
 tertiæ subjecit quartum ordinem Augu-  
 stus, ducenariorum ex inferiore censu, quæ  
 judicaret de levioribus summis. Sueton. in  
 Aug. c. 32. Turnebus equidem ad vers.  
 29. c. 16. sic scribit: Tres erant decurie  
 equitum, quæ judicabant, una Tribunorum  
 ærariorum, altera Selectorum judicum, &  
 tertia Nongentorum. Hi etiam cistas in co-  
 mitiis servabant. Ad has tres equitum de-  
 curias ex inferiore censu quartam fecit Au-  
 gustus. Auctorem laudat Plinium lib. 33.  
 c. 3. Is ita scribit: Decurie quoque ipsæ  
 pluribus discretæ nominibus fuere, tribu-  
 norum æris, & selectorum, & judicum.*

L

Prætor



Præter hos etiamnum Nongenti vocabantur, ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffragiorum in Comitibus. & divisus quoque hic ordo erat superba usurpatione nominum, cum alius se Nongentum, alius selectum alius tribunum appellaret. At primum Plinius non exprimit, an id, quod istis verbis fuisse ait, usque ad Augusti tempora fuerit. Deinde Plinius *inf. cap. 1.* dixerat, *Decurias judicum non nisi quatuor fuisse primò.* neque illic exprimit, quando cæperint esse quatuor. Tum non tres decurias istas fuisse memorat, quas recenset Turnebus, sed tres refert, *Tribunorum æris & selectorum & judicum*: præterque hos *Nongentorum* ordinem peculiarem ponit, selectorum ex omnibus istis, nempe ex *Tribunis æris, ex selectis & judicibus*, non ad judicandum, sed ad custodiendum cistas suffragiorum in comitiis. Non fuit igitur ordo *Nongentorum*, ordo judicum, sed constitit viris ex ordinibus judicantium ad aliud officium selectis. *Selectorum* nomen generale est, ad omnes illos, qui ex universo populo ad judicandi munus selecti sunt, pertinens, ut ex Cic. *Alcon.* & aliis scriptoribus perspicuum est. Nec aliter (ut censet dicto loco Turnebus) hoc verbum usurpavit vel Horatius *serm. lib. 1. sat. 4.* [*Nunum ex judicibus selectis objiciebat*], nec Seneca *3. de benef. c. 7. inf.* [*judex ex turba se-*  
l. 80-

*lectorum quem census in album, & equestris hereditas misit.* ] Nihilominus potuit *lectorum* appellatio in specie iudicibus equitibus applicari, quòd horum potissimùm ex toto equitum ordine ab antiquo fuerit selectio. v. Leg. *Liviam à M. Druso* latam anno 663. Consulibus *Marcio Philippo, & Sexto T. Cesare*, descriptam ab Appiano *bell. civ. lib. 1.* relatam à Sigonio *de ant. j. civ. R. l. 2. c. 18.* cujus & meminit Cic. *pro Cluent. 153.* Denique inducti illo obscuriori & singulari loco Plinii, & Turnebus *d. loc. & A. Aug. de LL. R. in l. Iul. judiciar. inf. & Alex. ab Alex. l. 2. c. 29.* & alii, *Tribunos ærarios ex equitum* ordine tulisse scribunt; cui tamen & Tullius & Asconius & Suetonius adversantur. Imò & Dio *lib. 43. sub d. an. 708.* ita disertè de C. Jul. Cesare: *iudicia, inquit, solis senatoribus equitibusque mandavit, ut ea quàm iustissime fierent, cum antè iis in dicendo iure nonnulli quique plebeji adfuissent.* Istos plebejos remotos disertè Sueton. *d. c. 41,* exponit *Tribunos ærarios.*

23. Et quia, ut diximus, decapite civis Romani in passu populi non erat lege permillum Consulibus jus dicere, propterea *Quætores* constituebant

tuebantur à populo , qui capitalibus rebus præessent. hi appellabantur

**QUÆSTORES PARRICIDII**, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum.

*Quæstores constituebantur à populo qui capitalibus rebus præessent.* ] Ab arariis quæstoribus ad aliud planè genus quæstorum transit , de quo tenuem modò quandam memoriam in veterum scriptis relictam esse ait Muretus ; & exiguan vel propè nullam apud historicos memoriam esse dicit Vent. Cæc. hîc ; quæstores nempe parricidij. quos dicit constitutos fuisse à populo , u capitalibus rebus præessent , cum de capite civi Romani injussu populi non esset permissum leg. Consulibus jus dicere. De postremo hoc ante actum ad §. 16. Qui verò , cum id Consules non possent , datum fuerit quæstoribus parricidij , & quatenus , & an , ut magistratibus ordinariis , non exponit auctor textûs nostri. Muretus hîc falli putat eos , qui etiam summendi de civibus supplicium potestatem huic magistratui fuisse credant : nam , cum Consulum in ordinariis magistratibus , sine controversia , summum esset imperium , vix esse , ut alii cuiquam licuisse credatur , quod illis non licuerit. Putat igitur , eorum munus

hoc tantum fuisse, ut querebant, & re cognita aut absolverent, aut pronunciarent & videri fecisse: tum referri solitum ad populum, Ventura Cæcus in catelexi hujus l. 2. excurs. 8. ita sententiam non prorsus eandem exponit: Illud certe, inquit, credibile non est, ademptam Consulibus potestatem alteri magistratui, & ei quidem minori, populum mandasse. Itaque illis assentiendum crediderim, qui eam quæstorum parricidii fuisse auctoritatem affirmant, quæ sub Principibus fisci advocatorum fuerit, inquirendi scilicet ac deferendi. Quod si vel Mureti vel Cæci sententia vera sit, ordinarius fuerit hic magistratus, quantumvis exiguæ admodum, imprimis juxta opinionem Cæci (quod & ipse ad finem istius excursionis ait) auctoritatis. Ego cum Onuphrio (comm. in lib. 1. fast. ad ann. 245. Item in Civ. Rom. pag. 307.) Pighio (annal. lib. 4. ad an. 387. pag. 268.) Sigon. (de judic. lib. 2. c. 4.) & aliis, magistratum extraordinarium, qui quotiescunque res posceret, h. e. cum flagitium aut crimen aliquod animadversione, judicioque publico dignum admissum esset, quæstioni habendæ creatus sit, fuisse sentio. Arguit illius rei veritatem, quod postea, anno U. C. 605. (at. 604.) quæstiones perpetuæ introductæ sint, h. e. quæ magistratibus, veluti prætori, in

singulos annos mandarentur. De his ita Cicero in *Bruto*, de Carbone loquens. *Eo*, inquit, *forum tenente plura fieri judicia ceperunt. Nam & quaestiones perpetuae hoc adolescente constituta sunt, quae antea nullae fuerant. L. enim Piso, tribi. pleb. legem primus de pecuniis repetundis, Censorino & Manilio. Coss. tulit.*

Quòd si tunc primùm quaestiones perpetuae fieri cœptæ, consequens est, ante id temporis qui magistratus quaestionibus unquam præfecti sunt, potestatem non perpetuam, ideoque nec ordinariam habuisse. Tum usus & exempla in promptu sunt. *Liv. lib. 4. c. 51. Senatus consultum factum est, ut de quaestione Postumiana cædis tribuni primo quoque tempore ad plebem ferrent, plebsque præficeret quaestioni, quem vellet. A plebe consensu populi Consulibus negotium mandatur. Et. lib. 9. c. 26. Eodem anno (is erat 440.) cum omnia infida Romanis essent, Capuæ quoque occultæ Principum conjurationes patefactæ. De quibus cum ad Senatum relatum esset, haudquaquam neglecta res est. quaestiones decretæ, Dictatoremque quaestionibus exercendis dici placuit. C. Manius dictus est. Et ibid. paulò post: Vos quaeso, Consules, si vobis datum ab Senatu negotium fuerit;*

fuerit, in me primùm ( verba sunt Dictatoris *Meny*, cui, & Magistro equitum *M. Follio*, crimen idem, cui querendo *Menius* Dictator dictus erat, à nobilibus quibusdam obiectabatur ) *quæstionem exerceatis. Abdicat se Dictaturâ, & confestim Follius magisterio equitum; primique apud Coss. ( iis enim ab Senatu mandata res est ) rei facti, adversus nobilium testimonia egregiè absolvuntur. Et lib. 38. c. 54. Fuit autem rogatio ( Petiliorum tribunorum pl. ) talis: Velitis jubeatis, quæretur, quæ pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho est, quæque sub ejus imperio fuerunt, quod ejus in publicum relatum non est, uti de ea re Servius Sulpicius, prætor urbanus, ad Senatum referat, quem eam rem velit Senatus quærare de iis, qui prætores nunc sunt. Omnes tribus, uti rogasset, jusserunt. Servio Sulpicio deinde referente, quem rogatione Petiliâ quærare vellent, Q. Terentium Cullonem prætorem patres jusserunt. Rogatio hæc facta M. Emilio Lepido & C. Flaminio Nepote Coss. anno U. C. 567. Et alia hujusmodi passim sunt obvia.*

Imò & antè libertatem à Regibus vindicatam id obtinuisse, & morem vetustissimæ originis fuisse, ut *quæstores rei capitalis*, quæ forte accidisset, *extra ordinem* darentur, ostendit historia

istoria *duumvirorum perduellioni* Horatio judicanda Rege Tullo Hostilio constitutorum, autè ex Livio relata.

Hoc interfuisse videtur, quòd *Reges*, post-que hos *Consules*, ante *legem Semproniam*, jure imperii, quod haberent, summi, pro arbitrio vel quaestores darent, vel ipsi quaestionem exercerent; post *Legem Semproniam* quaestiones non nisi mandato haberi fas esset.

Neque illud hic omittendum, quòd etiam si possit, uti auditum, *quaestiones perpetuae* constitui ceptae sint, nihilominus *quaestionibus extraordinariis* locus manserit, & multae vel *Senatus consulto*, vel *plebiscito*, seu *lege*, ut antè, vel *Consulibus* vel aliis magistratibus, vel etiam *privatis hominibus* mandatae sint; siue nulla adhuc *lex* ea de re nominatim esset lata, siue latà illà quidem, rei tanten atrocitas extraordinariam quaestionem exigere videretur. Ita anno U. C. 611. (*Pigh. ann. lib. 12. ponit ad ann. 612.*) *P. Scævola* Trib. pl. tulit ad plebem, vellentne quaeri de *L. Tubulo*, qui praetor, quum *quaestionem inter scarios* exerceret, ob rem judicandam pecuniam ceperat. *Plebs. uti rogatus*; & *Senatum quaesitorem* constituere jussit. *Decreta à Senatu Cn. Cepioni* quaestio. refert *Cic. lib. 2. de finib. c. 54.* Idem in *Bruto c. 85.* de *quaestione à P. Scipione & D. Bruto* de re atroci magna-que ex *Scito*, exercita meminit. Idem *ibid. §. 127.* memorat *C. Galbam*, rogatione *Mamilia*

milii oppressum, quæ hæc fuerat, facta à C. Manilio Limetano trib. pl. uti quæretur in eos, quorum consilio Jugurtha Senatûs decreta neglexisset; quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, quique profugos tradidissent; item, qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent; usque tres quæstores constituerentur. Salust. in bell. Jugurthino. Sic & postea Cn. Pompejus consul tulit, ut quæretur de cade P. Clodij in via Appia facta, & quæstor ex Consularibus crearetur. Suffragio populi creatus est L. Domitius, isque quæstionem exercuit. A. Con. ad orat. Cic. pro Mil.

Porro, cum ex dictis constet, quæstores paricidij vel rerum capitalium non conquirendis deferendisque criminibus, ceu advocatos fisci, constitutos fuisse; etiam hoc ulterius expeditum arbitror, quæstoribus istis non absolvendi tantum, sed & condemnandi & exsequendi pœnam vel capitis, potestatem fuisse. De duumviris Horatianis illis dubium non est. Lex, inquit Livius d. loco, horrendi carminis erat: Duumviri perduellionem judicent. Si à duumviris provocarit, provocatione certato. Si vincant, caput obnubito, infelici arbore re-ste suspendito; verberato, vel intra pomerium, vel extra pomerium. Ac duumviros condemnasse dicit, alterumque ex eis L 5 dixisse,



dixisse: P. Horati, tibi perduellionem iudico. I licitor, colliga manus. Et dicta quaestione ex rogatione Mamilia habita Cicero ait, non tantum C. Galbam, primum, qui in collegio sacerdotum fuerit, post Romam conditam iudicio publico *condemnatum*, sed unam cum ipso quatuor viros consulares *sublatos esse*. Ac *questorum quidem*, inquit Sigon. 2. de iud. 4, *sive ordinarii sive extraordinarii essent*, quanquam potestas ab ea lege, qua creati erant, tota manavit, tamen omnium in his rebus collocata fuit, ut in foro atque in tribunali, & in sella curuli sedentes, iudice quaestionis aliquo operam fidemque navante, gladio posito, iudicium exercerent, cum eis iudicibus qui eis obvenissent, sedentibus in suis subselliis, scribis vero, accensis, praconibus, aliisque apparitoribus assistentibus.

Gladius, lictores, indubitata & condemnandi & animadvertendi potestatis indicia.

Elegantissima admonitio Tullii in orat. pro Cluent. de officio iudicis, qui in quaestione, h. est, publico iudicio, iudicat, idem aperte satis insinuat. Est, inquit, sapientis iudicis, meminisse se hominem; cogitare, tantum sibi a pop. R. esse permissum, quantum commissum & creditum sit; & non solum sibi potestatem datam, verum etiam fidem habi-

*lam*

Tam esse, meminisse posse, quem oderit, ab-  
 solvere, quem non oderit, condemnare;  
 & semper, non quid ipse velit, sed quid lex  
 & religio cogat, cogitare; animadvertere,  
 quâ lege reus citetur, de quo res cognoscat,  
 quæ res in quaestione versetur. Cum hæc sunt  
 videnda, tum vero illud est hominis magnæ  
 atque sapientis, cum illam iudicandi causâ  
 tabellam sumserit, non se putare esse solum,  
 neque sibi, quodcumque concupierit, licere,  
 sed habere in consilio legem, religionem,  
 æquitatem, fidem; libidinem autem, odium,  
 invidiam, metum, cupiditatesque omnes  
 amovere, maximeque æstimare conscientiam  
 mentis suæ, quam ab diis immortalibus  
 accepimus, quæ à nobis divelli non potest.  
 Hactenus Cicero. Tabellas, quarum meminit,  
 ternas fuisse, ceratas, singulis iudicibus clam  
 iudicaturis, quarum unam in urnam mitte-  
 rent, datas, unam A. literâ notatam, *Abso-*  
*lutionis*, *Condemnationis* alteram literâ C. infi-  
 gnem, tertiam *ampliationis*, literis N L. (*non*  
*liquet*) signatam, probat ex auctoribus Sigonius d.  
 lib. 2. cap. 22. Deniq; & *condemnationis* & *executio-*  
*nis vis* in quaestoribus indicatur ab Ulp. in l. 3.  
*de jurisd.* quando merum ait esse imperium,  
 habere gladii potestatem ad animadverten-  
 dum facinorosos homines. Et verò gladii  
 potestas, merumque imperium, etiâ quæ-

*no*, five quaestio*n*is habenda potestas, & publici iudicii exercitio, ut vocat Papin. in l. i. pr. de off. eius cui mand. est iurisd. idem sunt.

Neque formula pronunciandi, *Videri fecisse* ( quae Muretum aliquatenus movisse videtur ) existimari debet condemnatoriã minor ac tenuior esse. Ut enim absolutoria formula fuit, non videtur fecisse, vel jure fecisse videtur; sic condemnatoria, fecisse, aut, non jure fecisse videtur. Patravisse videri, pronunciat magistratus, cum de consilii sententia capitis quem condemnaturus est, ait Festus. Cic. 2 Verr. Vix, inquit, ille hoc dixerat cum iste pronunciat, Sthenium literas publicas corrupisse videri. Et idem lib. 4. quaest. academic. qui Lucullus inscribitur: Quam rationem, inquit, majorum etiam comprobat diligentia, qui primum jurare ex sui animi sententia quemque voluerunt; deinde ita teneri, si sciens falleret, quod inscientia multa versaretur in vita; tum, qui testimonium diceret, ut arbitrari se diceret, etiam quod ipse vidisset; quaeque jurati iudices cognovissent, ut ea non esse facta, sed ut, *Videri*, pronunciant. Vide hac de re Sigon. d. c. 22. Brillon. de formulis, lib. 5. pag. 482. & seq. Gothofred. ad l. 3. verb. videtur. ff. de his quae in test. del.

Consi.

*Constituiebantur à populo* ] Et nihilominus populus de incestu & perduellione, imò & aliis criminibus, tribunorum pl. aliquo diem dicente, ipse quærebat. *Onuph. in comm. ad lib. 1. fast. pag. 108. Siron. de judic. lib. 3. c. 1.* Qui verò à populo quæstores constituiebantur, constituiebantur, vel *immediate*, vel *mediate*. *Immediate*, cum populus, vel plebs, certis personis, sive in alio magistratu illæ essent, sive minùs, quæstionem mandabat. *Mediate*, cum senatus arbitrio, quem quærere vellet, permittebat. quo factò à senatu quæstor vel unus vel plures dicebantur. Utriusque modi exempla in paulo antè relatis obvia sunt.

Sed & hoc ex dictis patet, quandoque citrà jussum plebis aut populi, ex Scto. mandatam quæstionem, vel Dictatorem quæstionibus exercendis creatum esse.

*Qui capitalibus rebus præessent* ] *Capitales res*, h. est, causæ, dicuntur, quæ capitis periculum inferunt, sive causæ delictorum, quæ capite puniuntur, quibusve capitalis pæna proposita est. *Pæna a capitalis* est, quæ mortem vel *naturalem*, vel *civilem*, h. est, maximam vel mediam capitia diminutionem infert. *Licet capitalis Latine loquentibus omnis causa existimationis videatur, tamen appellatio capitalis, mortis vel amissionis civitatis intelligenda est*, ait Modest. in l. 103. ff. v. sig. *Amittendæ libertatis hic non est mentio, quia*

illius

illius amissio Civitatis amissionem includit. neque enim civis esse potest, qui non sit liber. ideoque ex civitatis amissione expressâ ista magis comprehensa intelligitur. *Rei capitalis damnatum*, inquit Ulp. in pr. l. 2. de pen. sic accipereâe bonus, ex qua causa damnato vel mors, vel etiam civitatis amissio, vel servitus contingit. Utroque loco mors mortem propriè dictam, h. est, naturalem, significat, ut plerumque aliàs, cum de sensu verborum cujusque privati, Ex. gr. in ultimis voluntatibus, quæstio est, l. 48. §. fin. ff. de jure fisci. l. 77. §. 4. ff. de leg. 2. l. 121. §. penult. ff. de v. o. Cæteroquin & intereant homines maxima & media capitis diminutione; verba sunt Icti. in l. 63. §. ult. pro locio. & deportati mortuorum loco habentur, l. 4. §. 2. ff. de bon. libert. l. 1 §. pen. ff. de bon. poss. cont. tab. l. 65. §. 12. pro soc. quæ mors civilis interpretibus dicitur, quod juris civilis ratione inducitur. Uti qui membrum reipublicæ, h. est, civis est, omni civitatis bono & jure fruitur, eoque quasi vitam civilem agit; ita, qui à republicâ, tanquam putidum ac inutile membrum, abscinditur, rejiciturque, pro nullo ac mortuo censetur; caputque ei ademptum videtur, qui civitatis membrum esse desiit. Etiam inde capitalem pœnam dici, quod per illam caput eximatur de civitate, præditum à Paulo, in l. 2. de publ. jud. Latioris significati, ut infamia pro pœna capita-

capitali habeatur, exemplum v. in l. 12. §. . . ff. de accusat. Porro de capitalium pœnarum speciebus & gradibus non hic, sed ad tit. de pœn. agendi locus est.

*Capitalibus rebus præfuisse dicuntur quæstores parricidii. an igitur non etiam non capitalibus? Publicorum sanè judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia, ait jurisc. in d. l. 2. ff. de publ. jud. Quòd si igitur, ut vel ex antè dictis patet, quæstio idem valet, quod publici judicii exercitio, consequens est, etiam quæstiones, & quæstores, fuisse rerum, five causarum criminalium non capitalium. quod & exempla apud auctores passim obvia luculenter demonstrant. Conf. Sigon. d. lib. 2. de judiciis, c. 23. & seq. Appellatio itaque facta videbitur à potiori, prout & à potestate gladii definitur jurisconsulto merum imperium, quod, uti dictum, nil nisi publici judicii exercitio est.*

*Hi appellabantur quæstores parricidii] Quæstores utique à querendo dicti; & hi quidem, de quibus nunc agimus, à querendis, h. est, inquirendis, cognoscendis, judicandis criminibus. Quæstores, inquit Varro lib. 4. de ling. Lat. à quærendo, qui conquirerent publicas pecunias, & maleficia, quæ triumviri capitales nunc conquirunt. ab his postea, qui quæstionum judicia exercent, quæstores dicti. Conquisitionem maleficorum vel maleficorum saltem quæstoribus extra ordinem*

nem constitutis, tribui non posse & per se patet, & amplius ex præcedentibus liquet. *Quærerè* dicebantur *quæstores* constituti vel *prætores*, de crimine, h. est, *publicum iudicium peragere*. De morte alicujus *quærerè*. Cic. pro Rosc. Amer. Idem pro Mil. Decernebat, inquit, ut veteribus legibus tantummodò extra ordinem quæreretur. Item 2. Verr. Cum prætores designati sortirentur, & M. Metello obtigisset, ut is de pecuniis repetundis quæreret. *Quærerè*, inquit Budæus in not. prior. ad Pand. pag. 134. est; informationem facere & legibus vindicare. Informationem vocat ex more loquendi modernorum pragmaticorum, unde & *processus informativus* appellatur; quo nempe per viam *inquisitionis*, (quod item fori verbum est) proceditur. *Anquirere*, (qua voce uti Livius præ aliis amavit) eodem sensu dixere veteres. *pecuniã anquirere*, *capite anquirere*. Et *questio publicum* significat *iudicium*. *Questionem habere*, *questionem exercere*, *questionem decernere*, formulæ loquendi notissimæ sunt. *Iudex questionis* memoratur in l. 1. ff. ad L. Corn. de sicar. de quo, quis fuerit, vide Sigon. d. lib. 2. c. 5. Scip. Gentil. de jurisd. lib. 3. c. 3. sub fin. Porro *questorem* dixit Cic. *questorem rerum criminalium*. lib. 4. ad Herenn. *Questoris*, inquit, est, & *accusatorem* & *defensorem* & *testem*.

unumquemque in suo officio continere. Et act. 1. in Verrem, Duo igitur, ait, Consules, & Quæstor erunt ex illius voluntate. ubi ad verb. quæstor, Afconius, Prætor, inquit, de pecuniis repetundis quæstionem exercens. nam propriè quæstiores dicuntur criminalium quæstionum; ut Virgilius (Æneid. 6.) Quæstor Minos urnam movet. Claudian. Quæstor in alto Conspicius solio pertentat crimina Minos. Denique & hoc notandum, quæstionem & pro exquisitione per tormenta, & querere pro inquirere per illa, usurpari. Docet id rubrica & Pandectarum & Codicis, de quæstionibus.

Parricidii] Festus lib. 14. Parici, (legendum, parricidii, vel paricidij) quæstores, inquit, appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum. Nam parricida non utique is qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcunque hominem interemptum. Id ita fuisse, indicat lex Numæ Pompilii Regis, his composita verbis. Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto. Et censent Grammatici, tam à pari, quam à patre vel parente duci vocem posse. Priscian. lib. 1. Parricida, inquit, vel à pari componitur, vel, ut alii dicunt, à patre. quibusdam tamen à parente videtur esse compositum, & pro parenticida per syncopen & commutationem. Hodie quid parricidium significet.



nificet, Scitum est ex *L. Pomp. de parricid.* jure nostro tractatâ.

*Quorum & meminisse L. 12. tabb.* ] Verba interciderunt.

24 Et cùm placuisset leges quoque ferri, latum est ad populum, uti omnes magistratu se abdicarent, quo **DECENVIRI** constituti anno uno, cùm magistratum prorogarent sibi, & cùm iniuriosè tractarent, neque vellent deinceps sufficere Magistratibus, ut ipsi & factio sua perpetuò Rempublicam occupatam retinerent, nimia atque aspera dominatione eò rem perduxerant, vt exercitus à Republica secederet. Initium fuisse secessionis dicitur **Virginius** quidam, qui cùm animadvertisset, **Appium Claudium** contra jus, quod ipse ex vetere jure in duodecim tabulas transtulerat, vindicias filix suæ à se abdixisse, & secundum eum, qui in servitutem ab eo suppositus petierat, dixisse, captumque amo-

re virginis, omne fas ac nefas miscuisse, indignatus, quod vetustissima juris observantia in persona filię suę defecisset (ut pote cum Brutus, qui primus Romę Consul fuit, vindicias secundum libertatem dixisset in persona Vindicis Vitelliorum servi, qui proditionis conjurationem indicio suo detexerat) & castitatem filię vitę quoque ejus præferendam putaret, arrepto cultro de taberna lanionis filiam interfecit: in hoc scilicet, ut morte virginis contumeliam stupri arceret. ac protinus recens à cæde, mandenteque adhuc filię cruore, ad commilitones confugit. qui universi de Algida, ubi tunc belli gerendi causa legiones erant, relictis ducibus pristinis, signa in Aventinum transporterunt, omnisque plebs urbana mox eodem se contulit. populique consensu partim in carcere necati. Ita rursus Respublica suum statum recepit.

Es

Et cum placuisset, leges quoque ferri ] Con-  
 filium legibus certis fundandi rempublicam un-  
 de, & quomodo processerit, de legatis legum  
 è civitatibus Græciæ petendarum causâ tribus  
 missis, de Decemviratu legibus scribendis con-  
 stituto, legibus ab ipsis in 12. tabulis proposi-  
 tis, deque eorum imperio dissoluto, jam bre-  
 viter actum est supra ad §. 4. item ad §. 5. ubi  
 laudationes quasdam legis 12. tabb. recensui-  
 mus. Tacitus lib. 3. ann. c. 27. duodecim ta-  
 bulas finem vocat *æqui juris*; *secutas leges, et se*  
*aliquando in maleficos ex delicto, sæpius tamen dis-*  
*sensionis ordinum, & apiscendi illicitos honores,*  
*aut pellendi claros viros, aliaque ob præva, per*  
*vim ait latas esse.* De tempore constitutorum  
 Decemvirorum dissensio, uti & de aliis, est  
 inter Dionysium & Livium. Dionysius libro.  
 10. manifestò annum U. C. 303. *tium*, quo Xvi-  
 ri magistratum inierint. designat. Certum est,  
 & convenit inter utrumque Historicum, in  
 annum illum, quo Decemviri inierant, designatos  
 fuisse consules *Appium Claudium & Tit. Genuci-*  
*um.* Illos autem rursus utroque consentiente  
 præcessere C. Menenius (Dionysius *Lucum Meneni-*  
*um* vocat:) & P. Sestius: hos P. Horatius (Livius P.  
*Curiatium* appellat) & Sext. Quintilius. Hos ipsos  
 Dionysius ait consulatum iniisse octogesima se-  
 cunda Olympiade, annis ab U. C. trecentis ex-  
 pletis. fuit igitur annus utique trecentesimus  
 primus. id quod & omni chronologiæ Diony-  
 sianæ

fiant convenit. Secundum hoc annus primorum Decemvirorum erit *trecentessimus tertius*. Sed & in *f. libri 10.* item *principio lib. 11.* tertium Decemvirorum annum, eorumque imperii dissolutionem refert ad Olympiadem *octogessimam tertiam*, quæ incidit in ann. U. C. 305. Livius lib. 3. c. 33. *Anno*, inquit, *trecentesimo altero*, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma Civitatis ab consulibus ad Decemviros. Sigonius id explicat de anno *trecentesimo primo*, (uti & Onuphrius in *comm. Fast. ad ann. 303.*) illamque suam sententiam contra Fr. Robortellum, de *trecentesimo secundo* (nec temerè quidem. nam & qui *trecentessimum unum* forte dixisset pro *trecentesimo primo*, ut auctoribus Latinis familiare est, *vicefimum*, *tricefimum unum* dicere, is utique *trecentessimus alterum* dixisse credetur pro *trecentesimo secundo*. Sed & Cicero lib. 12. *ad famul. epist. 15.* scripsit, *altero vicefimo die*, pro *secundo post vicefimum*, ut Paul. Manutius, & nemo non exponit. Alex. Scot. in *appar. Lat. locut. Verb. alter*, *Alterum*, ait, *pro secundo saepe optimi auctores attulerunt* :) accipiendum censentem, & pessimi erroris Sigonium arguentem, latè defendit; attamen, ut verum relinquat, quod Livius lib. 4. c. 6. tradit, *anno trecentesimo decimo primum Tribunos militum pro consulibus magistratum iniisse*, censet, Horatium & Valerium, primos à decemviratu sublato consules, in alterum annum consulatum

fulatum continuasse, adeoque duos illis consulibus annos tribuit; cujus tamen rei, per se improbabilis, nullum est alicubi indicium. Dionysius porro & Livius cum in tempore mutatae reipublicæ & initii consulatus non dissident, eossemque consules numerent usque ad annum U. C. 264. hoc anno in consulum serie diversa tradunt, Dionysius, ei anno *Q. Sulpitium Camerinum* & *Sp. Largium*, anno sequenti 265. to *C. Iulium*, & *P. Pinarium Rufum* attribuens; At Livius hos duorum annorum consules negligens. Unde sane fit, reliqua consulam serie, quam Dionysius habet, retenta, ut Decemviratus non possit incidere nisi in ann. *trecentessimum primum*. proutque ex hoc fit, ut, et si Livius dicto primo loco annum *trecentessimum secundum* designasse censendus sit, nihilominus illi non conveniat cum Dionysio. Et is porro annum primorum *tributorum militarium consulari potestate* diserte prodit tertium octogesima quartæ Olympiadis, quis est U. C. trecentessimus undecimus; licet Onuphrius ad ann. 310. dicat, *hoc anno illos institutos*, referre *Q. Dionysium* & *L. Livium*. Nos in anno Decemvirorum cum Onuphrio, qui & Varronis auctoritate utitur, Dionysium sequimur.

*Lustum est* *A populum*.] Accursus id accipit pro, *dictum est inter prudentes*. qui commentarius nimiam rei Romanæ ignorantiam prodit,

prodit. Qui rogabat populum, *vellent iuberentque* quod propositum erat, *is ferre ad populum* dicebatur.

*Vt omnes magistratu se abdicarent* ] Hæc est Florentina lectio. atque ita omninò legendum esse, multis contendit Budæus *in not. ad Pand.* Sed, præterquam quòd nullum verbum præcedat, ad quod illud, *omnes*, referri possit, non minùs recta est vulgata lectio, *ut omnes magistratus se abdicarent*, quam Budæus improbat. Muretus, si quid mutandum sit, ait se lecturam, *ut omnes magistratus abdicarent.* quod utique elegantius foret altero. Sed frustra in hac mirabili verborum contextione sermonis elegantiam requiras. Rem quòd attinet, Livius quidem neque latronis ad populum, neque senatusconsilii meminit. simpliciter ait; *Placet creari Decemviros sine provocatione, & ne quis e anno alius magistratus esset.* At Dionysius plenius rem exsequitur. Nec tamen ad populum latum esse, *ut magistratus abdicarent*, sed *SCtum ex sententia designatorum Consulium*, quam edixerit Appius Claudius primo loco rogatus, factum esse narrat. *ut viri decem electentur illustrissimi senatorum, quorum annum esset imperium ex die quo creati fuerint, cum ea potestate, quam nunc Coss. olim Reges habuissent. interim cessarent omnes magistratus alii, &c.* *Hos*

Hoc SC. tum Tribunos ait acceptum de-  
 tulisse in concionem, ac publice recitasse,  
 magna cum laude Senatus; populumque  
 deinceps, cum dies comitorum advenisset,  
 Consulesque designati se magistratu abdicas-  
 sent cum laude & admiratione populi, co-  
 mitiis centuriatis hos ipsos designatos ante  
 consules, tum P. Sextum, qui eo anno; tre-  
 centesimo secundo, consulatum gesserat, post  
 tres legatos qui è Græcia leges attulerant, item  
 ex superioris, ducentesimi nonagesimi noni  
 anni consulibus Tit. Romulium, denique ex  
 reliquo Senatu C. Iulium, T. Veturium,  
 P. Horatium, Consulares omnes, decem-  
 viros creasse: simulque Tribunorum pleb.  
 Aedilium, Quæstorum, ceterosque magistra-  
 tus patrios sublato esse.

Jejuna hîc est glossa ad verbum, abdicarent,  
 movens dubium ex l. pen. ff. de off. præsid. ubi  
 Præses vel Corrector provinciæ abdicando se  
 imperium amittere negatur; & respondet, hic,  
 factum in manu populi, per se autem non potuis-  
 se. Multo autem jejunius est, quod hîc zafius  
 vir eximius, ad verbum, latum, annotat,  
 Sextum hunc nostrum eleganti, ut ait, doctri-  
 na Bartoli in l. continuus. 137. §. cum quis.  
 6. ff. de V. O. (Civitatem locum publicum  
 vendere destinantem, prius legem facere  
 debere, ut locus ille sit privatus) eleganter

cah

calculum addere, licet à nemine ad hoc ponderetur.

Quo Xviri constituti ] Budæus vult legi, quoad; quod verbum utique sequentia respuunt. Quo, positum videtur, pro, quo factò.

Anno uno cum magistratum prorogarent sibi ] Illud, anno uno, cum precedenti verbo, constituti, jungendum. Constituti anno uno, pro, constituti ad annum unum. Nec tamen illicò, anno uno lapsò (quo moderatè & laudabiliter officio functi sunt) ipsi sibi prorogarunt imperium; sed in annum alterum, quò adhuc primis in decem tabulis propositis legibus aliquid deesse videretur, ipso Appio Claudio rogante, seque ipsum imprimis (quod, inquit Livius d. lib. 3. c. 35. prater tribunos plebis, & id ipsum pessimo exemplo, nemo unquam fecerat) cumque se ex prioribus Collegis suis neminem, sed novem alios, interque hostres plebejos, nominante, populus centuriatis comitiis istos decem nominatos rursum creavit. Isto autem anno à priori modestia abutum. Initio magistratus, inquit Livius c. 36. primum honoris diem denunciatione ingentis terroris insignem fecere. nam, cum ita priores Xviri servassent, ut unus fasces haberet, & hoc insigne regni in orbem, suam cujusque vicem per omnes iret, subito omnes cum 12. fascibus prodire. Centum viginti lictores forum impleverant, & fa-

M

scibus



scibus securæ illigatas præferebant. aliquandiu æqualis inter omnes terror fuit; paulatim totus vertere in plebem cæpit; abstinēbatur à patribus, in humiliores libidinosè crudeliterque consulebatur: hominum, non causarum, toti erant, ut, apud quos gratia vimuaqui haberet. iudicia domi constabant, pronunciabant in foro; si quis collegam appellasset, ab eo, ad quem venerat, ita discedebat, ut pæniteret, non priori decreto stitisse. Opinio, addit, etiam sine auctore exierat, non in præsentis modo temporis eos injuriam conspirasse, sed fædus clandestinum inter ipsos iurejurando ictum, ne comitia haberent, perpetuoque decemviratu possessum semel retinerent imperium. Ab hac Livii relatione Dionysii historia non abludit. De fædere ita asserit: *Ante omnia fædus clandestinum inter ipsos iurejurando ictum est, ne quis ex collegio ulla in re adversaretur alteri, sed, quod uni eorum placuerit, idem probaretur omnibus; neque comitia haberent, perpetuoque retinerent imperium, neque quemquam alium ad id admitterent.* Secundum hoc, cum anno isto secundo declinante tempus comitorum adesset, adjectis inyerim ad præcedentes decem duabus aliis tabulis, populo insolentis magistratus petroso frustra commutationem in statum pristinum anhelante,

helante, comitia Decemviri non habuerunt, sed superbè atque audacter imperium retinuerunt. Is tertius Decemvirorum annus erat, quo eodem imperium eorum dissolutum, & forma pristina reipublicæ redita. Tacitus *annal. lib. 1. sub inis*. sic scribit: *neque decemviralis potestas ultra biennium valuit*. Ubi sic annofat Lipsius: *Neque ultra biennium, ita accipio, quasi dicat, haud multo ultra biennium. nam exactè si putas, reverà ultra bsemiannam Decemviri imperium tenuere*. rejicitque Vertranium, legentem, *ultra triennium*. Ego rectam esse lectionem, *neque ultra biennium*, existimo, ut intelligantur duo anni, quibus à populo constituti sunt. nam tertium annum injussu populi inierunt insolentissimè. Cæterum Lipsii assertio, *quòd haud multo ultra biennium imperium tenuerint*, adversatur Dionysio initio libri 11. ubi rempublicam triennium penes Xvirofuisse tradit. verba sunt: *καλαλύσει ῥωμαῖοι τὴν τῶν δέκα ἀρχὴν, ἐτη τρία τῶν κοινῶν ἐπιτελεθειῖσαν*. Et suffragari videtur Livius *lib. 3. c. 56.* cùm Virginium, qui Appio diem dixerat, hunc ita alloquentem introducit: *Omnium tibi, Appi Claudii, quæ impie nefarioque per biennium alia super alia es visus, gratiam facio. unius tantum criminis &c.* Nefarias ejus ac impias actiones toti biennio tribuit. Fuit igitur is annus, quo Virginius Appio diem dixit, quartus ex quo Xviri

magistratum primum inierant. Nam primo anno moderatè illos & laudabiliter egisse, historici produnt: eoque objectæ Appio nefariæ actiones in annum primum non quadrant. At secundo anno superbè, libidinose, crudeliter, nefariè in imperio versatos, proximè, ex Livio & Dionysio commemoratum est. Secundus igitur, quo Appius una cum novem aliis à prioribus, jussu populi magistratum tenuerunt, *biennii* à Virginio exprobrati *primus*; tertius, quo iidem imperium injussu populi retinuerunt, *alter* necessariò constituendus erit.

*Et cum injuriosè tractarent*] Muretus notat, quosdam veteres libros habere, & *pum.* quod explicat, *populum.* quæ lectio utique Florentinâ melior.

*Sufficere magistratibus*] Melior lectio est, *sufficere magistratus*, h. est, *subrogare alios sibi.*

*Vt exercitus à Rep. secederet*] Altera hæc fuit *secessio*, ut jam antè dictum. Erat a. exercitus duplex Romanus eductus tum temporis; unus contra Sabinos Fidenis, ducibus Decemvirorum tribus, *Q. Fabio Vibulano*, *Q. Pezilio*, & *M. Rabolejo*; alter in Algido contra Æquos, ducibus Decemvirorum quinque aliis, *M. Cornelio Maluginensè*, *L. Minucio*, *M. Sergia*, *T. Antonio Merenda*, & *Cæsone Dnellio*. *Appius Claudius* Decemvirorum princeps; & *Sp. Oppius*, in urbe curabant. Proripuit se primùm

exerc-

exercitus ex *Algido*, commotus querelis & obtestatione *Virginii*, intra Urbem, in *Aventinum*, ibique tribunos militum decem crearunt. Hoc exemplo etiam alter exercitus, ad quem rumor de illis quæ accidissent, pervaserat, decem sibi tribunos militares constituit, indeque ad urbem profectus, in *Aventino* se istis junxit. Ibi viginti tribunis militum negocium datum, ut duos ex numero suo crearent, qui summæ rerum præessent. Creati *M. Oppius* & *S. Mamilius*. Cùm verò *M. Duellius*, qui tribunus plebis fuerat, inculcasset, non prius in animos patrum curam descensuram, quàm deserere urbem videant; admoniturum sacrum montem constantiæ plebis; scituros, quòd sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant, profecti ex urbe viâ *Nomentanâ*, castra in monte sacro iterum locavere. Ultimum hoc, recessionem iu montem sacrum. *Dionysius* non memorat, at *Livius d. lib. 3. c. 52.*

*Initium fuisse secessionis dicitur Virginii* ] *Fr. Balduinus* hoc totum, quod ab hisce verbis est usque ad verba, *populique consensu &c. adscititium censet fragmentum, nec Pompeii esse, cùm nihil pertinere videatur ad magistratum brevem historiam, nec satis coherere cum sequentibus. quod & exemplar Florentinum satis ostendat.* Hoc sane exemplar, si editioni *Fr. Taurellii* fidendum, nil

tale ostendit : ipse Taurellius tantum illa verba in fine hujus §. [*populique consensu partim in carcere necati*] ut suspecta atque incerta notat. Ego nec tantum concinnitatis in toto capituli hujus (quod *legem secundam hujus tituli* vocamus) contextu reperio, ut Pomponio tribuam; nec minus in hoc fragmento, ut auctori reliquorum id non tribuam. Nec igitur illud cum Balduino prætereundum duxi. Proxima commotioni plebis fuit abominanda protervia Appii Claudii, & scelus horrendum ejus in filiam *Virgini*, puellam adultam, omnium, ut inquit Dionysius, Romanarum virginum formosissimam, desponsam *Icilio*, filio *Casi Sicini Belluti*, illius, qui in prima secessione tribunitiam potestatem cum Collegis quatuor aliis constituerat & acceperat primus, pudicam, & libidini ipsius neutquam cedentem, designatum, quod patrem puellæ in facinus stupendum, libertatis ipsius & pudicitiae tuendæ causâ, adegerat; relatum hoc textu. Aliud flagitium æquè detestandum tamen commemorat uterque historicus, ex quo singulariter odium in duces Decemviros excitatum fuerit in exercitu altero; cædes nempe fædissima *Sicily* (*Laetium Sicinum Dentatam* vocat Dionysius) viri fortissimi, qui, ut ait idem auctor, *in pugnis decertarat centum & viginti, ferens ex omnibus præmia fortitudinis*. Hunc in urbe duces exercituum, quod imperitè & perperam rem age-

rent,

rent, sermone notantem, in castra ad Crustumariam contra Sabinos posita, proditoriè cum potestate Legati missum, duces primum humaniter exceperant, consilium transferendi in hosticum approbarant, eique, ut motionis illius castrorum dux esset, detulerant; addiderantque petenti centum levis armaturæ milites, selectos & quibus fiderent, scelestissimos, cum mandato, ipsum trucidandi, propositis præmiis. Hi noctu cum ipso egressi, loco angusto & ad scelus apto, signo inter se dato catervam fecerant. Ille monitus à famulo subscutario insidiarum, desiliens equo in rupe constiterat, obvios quosque excipiens, interentisque circiter quindecim, bisque totidem vulneratis, jaculis tandem & lapidibus, & fustibus superstitum oppressus occubuerat. Nebulones Decemviri sparserant, ab hostili cohorte cæsum unam cum quibusdam suorum aliis. Nec tamen diu scelus latuerat, militumque animos non mediocriter incenderat.

*Virginus quidam*] Vir plebejus, L. Virginus, nemine, ait Dionysius, in rebus bellicis deterior, cohortisque habens cujusdam ducatum. Honestum, inquit Livius, ordinem ducebat in Alcido, vir exempli recti domi militiæque, perinde uxor instituta fuerat, liberi quoque instituebantur.

*Contrajus, quod ipse &c. Vindicias filie sue à se abdidisse*] Primum de *Vindiciis* dicendum.

*Vindictæ* utique à *Vindicando* dictæ. *Vindicare*, est rem à possessore quasi suam petere, sive mobilis illa, sive soli sit. l. 1. ff. de R. v. Si quis olim Romæ rem mobilem vindicaret, res ipsa ferebatur vel ducebatur in jus, atque ita coram Prætorè petitor eam injecta manu *vindicabat*, h. est, *suam dicebat*. Sin res soli esset, gleba ex fundo in jus afferebatur, & apprehensione glebæ totus ager vindicabatur. Contra *vindicabat* possessor. Velitationem imaginariam hanc & judicii prolusionem *manuum in jure consertionem* vocabant; cujus omnem formulam describit & falsè ridet atque exagitat, ut & superius dictum, Cicero in *orat. pro Muræna. v.* & Gell. lib. 20. c. 9. ubi & versus Ennii [*Non ex juro manu consertum, sed magis ferro Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi*] adducit, pugnxque hujus *vim civilem* & *festucariam* appellat. *Vindictæ* appellantur res ea, de quibus controversia est. de quibus Ciucius sic ait; *Vindictæ* olim dicebantur, quæ ex fundo sumptæ in jus allatæ erant. verba sunt Festi lib. 19. *Lis Vindictiarum* dicebatur, quum de possessione litigabatur. Et solebant *satisfactiones* intervenire de nil deterius in possessione faciendo. v. *Ascon. ad lib. 3. in verr. prope fin. pag. 35. a.* Locus Ciceronis, quem explicat, & ubi *litis vindictiarum* mentio est, est in lib. 1. in *Verr. editionis vulgatæ. 115.* *Vindictias dare* dicebatur prætor, cum decernebat de possessione,

penes

penes quem illa lite pendente esse deberet. *Dabantur igitur secundum possessorem.* In possessione enim quilibet, quantumvis injusta, tuendus est, donec de jure constet petitoris. quod ex jure nostro scitum. §. *retinenda. 4. vers. Commodam.* *Inst. de interd. l. fin. ff. de acquir. poss. l. 2. ff. uti possid.* Et hanc in rem quoque lege 12. tabb. quid cautum fuisse, testis est dictus Gellii locus.

*Contra jus, quod ipse &c.]* jus illud commune modò relatum, ad omnis generis vindicationem pertinens, sufficiebat utique *Virginia* ejusque patri. Neque alterius juris, speciatim *de causa liberali* lege 12. tabularum prodicti, meminuit hîc Muretus. Apud Dionysium mentio est juris in l. 12. tabul. relati, quòd jus ejus, qui ex libertate in servitutem peteretur, non penes eum sit, qui libertatem impugnat, sed penes eum qui hanc tuetur, usque ad litis exitum; (verba Græca sunt: σώματος εἰς δουλείαν ἐξ ἐλευθερίας ἀγομένον μὴ ἴδν. ἀφαιρῆμενον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ τὸν φυλάττοντα, κύριον εἶναι μὲν χειρὸς δικῆς) idque jus Appium ait historicus agnovisse, sed cavillatum esse, quasi, cum pater, qui utique si præsto esset, hoc jure uti potuisset, abesset, petitori datis radibus de sistenda puella cum pater adforet.

M 5

fas



*fas esset, illam ducere: Ideoque duci ius-*  
*sisse: Hoc autem primo decreto Appii per*  
*validam oppositionem Iciliæ sponsæ puellæ, &*  
*Numitorii, ejusdem avunculi, astantium-*  
*que turbam, frustrato, post adventum patris*  
*L. Virginii demum Appium, auditis par-*  
*tibus, & testis induisse personam pro peti-*  
*tore, & simul, ut judicem, hunc puellæ*  
*dominum pronunciaſſe. Secundum Dionysii*  
*relationem Appius Vindicias primùm absente*  
*patre secundum servitutem dixerit vel dederit*  
*contra legem in casu assertionis in servitutem*  
*positam; præſente patre non amplius vindicias*  
*dederit, sed litem principalem definiærit. Livi-*  
*us primùm absente patre advocatos puellæ ait*  
*postulasse, ut rem integram in adventum*  
*patris differat, & lege ab ipso lata Vindicias*  
*det secundum libertatem; tum, Appi-*  
*um declarasse legem, firmum in ea libertati*  
*fore præſidium, si nec causis, nec personis va-*  
*riet; in his enim quæ asserantur in liberta-*  
*tem, quia quisvis lege agere possit, id juris*  
*esse; in ea quæ in patris manu sit, neminem*  
*esse alium, cui dominus possessione cedat. pla-*  
*cere itaque, patrem accersiri, interea juris*  
*sui jacturam assertorem non facere, quin*  
*ducat puellam, sistendamque in adventum*  
*ejus, qui pater dicatur, promittat. Post*  
*impedimentum pro puella injectum, ut*  
Diony-

Dionysius narrat; demumque post adventum Virginii, *decesse*, inquit, *Appium vindicias secundum servitutem*. Argumentorum autem, quæ tum à petitore, tum contra illum pro libertate puellæ prolata sint, non meminit. Diversus eo ab Dionysio est Livius, quod *jus speciale* ad omnem liberalem causam, non tantum eam, qua quis ex libertate in servitutem afferatur, in Leg. 12. tabb. relatum insinuat, *ut vindiciæ secundum libertatem, non secundum servitutem dentur*; tum, quod Appium non dicit nisi *vindicias secundum servitutem* decrevisse; quasi adhuc, dum puella pro mancipio penes assertorem ceu dominum esset, principale iudicium superesse debuerit.

Ad Dionysii narrationem accommodatum est caput Leg. 12. tabularum ab Fulvio Ursino relatum: *Sei quis ex libertate indu servitutem a seritor, Prætor secundum libertatem vindicias dæto. qui vindicias tollit, sponsores iudicio sisti dæto. V. Frid. Sylburg. post editionem suam Dionysii pag. 787.* At secundum Livium est caput à Lipsio positum: *Vindiciæ secundum libertatem dantur.* In eandem sententiam format caput Leg. Decemviralis Sigonius *de iudic. lib. 1. c. 21. Si de cuius libertate ambigetur, prætor secundum eam, qui libertatem defendit, vindicias addicito; cui addictæ erunt, sponsores iudicio sisti dato.* Eademque fere verborum conce-

rio Hótomanno fuisse videtur quam & probat Rittersh. *in comment. ad L. 12. tab. class. 3. p. 3. c. 10.* Corasius, itemque Zasius, id, quod à Dionysio propositum est, sequuntur, idemque dictitant retentum jure nostro, ut qui in possessione sit libertatis, cum ei controversia fiat, eam retineat donec judicium sit expeditum; eoque citant *l. ordinata. 24. ff. de lib. causa. l. non ideo minus. 5. & l. lice. 14. C. eod.*

Cujacius hic, item 18. *obs. 23.* secundum Livium sentit, relatum fuisse in 12. tabb. *ut in causa liberali vindiciae darentur secundum libertatem*, id est, *ut qui de suo statu litigat, in possessione libertatis constituatur.* quod, inquit, locum habet, non tantum, si ex libertate vindicetur in servitutem, sed & si ex servitute proclamet in libertatem. Atque hoc idem jure nostro cautum esse probat tum per ipsos illos à Zas. & Coras. relatos textus, tum per *l. is autem. 12. ff. ex quib. caus. maj. l. 33. §. 1. ff. de procurat. l. 25. §. licet. ff. de lib. causa. l. 1. C. qui dare tutor. vel tur. poss.*

Bachovius hic, *in comment. ad 1. part. Pandect. pag. 100, 101. & 102.* & Cujacium erroris arguere & confutare, & ipsum Livium censere satagit. *Vindicias dicere*, inquit, *nihil aliud est, quam ipsam rem vindicatum*

tam addicere unì vel alteri litigatori. Earundem vindiciarum dictionem attribuit utrique iudicio, & possessorio & petitorio; in possessorio, quandoquidem Virginia ex libertate in servitutem petita fuerit, vindicias malè ab Appio absente patre puellæ secundum servitutem dictas; in petitorio nec Pomponium, nec Livium, id simpliciter improbare ac detestari debuisse, quòd vindicias secundum servitutem dixerit, quandoquidem ridiculum sit existimare, semper in controversia status pro libertate judicandum; neque quisquam dicturus sit, hanc legem, ne unquam pro servitute pronunciaretur, in 12. tab. relatum fuisse; sed imò, si is qui in servitutem asserat, probationibus vincat: omninò vindiciæ secundum servitutem dicendæ sint. Id in petitorio culpandum ait fuisse, quòd contra tam evidentem libertatis probationem dixerit.

Livius igitur hac in re ipsi videtur fortasse juris ignoratione lapsus. Cujacium deinde speciatim errare dicit, & ad textus ab illo citatos oppidò breviter respondet.

Primum, Livio, historico Latino ejus ætatis (scripsit n. imperante. Cæs. Augusto) accuratissimo, rerum Romanarum indagatori, cuique magnam partem prisca Romani juris acceptam ferre debemus, juris istius ignoran-

*tiam*

siam in eo quod scripserit, tribuere, nimis quàm temerarium esse videtur.

Deinde errat proculdubio Bachovius, cùm formulam, *Vindicias dicere*, vel *dare*, exponit, *vindiciarumque dictionem ad utrumque iudicium porrigit*. Nemo ullus auctorum vel interpretum ita docuit.

Quæ utique verba fuerint Legis 12. tabularum, incertum est. Attamen & fuisse specialia de liberali causa, & ad utrumque casum, *assertionis in libertatem & in servitutem*, omninò juxta Livium ( apud quem c. 45. vel oratio Appii qua is legem sibi objectam declarat, id evidenter demonstrat ) pertinuisse existimo. Omninòque eadem constitutio, *in omni liberali causa vindicias secundùm libertatem dandas*, in jus nostrum Justinianicum traducta rectè docetur & ostenditur à Cujacio. *Lite ordinata* (ajunt Imperat. in l. 14. C. de lib. causa.) *in possessione libertatis is, de cujus libertate queritur, constituitur, & interim pro libero habetur*. *Constituitur*, inquit. Ergo antè non fuit. quod indicio est, speciem illic tractari, *qua quis in libertatem asseratur*. Et Gajus in l. 25. §. *licet. ff. eod. post litem ordinatam dominum ait desinere possidere*. Ergo antè, & hucusque possedit ut servum, de cujus nunc libertate queri proponitur. Item in l. 33. §. 1. ff. de procurator. Ulp. ait, *eum qui de statu suo litigat, procuratorem habere posse, non solùm*

*in administratione rerum, sed etiam in actio-*  
*nibus, quæ ei vel adversus eum competant,*  
*ex possessione sive servitutis, sive libertatis,*  
*de suo statu litiget. Idemque in l. 12. ex*  
*quib. caus. major. eum ait, qui de statu suo*  
*litigat, tamdiu in servitute esse videri, quam-*  
*diu non sit ejusmodi lis cæpta. Quod si*  
*tamdiu in servitute sit, lite cæpta utique*  
*pro libero habebitur, non pro eo, qui fit in*  
*servitute. Et qui in illo, qui ex libertate in*  
*servitute vocetur, leges nostræ ordinatam*  
*vel cæptam litem requirunt ad hoc, ut pro li-*  
*bero habeatur, cùm is indubitata habeat*  
*possessionem libertatis ante litem? Bachovius,*  
*ordinatâ liberali causâ illum de cujus statu*  
*quæstio est, pro libero haberi. (saltem*  
*ad aliquem effectum. de quo mox) negare*  
*non audens, negat tamen, & falsum dicit,*  
*ante ordinatum judicium, petitorium, eum*  
*qui ex servitute in libertatem proclamat, in-*  
*terim pro libero haberi, & hætenus vindi-*  
*cias secundum libertatem dari. At, ut*  
*verum sit, ante ordinatum judicium, in pos-*  
*sefforio, qui ex servitute libertatem asserit,*  
*non pro libero, sed pro servo (quod & di-*  
*ctæ legi 12. ex quib. caus. maj. convenit) ha-*  
*beri; verum tamen itidem est, possessorii etiam*  
*illa in specie finem esse oportere vindiciarum*  
*secundum libertatem dictionem vel datio-*  
*nem,*

nem, & post hanc, ceu petitorio ordinato, illum, de cuius statu quæstio est, licet habemus in servitute fuerit, pro libero haberi, non tantum ad hoc, ut actiones excipere & movere possit, ut censet Bachovius; sed omnino ut ne a domino possideri intelligatur, neque domino cum ipso ut cum servo agendi jus sit, ut ex dictis perspicuum est; quanquam & quod ad usucapionem, dominus interim animo possidere intelligatur, & in eventum litis eidem cætera omnia salva sint. l. 3. §. 10. ff. de acquir. poss. d. l. 24. §. 3. & d. l. 25. in f. ff. de lib. caus. l. 5. in f. C. eod. Denique, si falsum esset, casu, quo quis ex servitute in libertatem proclamatur, in possessorio vindicias dari oportere secundum libertatem, qui verum esse possit, quod cogitur admittere, in petitorio hunc pro libero censi? nempe per vindicias secundum servitutem in possessorio datas in servitute esse iustum usque ad finem iudicii petitorij? Nititur autem, ut patet, hæc constitutio quod ad assertores libertatis, favore libertatis; juxtaque mentem asperitatis dominorum, si, qui ad libertatem adspirent, ipsorum potestati interim permetterentur.

*Ex vetere jure in 12. tab. transfulerat. ]*

Quodnam illud jus vetus? quod vetustissima juris observantia in persona filie sue defecisset, Virgini indignatum esse, paulo post ait. Cujacius explicat de jura civili, quod interpretati-

one

*one prudentum consistat.* Mavult Bachovius de *veteribus legibus Regiis* illud accipere cum Murreto & aliis, quòd vix ante LL. 12. tabb. talis interpretatio jurisconsultorum fuerit. Et rectius utique hoc videtur, si modò verum est, jus istud ante Leg. Decemvirales obtinuisse. Poterat tamen etiam *ex moribus* esse. Quicquid fit, Auctor ab exemplo Bruti, quod quinquagesimo nono anno antè contigerat, vetustissimum istud jus deducit, ut contextus indicat.

*Vindicias filie sue à se abdixisse, & secundum eum, qui in servitutem petierat, dixisse* ] pro, *abdixisse*, legit Budæus, *abjudicasse*, nulla ratione. *Abdicere* namque æquè Latinum est, & æquè ad hanc rem pertinet eo significato, ut oppositum ejus fit, *addicere*. Cic. lib. 1. *de divinat.* *Cumque vineam in quatuor partes divisisset, tresque partes aves abdixissent.* Ovid. 1. *metam.* *quid faciat? crudele suos abdicere amores.* Porro *vindicias filie sue* dicit subjektivè, quia filia erat, quæ vindicabatur. *A se*, h. est, *patre, Virginio*, cujus filia in manu erat.

*Cùm Brutus Vindicias secundum libertatem dixisset* ] *Ineptum hunc Pomponij lapsum* vocat. Bachovius, quòd Bruti exemplo iniquitatem Appii confutet, quasi Brutus in persona servi, qui conjurationem pro reducendo rege ejecto detexerat, *vindicias secundum libertatem dixit*



xerit, quem tamen servum esse, neque ipse,  
 neque quisquam negasset. Minus aptè id fieri  
 & Corasius, & Zafius, & Muretus notarunt.  
 Budæus hîc, ex Plutarcho requirendum dicit,  
 quomodo Brutus Vindicias in persona istius  
 servi sec. lib. dixerit, qui in Publicola, A-  
 quilii, inquit, mollitiæ Collatini Consulis  
 confirmati, petierunt ad respondendum tem-  
 pus, Vindicium servum sibi reddi jubentes,  
 nec apud accusatores asservari. Inclinate  
 ad hæc Consule, dimittenteque hac condi-  
 tione concionem, Valerius turbæ permixtum  
 hominem non poterat dimittere, neque po-  
 pulum dimissis proditoribus abire sinebat. Ad  
 postremum, càm injecisset in hos manus,  
 Brutum implorabat, Collatinum clamitans  
 rem indignam facere, si imposta Collegæ  
 necessitate occidendi liberos, æquum ipse  
 duceret, faminis per gratiam proditores pa-  
 triæ & hostes concedere. His permoto ve-  
 hementer Consule, & comprehendi Vindi-  
 cium jubente, lictores repulsa turbâ ceperunt  
 hominem, conantibusque eripere incusserunt  
 verbera. At amici Valerii repugnantes  
 aderant, populusque Brutum adesse jubebat  
 &c. Ex his verbis, inquit Budæus, appa-  
 ret, Brutum quodammodo vindicias secun-  
 dum libertatem dixisse, ex eo, quòd Vindi-  
 cium bonè de Rep. meritum, interea dum  
Vitelly

*Vitellii causam majestatis dicerent, in manum ac potestatem infensissimorum dominorum, ob accusationem excarnificandum, tradi non sivit, quod Collatinus Collega permiserat. Haftenus Budæus; qui tradi non sivisse Brutum, rectè dicit, licet Plutarchus nullam à Bruto reverso circa personam Vindicii factam jussionem memoret. Patet enim, traditionem impediisse, quòd illicò de cæteris reis suffragia ipsum iniisse refert, & condemnatos ab omnibus securi percussos. At, quodammodo vindicias dixisse ait Budæus. Ergo non reverà; quòd de statu servi controversia non fuerit. At vindicabatur tamen servus à dominis, & tradi (libertatis favore, quam meruerat, & reip. causâ, ne illi beneficii promeriti conferendi copia interciperetur, denique reatus gravissimi causâ, in quo domini constituti, servi sui, indicis criminis, possessione carere debebant) interim Brutus prohibebat. quod propè ad vindicias, quæ in causâ liberali dicuntur vel dantur, accedebat. At imò secundùm relationem Plutarchi de statu servi controversiam fuisse dixerim: Aquilios vindicasse servum, hunc verò quippe cui libertas in præmium servatæ per indicium reipublicæ ipso jure videretur competere, in libertatem assertum fuisse tum à se ipso, tum à cæteris.*

*Vindicis.] Livius Vindicium vocat, lib. 2. c. 5. in f. ut & Plutarchus d. loco. Dionysius,*

fius, ὄνομα, inquit, οὐινδίκης, quod Lapis vertit *Vindices*, Gelenius & Sylburgius *Vindex*.

*Vitelliorum servi*] Livius apud *Vitellios* Bruti uxoris fratres (Collatini etiam, ut ait Plutarchus d. loco, sororis filios) cœnatum & conjuratum fuisse, ibique sermonem conjuratorum, unum ex servis ait excepisse, qui jam antè id sensisset agi, sed cum occasionem, ut literæ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent, expectasse.

Dionysius, lib. 5. apud *Aquilios*, itidem Collatini ex alia sorore nepotes, conjuratos convenisse invitatos velut ad sacra & immolationem: Post cœnam jussis ministris secedere, secretò inter se egisse; interea servorum quendam, pinternam, Caninensem, bello captum, ex remotione illa ministrorum suspicatum, eos mali quid tractare, solum foris ad januam restitisse, ubi & verba eorum audiverit, & literas ab omnibus scribi viderit, adnoto ad quandam ostii commissuram perspicuam oculo. Plutarchus in *Publicola* item *Aquiliorum* ait fuisse servum; & (conformiter Dionysio) in horam ædibus; vastis & obscuris, conventum conjuratorum habitum, presentibus quoque legatis *Tarquinius*, qui illic, hospitio ab *Aquiliis*  
excepti

excepti diverterint. ut planè nulla causa sit, cum Budæo suspicandi, erratum esse apud Plutarchum in nomine Aquiliorum. Deinde in his ædibus latuisse ait servum *Vindicium*, non fraude, aut agi quicquam ejusmodi odoratum, sed, cum esset forte fortuna ibi, illisque subito supervenientibus offerre se formidaret; substitisse, & pone arcam se abdidisse; ita conscium factum omnium consiliorum, istis digressis ad *Valerium* se contulisse, eique rem totam detexisse.

Conveniunt in re præcipua historici, in circumstantiis multùm dissident.

Porro à *Vindicio* hoc *Accursius* ait dictas *vindicias*. Imò à *Vindicando* dictas esse, dubitatione carere deber. *Vindictæ* tamen, quâ ille primus liberatus, nomen ab illo tractum quosdam putare, tradit *Liv. lib. 2. c. 5.* *Plutarchus d. loco*, cum *Vindicium* à *P. Valerio*, jam Consule & Collega *Bruti* facti, suffragis populi libertate & civitate cum jure suffragii in qua tribu vellet, donatum retulisset, ita subjicit: ἢ δὲ πανεληθὲς ἀπὸ πλεονθέρωσις ἀρχὴ τῶν Ουρανδικῶν λέγεται, δι' ἐκεῖνον (ὡς φασί) τῶν Ουρανδικῶν. Consummata verò libertatis collatio. hucusque *Vindicta* dicitur, ex illo, ut videntur, *Vindicio*. Scita phrasis, *Vindicta* manmittere. & titulus est in *Pandectis*, ac man-

*missis vindictâ. in Cod. De Vindicta libertate, & apud concilium manumissione. Vindicta erat festuca vel virgula, quâ licitor prætoris, servi, qui manumittebatur, caput, solemnibus quibusdam verbis pronuntiatis, tangebatur. de qua Plutarch. libro; de iis qui tardius à Deo puniuntur. ῥωμαῖοι, inquit, ἔς ἀν εἰς ἐλευθερίαν ἀφαρῶνται, κάρφος λεπτόν αὐτῶν ἐπιβάλλουσι τοῖς σώμασι.*

*Populusque consensu partim in carcere necati. ] Populus utique, cum secessisset, Decemviros ad supplicium poposcit. Dedi quippe eos, ait Livius lib. 3. c. 53. equum censebant, vivosque igne concrematuros minabantur. sed qui ad eos missi à patribus fuerant, legati, Valerius & Horatius, id verbis declinârunt, scuto illis opus esse dicentes, non gladio.*

At, postquam abdicârunt Decemviri, reductusque populus, & Consules & Tribuni pl. creati, restitutaque esset respublica, dies Decemviris dictus apud plebem, Appio primùm & Sp. Oppio, singulis. Utrumque in vincula ductum, illum sibi in carcere mortem conscivisse, hunc in eodem ante diem iudicii exsinctum, refert Livius, Dionysius, Oppiam eodem die, quo in carcerem feris, illic mortuum; Appium in vinculis, ut mulierum suspicio fuerit, jussu tribunorum necatum, qui, diluendæ culpæ, vulgarent, laqueo ipsum

*ipsum se suspendisse.* Plinius *lib. de viris illustr. c. 21. in Virginio, Appium in carcere necatum* prodit. Cæteri octo collegæ ipsorum exilii causâ solum verterunt. Bona omnium, vivorum & mortuorum, à quæstoribus urbanis in publicum relata sunt. *Dionys. Liv. dictis loc.* Hic Decemvirorum fuit exitus; insigne & memorandum exemplum, communes ne quis in magistratu vel potestate, quam obtinet, protervè & insolenter agat.

25. Deinde cùm post aliquot annos, quàm duodecim tabulæ latæ sunt, & plebs contenderet cum Patribus, & vellet ex suo quoque corpore Consules creare, & Patres recusarent, factum est, ut TRIBUNI MILITUM crearentur partim ex plebe, partim ex Patribus, Consulari potestate. hique constituti sunt vario numero: interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

*Deinde cùm post aliquot annos, quàm 12. tabulæ latæ sunt &c. ] vox, quàm, in Florentino*

tino non extat, vitio manifesto omiffa.

*Factum est, ut tribuni militum crearentur* ] Post multam Tribunorum pl. disceptationem cum patribus *de Consulatu cum plebe communicando*, postquam & hoc Tribuni obtinuerant, *ut connubium plebejorum cum patriciis, contra legem Decemviralem, esse posset* (quo concessio, patres Tribunos acquieturos speraverant) tandem externo ab hostibus periculo adacti, eo devenire patres, ut Tribunos militum consulari potestate creari permetterent promiscuè ex patribus ac plebe; de consulibus creandis nil mutaretur. Quo tunc contenti Tribuni, contenta plebs fuit. Indictis igitur comitiis, *horum eventus, inquit Liv. lib. 4. c. 6. docuit, alios animos in contentione libertatis dignitatisque, alios secundum deposita certamina incorrupto iudicio esse. Tribunos enim omnes patritios creavit populus, contentus eo, quod ratio habita plebejorum esset. addit Livius; Hanc modestiam æquitatemque & altitudinem animi ubi nunc in uno inveniris, quæ tunc populi universi fuit; Dionysius lib. 11. sub fin. ab ejus relatione hæcenus non diffidet.*

Factum id autem secundum Dionysium anno tertio 84. Olympiad. h. est, U. C. 311. secundum Livium anno sitius. Anno, inquit, trecentesimo decimo, quàm urbs Ro-

ma

ma condita erat, primùm tribuni militum pro Consulibus magistratum ineunt. sed & in nomine unius creatorum tribunorum, (Dionysio unâ cum *A. Sempronio Atracino*, & *L. Attilio*, quos & Livius nuncupat, *Titum Cladium Siculum*, Livio *T. Caelium* nominante) & quibusdam aliis circumstantiis discrepant. Deposuere autem hi primi Tribuni mil. Cos. pot. magistratum tertio mense, post 73. dies, ex decreto augurum, utroque historico auctore. Creatique in eundem adhuc annum Consules rursus ex patriciis *L. Papyrius Mugilanus*, & *L. Sempron. Atratinus*, Auli frater. Anno 317 juxta chronologiam, quam historia Dionysii in anno 312 finiens præbet (secundùm Livium anno 316.) iterùm creati tribuni milit. Cos. pot. sequentibus 4. annis rursus Consules; post duobus annis rursus Tribuni; quinque annis rursus Consules; tribus annis Tribuni; sequenti anno Consules; sequenti Tribuni; sequenti Consules; sequentibus 7. annis Tribuni; tum quinque annis Consules; post quindecim annis Tribuni; rursus duobus annis Consules; inde rursus 15. annis Tribuni; quos excepit quinquennalis anarchia, tribunis pl. imperium usurpantibus; demum quatuor annis rursus Tribuni militum Consulari potestate creati; in quibus id genus magistratus finem adeptum. Inter hos ultimos tamen *O-*

N

inter-



interjicit ad unum annum *duarum Dictatorum imperium sine curulibus magistratibus*. Anarchiæ dictæ occasionem prodit Liv. lib. 6. c. 34. 35. dolorem Fabiæ, Filia natu minoris M. Fabii Ambusti, patricii, nuptæ C. Licinio Stoloni, plebejo, quod impari juncta esset; nupta in domo, quam nec honos, nec gratia intrare posset; cum nempe hæc in adibus S. Sulpicii, patricii, Tribunique militum Cons. pot. cui soror ipsius elocata fuerat, lectore domum revertente, forem ex more virga percutiente, expavisset, sororique inde risui fuisset, miranti, ignorare id sororem: Inde patris consilia cum genere C. Licinio, adhibito adolescente strenuo, itidem plebejo, L. Sextio: tum horum duorum tribunorum pl. factorum, rogationes per intercessionem collegarum astu patrum impeditæ: denique in hujus rei ultionem ab eisdem duobus relictis impedita creatio curulium magistratum. Rogationes Liciniæ fuerant, 1. De ære alieno, ut deducto eo de capite, quod usuris permomeratum esset, reliquum triennio æquis portionibus solveretur. 2. De modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret. 3. Ne tribunorum militum comitia fierent, Consulunque aliter ex plebe crearetur.

Omnis

*Omniū rerum, quarum immodica cupido inter mortales est, agri, pecuniæ, honorum, discrimen propositum.*

*Partim ex plebe, partim ex patribus* ]  
 Ita senatus censuit, approbavitque plebs cum Tribunis suis. Nectamen illicò, ut auditum, aliqui ex plebe, sed & primi præter expectationem tribunorum plebis, & imò totis 44. annis (quod secundo post quinquennem ἀναρχίαν anno, U. C. secundum Onuphrii computum 384. secundum Sigonii 386. tribuni plebis queruntur apud Liv. lib. 6. c. 37.) omnes tribuni milit. cons. pot. patricii creati sunt. P. Licinus Calvus anno sec. Sigon. 355. secund. Onuph. 354. primus è plebe creatus est auctore Liv. lib. 5. c. 12. atque is unus tunc temporis, si Livio fidendum (nam & Onuphrius ad ann. 354. & Pighius ad ann. 353. præter L. Furium Medullinum ceteros quatuor Calvi collegas, plebejos ajunt se ex plebejis eorum magistratibus cognovisse; ideoque Pighius miratur, ita Livium scribere, nisi quis imaginetur, duplices earum gentium familias, quasdam patricias, quasdam plebejas fuisse; & nullum tamen exemplum idem censet occurrere, quo patriciatu istarum familiarum probari possit) juris usurpandi gratia creatus. sequenti anno Livius unum

*M. Veturium* patricium prodit, cæteros plebejos. Proximo anno *astu patriciorum*, ut docet *Lib. lib. 5. c. 14.* omnes rursus *patricij* facti. Et rursus anno sequenti *patricij*, qui, quòd vitio facti ex oraculi Delphici ambagibus intellecti essent, abdicare SCto. iussi sunt.

Anno U. C. 358. sec. Onuphr. at secund. Sigonium 359. no, omnes ex plebe creati.

Anno sec. Onuph. item Pigh. 375. sec. Sigon 377. æquatus patriciorum & plebejorum numerus, *terni patricij*, & ex plebe.

Anno sec. Onuph. & Pigh. 377. sec. Sigon. 379. qui fuit proximus ante ἀναρχίαν dictam, rursus omnes, plebe ære alieno valdè oppressâ, *patricij*: Post ἀναρχίαν etiam omnes *patricij* fuere.

*Vario numero. interdum enim 20. fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.* ] Vario numero fuisse *Tribunos m. c. p.* certum est. Initio enim, cùm SCto. sex creati permitterentur, tres tantùm creati; anno hinc 18. & sequentibus usque ad annum 38. quaterni; ab aino 39. seni, nisi quòd semel, anno nempe à primo hujus magistratus initio 41. facti sint octo. *Nunquam viginti, nedum plures, ut hic locus vult, creati leguntur.* Andr. Dominic. *Floccus de potestatib. Romanor.* (quod scriptum antehac *Fenestellæ*, prisca ab Ulpiano, Plinio, & aliis

aliis citati auctoris, quem Cumis Augusti tempore mortuum tradit Eusebius, nomen falso prætulit. Unde & Zafius ad hanc l. vers. *Et quia ut diximus. verb. questores parricidy.* & Bebelius, *tr. de magistr. Rom. c. de præf. præf.* non attendentes, non tantum episcoporum & archiepiscoporum, sed & Plinij, Gellij, Asconij, Suetonij, Antonini Augusti, Severi, multorum ab Augusto deinceps principum, in eo mentionem factam, insigni lapsu, Pomponium & Aurelium Ictos ex illo multa dissimulato auctore exscripsisse dicunt) lib. 2. c. 16. errorem hujus loci retinuit. Budæus hic errore librarii, qui, cum scriptum reperisset *vi cum syllaba ni superposita*, pro *seni*, *Viceni* legerit, vitium irrepsisse autumat. quod probat Muretus, item Corasius, qui & inde *seni* legit.

Magis accederem ad conjecturam *Ventura Cæci*, quod auctor capitis hujus *tribunos militum*, quorum 20. tempore motuum contra Decemviros modò dictorum à populo constituti traduntur, confuderit cum *tribunus militum consulari potestate*; nisi additum esset, *interdum plures*.

26. Deinde cum placuisset creari etiam ex plebe Consules, coeperunt ex utroque corpore constitui. Tunc, ut aliquo pluris Patres haberent, pla-

cuit duos ex numero Patrum constitui. ita facti sunt **AEDILES CURULES**.

*Deinde cùm placuisset creari etiam ex plebe Consules ] Tribuni pl. id à patribus tandem obtinere anno U. C. secundùm Onuphrium 388. secundùm Sigonium 389. qui idem exit, si chronologia Dionysii juxta seriem Consulium & tribunorum consularium ab Onuphrio positam continuetur. Pighius, item Continus in fastis consularibus, edunt annum 387. Vb. Emmius in chronol. rer. Rom. 390.*

Primus ex plebe Consul *L. Sextius*, tribunus plebis, cujus & *C. Licinii* (unde *Lex illa Licinia de consulatu dicta*) rogatione id fuerat obtentum, cum collega patricio, *L. Emilio Mamercino* vel *Mamercino*, fuit isto anno. Indeque series Consulium, licet quandoque uterque patricius esset (quod & anno U. C. 400. ablati post undecimum annum à plebe consulatu, & duobus sequentibus, & pluribus aliis accidit, auctore Livio lib. 7. c. 18. 19. 22. 24. & alibi.) stante republica, non interrupta permansit. Sed & uterque Consul sæpè plebejus fuit. imò *M. Rutilo* & *Q. Servilio Ahala* Coss. an. sec. Onuphr. 412. secund. Sig. 413. lege ad plebem lata scitum esse, ut liceret Coss. ambos ex plebe creari, refert, quanquam dubitanter, Liv. lib. 7. in f.

*Tura*

*Tum ut aliquo pluris patres haberent* ] h. est, ut plebejis patres aliquanto digniores facerent, five aliquam patribus honorum prærogativam attribuerent. Florentini exemplaris ista lectio est, *haberent*: vulgò legitur, *haberentur*. Ut ut legas, ipsi*s* patribus ista intentio magis adscribenda, quam plebejis.

*Placuit duos &c. ita facti sunt ædiles curules.* ] Livius lib. 6. in f. postquam L. Sextium de plebe primum Consullem factum retulisset, ita subjungit: *Es ne is quidem finis certaminum fuit, quia patricii se auctores futuros negabant. propè ad secessionem plebis res, terribilesque alias minas civilium certaminum venit. Cùm tamen per dictatorem (M. Fur. Camillum) conditionibus sedatæ discordiæ sunt, concessumque ab nobilitate plebi de consule plebejo, à plebe nobilitati de prætore uno, qui jus in urbe diceret, ex patribus creando. Ita ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus, cùm dignam eam rem senatus censeret esse, meritoque id, si quando unquam aliàs, deorum immortalium causâ libenter facturos fore, ut ludi maximi fierent, & dies unus ad triduum adjiceretur. recusantibus id munus ædilibus plebis, conclamatum à patriciis est juvenibus, se id honoris deùm immortalium causâ libenter acturos, ut ædiles fierent. Quibus cùm uni-*

versis gratiæ actæ essent, factum SCtum, ut duos viros ædiles ex patribus dictator populum rogaret, patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent. Hæc Liv. Ex quâ relatione apparet occasio creandorum *ædiliurum curulium*, priorque hac occasio creandi *Prætoris urbani*, de quo §. seq. auctor noster. Et Livius ita orditur librum 7. *Annus hic erat insignis novi hominis consulatu, insignis novis duobus magistratibus, præturâ, & curuli ædilitate.* Hos, ait, sibi patricii quæverunt honores pro concessio plebi altero consulatu. At non fuit curulis ædilitas diu patriciis propria. Eodem enim, quo nata, anno, tribunis pl. non ferentibus, quod pro Consule uno plebejo tres patricios magistratus, sellis curulibus, prætextatos, tanquam, Consules, sedentes, nobilitas sibi sumisset, prætorem quidem etiam jura redtentem, & collegam consulibus, atque iisdem auspiciis creatum, verecundia inde imposita est senatui, ex patribus jubendi ædiles curules creari. primò, ut alternis annis ex plebe fierent, convenerat. postea promiscuum fuit. Ita Liv. d. princ. lib. 7. Polybius tamen lib. 10. tempore belli Punici secundi, quod descripsit, eo, quo refert, Publium Corn. Scipionem, qui post Africanus dictus, & unâ fratrem Lucium, qui post Asiaticus appell-

latus, ædiles curules factos (Pighius id refert ad ann. U. C. 540. quo Consules fuerint *Q. Fab. Maximus*, & *T. Sempron. Gracchus*. Onuphrius horum Consulatum ponit ad ann. 541.) *consuetudinis ait fuisse, ut duo ex patricis constituerentur ædiles. Primi, Livio auctore, ædiles curules creati Cn. Quintius Capitolinus, & P. Corn. Scipio.* Is fuit P. Corn. Scip. Africani modò memorati tritavus. De *ædilibus plebejis* ad ministerium tribunorum pl. primitus creatis actum §. 21. *Curules* hi nunc patribus concessi, dicti à *sella eburnea*, quâ honoris causâ magistratus digniores utebantur tam in loco privato, quàm in publico. Et quòd *curru* imponebatur, postque magistratum, ut poni, cum opus, posset, veheretur, *curulis* vocabatur. Horat. lib. 1. epist. 6. *Eripietque curule Cui* *volet importanus ebur.* At licet *curulis* esset magistratus, in *minoribus* tamen erat, & *comitiis tributis* creabatur, ut ex Gellio probat Onuphr. *comm. in lib. 1. fastor. ad ann. 261. pag. 77. Sigon. lib. 3. de ant. i. prov. c. 1.* Munus illorum erat, *ludos publicos maximos vel Romanos facere, sacras privatasque ædes procurare, totam urbem tueri, ut cloacæ & aquæductus, & quæque publica ædificia munda & integra essent, loca in theatro assignare, fraudationes in rebus venalibus, imprimis mancipiorum & jumentorum*



*forum* ( qua de re *edictum edilicium* à  
 ipsis propositum, à Jctis expositum & Impera-  
 torum quorundam constitutionibus ornatum,  
 jure nostro continetur ) *cavere, usque de rebus*  
*ius reddere.* Tullius lib. 3. de L.L. ita breviter:  
*sunt adiles curatores Urbis, annona, ludo-*  
*rumque solennium.* Eiusdemque elegans  
*adilitatis hujus, & à muniis, & à fructi-*  
*bis operæ ac sollicitudinis descriptio, est*  
*lib. 5. in Verrem. Nunc, inquit, sum*  
*designatus adilis; habeo rationem,*  
*quid à pop. Rom. acceperim; mihi ludos san-*  
*ctissimos maxima cum ceremonia Cereri, Li-*  
*bero Liberæque faciendos; mihi Floram ma-*  
*træm populo plebique Romanæ ludorum cele-*  
*britate placandam; mihi ludos antiquissi-*  
*mos, qui primi Romani sunt nominati, ma-*  
*xima cum dignitate aut religione Iovi, Ju-*  
*noni, Minervæque esse faciendos; mihi sa-*  
*crarum ædium procurationem, mihi totam*  
*urbem tuendam esse commissam; ob earum*  
*rerum laborem & sollicitudinem fructus illos*  
*statos, antiquiorem in senatu sententiæ di-*  
*cendæ locum, togam prætextam, sellam cu-*  
*vilem, jus imaginis ad memoriam posteritati*  
*prodendam. Denique hæc adilitas major*  
*dicebatur; Polybio lib. 10. illustrissimus*  
*propè juvenitatis principatus, Ciceroni d.*  
*lib. 3. de leg. ad honoris amplioris (ut om-*  
nino

nindò is est, cui sellæ curulis usus attributus est ) *primus adscensus*. Imò ejus dignationis hic tandem fuit magistratus, ut consularibus quoque viris rubori non esset. ita *Q Fabium Maximum Rullianum* post tertium consulatum consulatui rursus non petenti oblato ædilitatem curulem prætulisse, auctores *Macrum Licinium & Tuberonem* refert *Livius lib. 9. c. 10.* & *M. Agrippa* post primum consulatum, etiam si, quibus vellet, honoribus ab Augusto ornaretur, hunc honorem appetiit & cum decore summo gessit. Celebratur ipsius *ædilitas*, & operum quæ in illa fecit, magnificentia, *Plinio rer. nat. hist. lib. 36. c. 15. v. Pigib. ann. lib. 4. pag. 269. & seq.*

27. Cumque Consules advocarentur bellis finitimis, neque esset, qui in civitate jus reddere posset, factum est, ut **P R Æ T O R** quoque crearetur, qui **U R B A N U S** appellatus est, quod in urbe jus redderet.

*Cumque Consules advocarentur bellis finitimis, neque &c. ]* Quæ fuerit occasio & origo *præture* (cùm antea Consules ipsi jus litigantibus redderent, & *prætorium* nomen quoque tenerent) separatæ à consulum munere introducendæ, ostensura superiore §. Possit hæc, quam auctor exprimit, causâ simul à Consulibus Dictatorëve plebi allegata, & desiderandû

novum juridicundo magistratum, revera fuisse. Et illud imò probabile est, patribus datum, cum consulatus communicaretur plebi, ut saltem pars una officii consularis, juris redditiō (quam & necessitas à consulari munere separari juberet) non communicaretur eidem, sed ei defungendæ proprius magistratus, *prætoris* nomine, ex *patricijs* duntaxat, constitueretur. Quanquam ne hic quidem magistratus diu *patricius* fuerit, sed ant. O. U. C. 418. C. *Sulpicio Longo*, & P. *Ælio Pato*, Coss. plebi itidem communicatus, Q. *Publitio Philone* primo ex plebe prætoris creato. Liv. lib. 8. c. 15.

*Prætor*] Indubiè à *præcundo* dictus, quasi *prætor*. Varro lib. 4. de ling. Lat. *Prætor* dictus, qui *præiret* jure & exercitu. & paulo post: *prætor* dictus qui *præiret* exercitui. Et Non. Marc. *consules prætores dictos*, quòd *præirent* populo, ait auctoritate Varronis de vita pop. Romani lib. 2. Item Justinianus noster Nov. 24. in *proem.* *πραΐτωρας ἐκάλειν ἐκ τῆς ὀρῆς τῶν ἄλλων αἰπαίντων ἵεσθαι ἢ παραστῆσαι.* *Alconius Kerr.* 3. ad *Verb. cohorti prætoris*; *Veteres*, inquit, omnem magistratum, cui pareret exercitus, prætorem appellaverunt; unde & *prætorium* tabernaculum ejus, & in castris porta *prætoris*; & hodie quoque præses

*praefectus praetorio*. Praetor planè & summi magistratus nomen fuit. & ipsum quoque Dictatorem *praetorem maximum* appellatum fuisse, lex antiquissima *clavi pangendi*, relata à Livio lib. 7. c. 3. ostendit.

*Qui urbanus appellatus est*] quòd in urbe jus redderet, ait auctor, *urbanus appellatus est*. Porro Praetor, cùm iisdem cum Consulibus auspiciis, comitiis centuriatis, crearetur, Consulum collega habebatur, ut patet ex loco Livii ad §. superior. citato. ac notabilis hac de re, & auspiciorum item non tantùm inter majores & minores magistratus, sed & inter ipsos majores diversitate, est locus apud Gell. lib. 13. c. 14. ex Messale Auguris libro de auspiciis primo. Unde & hoc patet, licet praetor Consulis collega habitus sit, Consulis tamen imperium majus, praetoris consulari minus fuisse.

*Insignia & ornamenta praetori*, ob jurisdictionis, cui praerat, honorem & majestatem, eadem concessa erant, quæ Consulibus. Lictores tamen duntaxat duo ei in urbe permitti, juxta *Legem Letoriam*, cujus hæc verba fuisse tradit Censorinus: Praetor urbanus, qui nunc est, qui que posthac erit, duos lictores apud se habeto. Ita Cic. orat. de l. Agraria contra Rullum, Campanorum duumvirorum superbiam describens, cum cæteris, inquit, in colonis duumviri appellentur, hi se praetores appellari volebant: quibus primus annus hanc cupiditatem attulisset.

tulisset, nonne arbitramini, paucis annis  
 fuisse Consulium nomen appetituros? Deinde  
 anteibant lictores, non cum bacillis, sed ut  
 hic Prætoribus anteeunt, cum fascibus duo-  
 bus. Quod a. Polybius, Plutarchus & Appianus,  
 πραιτορικὴν ἀρχὴν, magistratum  
 fex securium, vocant, id ad provinciales, & qu-  
 bus extra ordinem imperium datum, prætores refe-  
 rendum est. Pigh. *annal.* lib. 4. pag. 266. Fuit  
 præterea & hasta insigne jurisdictionis prætorie.  
 Non est, inquit Seneca de *brevit. vite*, c. 11.  
 quod me solos putes occupatos dicere, quos hasta  
 prætoris infami lucro, & quandoque supputa-  
 turo, exercet.

Manus proprium, & quod jure magistratus  
 competeret, constitit jure de causis privatis &  
 civilibus dicendo, jurisdictionis strictè dictæ exer-  
 citio; cum illa amplitudine atque auctoritate,  
 edicendi, interpretandi, supplendi, corrigendi-  
 que juris civilis, quæ jure nostro claret, quæ-  
 que edictam perpetuam ac omne jus prætorium  
 induxit. Lex Ciceronis, lib. 3. de LL. ita habet:  
 juris disceptator, qui privata judicet, judi-  
 carive iubeat, prætor esto. Is juris civilis ex-  
 stos esto. Sed & hoc dignitati Prætoris  
 urbani datum erat, ut ludos solennes &  
 sacra quedam faceret, sarta lecta, va-  
 cante censura, exigeret, Senatum absentibus  
 Cass. cogeret, & sententias rogaret, comi-  
 tæ

tia & conciones haberet. Cic. Philipp. 1 +  
 in f. Pigh. *annal.* lib. 4. pag. 263. Et præ-  
 torem comitiatum concionemque usquequa-  
 que ab aliis magistratibus, nisi à Consule,  
 advocare potuisse, testis est ex Messala  
 Gallius d. c. 14. libri. 13. Imò & præto-  
 rem, tum quando adhuc unus esset in rep tum  
 post cæteros, *duxisse exercitum*, testantur hi-  
 storiz. Liv. lib. 23. c. 32. Ne prætoribus  
 quidem, inquit, qui ad jus dicendum crea-  
 ti erant, vacatio à belli administratione da-  
 ta est. Hinc illud justiniani in d. Nov. 24. in  
 præm. & Nov. 26. c. 1. apud veteres Romanos  
 prætores *σπαρτηγὸν καὶ νομοδότην* fuisse.

28. Post aliquot deinde annos, non  
 sufficiente eo Prætoře, quòd multa  
 turba etiam peregrinorum in civita-  
 tem veniret, creatus est & alius  
 PRÆTOR, qui PEREGRINVS  
 appellatus est, ab eo, quòd ple-  
 rumque inter peregrinos jus dice-  
 bat.

*Post aliquot deinde annos &c.] Prætoris pe-  
 regrini creationem refert Muræus, hic, item-  
 que Onuphrius. *comen.* in lib. 1. *fast.* pag. 107.*

ad annum U. C. 510. Pighius *ann. lib. 7. pag. 64.* ad ann. 511. quo Consules fuerint C. *Lutatius Catulus*, & M. *Posthumus Albinus*. Sigonii *chronologia Liviana* ad ann. 508. ponit hunc Consulatum : Emmius refert ad ann. 512. Circa id temporis (120. circiter annis post primum prætorem urbanum creatum) duos primum prætores creatos fuisse, prodit auctor epitomæ. in *Liv. epis. lib. 19. Primum peregrinum prætorem*, tunc fortitò factum Pighius *d. loco* memorat Q. *Valerium Faltonem*. Isque tunc *Lutatio* Consuli belli expediendi causa (ultima fuit hæc expeditio contra Pænos, primo bello Punico, quod duravit 24. annis.) junctus, cum *Cæcilius Metellus* Pontifex Maximus *A. Posthumizum*, Consulem alterum, quoniam idem & *Flamen Martialis* esset, in urbe retineret, neque ad bellum gerendum ire permetteret, traditur à Zonara, convenienter non tantum dictæ epitomæ, sed & narrationi *Val. Maximi lib. 2. c. 3. in pr.* ubi is contentionem de triumpho habendo inter *Coss. Lutatium* (*Luclatium* vocat Valerius) & Q. *Valerium* prætorem, sponcione facta ab *Attilio Collatino*, judice accepto, contra prætorem decisam refert.

*Creatus est & alius prætor, qui peregrinus appellatus est*] Eisdem hic utique auspiciis creatus, quibus *urbanus*, ejusque *Collega*: fuit. Et *Vrbani* tamen aliquo major fuit dignitas ac auctoritas.

ritas. Nam & ex edicto prætoris Urbani *peregrinum* jus dixisse plerique existimant, & consentaneum est. imò ex ejusdem edicto formabant edicta sua prætores alii, qui in provincias ibant, illic jus reddituri. Idemque *Urbanus* juratus, ex ordinibus, penes quos erant judicia, decurias judicum selectorum quotannis conscribebat, ex quibus ipse aliique prætores illo anno concilia judicum sibi sortiri debebant. *Cic. pro Cluent. 121. Sigon. de antiq. j. civ. R. lib. 2. c. 18. & de judic. lib. 2. c. 6.* Iccirco & majorem prætorem ipsum dictum, *innoresque* cæteros, ex *L. Casare Festus* auctor est. *v. Pigh. annal. lib. 4. pag. 264.* Nihilominus, ut *Collega Collegæ*, sic & *Prætori urbano prætor peregrinus* intercedere potuit. quod ex illustri loco *Ciceronis in Verr. lib. 1. patet.* ubi de prætura Urbana *Verris: Et cum edictum*, inquit, *totum eorum arbitrato quàm diu fuit designatus componeret*, qui ab isto jus ad utilitatem suam mundinarentur; tum vero in magistratu contra illud edictum suum sine ulla religione decernebat. Itaque *L. Piso* (is fuit prætor peregrinus) multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, quod iste aliter, atque ut edixerat, decrevisset. quod vos oblitos esse non arbitror, quæ multitudo, qui ordo ad *Pisonis sellam* isto Prætoris solitus sit convenire. quem iste Collegam nisi habuisset,



huisset, lapidibus coopertus esset in foro. Sed eo leviores istius injuriæ videbantur, quod erat in æquitate prudentiaque Pisonis paratissimum per fugium, quo sine labore, sine molestia, sine impensa, etiam sine patrone homines uterentur. Eodemque pertinere videtur, quod Cæsar lib. 3. de bello civ. refert, Romæ M. Cælium Rufum prætorum, initio magistratus tribunal suam juxta C. Trebonii prætoris urbani sellam collocasse, & si quis appellasset, fore auxilio pollicitum fuisse.

Appellatus a. hic prætor peregrinus à peregrinorum causis, quibus jus reddebat, licet æque intra Urbem, ac urbanus. In l. 9. §. 4. ff. de dolo. mentio est Labeonis libri tricesimi prætoris peregrini. Dictum etiam inter peregrinos item inter urbanos & prægrinos, docet auctoritate vetustorum marmorum Muretus hic. Ex Livio & Tacito, jurisdictionem ejus, urbanæ jurisdictioni oppositam, inter cives & peregrinos dictam, probat Corasius.

Quod plerumque inter peregrinos jus dicebat ] rectè auctor ait, plerumque. Nam non inter peregrinos tantum, sed & inter cives & peregrinos, quod modò relata jurisdictionis ejus appellatio ostendit, jus dicebat. An sive cives, sive peregrini actores essent? hoc vix crediderim. Quamquam hodie passim peregrinus, etiam  
acto-

actoribus contra cives , à magistratibus erecta videas judicia , pro celeri justitiæ administratione peregrinis præstanda : qui scilicet , quod in facultate ipsorum esse ipsa judiciorum horum institutione , ipsaque praxi testatum faciunt , promptam istam juris administrationem exhibere civibus suis susque deque habent , summo ipsorum detrimento ; cum peregrinos & hospites eisdem judicii ambagibus innectere & divexare illis pudori & religioni sit.

29. Deinde , cùm esset necessarius **Magistratus** , qui **hastæ præesset** : **DECENVIRI** in litibus judicandis sunt constituti.

*Deinde cùm esset necessarius magistratus , qui hastæ præesset ]* quis hic fuerit magistratus , quaque auctoritate , & quænam illa fuerit necessitas , non exposuit auctor noster. Neque una lectio est. Florentina hæc nostra est. Budæus , item Zasius auctoritate Codicis Norici , malunt legere pro *Decemviris Centumviros*. At hi non fuere magistratus. Omnes a. interpretes hunc locum ita accipiunt , ut quem hic magistratum , qui hastæ præfuerit , constitutum dicit auctor , hunc , saltem aliquatenus , ad *Centumvirale judicium* credant pertinere. Dicendum igitur primum de *Centumvirali judicio*.

*judicio. Centumviralia judicia, inquit Festus lib. 3. à centumviris sunt dicta. Nam cum essent Romæ triginta & quinque tribus, quæ & curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, qui centum viri appellati sunt. & licet quinque amplius, quàm centum fuerint, tamen, quo facilis nominarentur, centumviri sunt dicti. Expletus numerus tribuum ad 35. ( ut jam supra annotavimus ) anno U. C. 512. Unde sit, ut post id tempus centumviralia judicia cæpisse existimandum sit, quod & huic auctoris nostri relationi, si illa huc pertinet, consentaneum est. quanquam ex toto hoc capite de temporum ferie nihil certò possit uspiam colligi. Crevit numerus centumvirorum postea ad 180. eodem tamen centumvitalis judicii, & centumvirorum manente nomine, ut docemur à Plinio jun. lib. 6. epist. penult. Quadruplici, inquit, judicio bona paterna repetebat. Sedebant judices centum & octoginta. tot enim quatuor consiliis colliguntur Ingens utrinque advocatio, & numerosa subsellia. præterea densa circumstantium corona latissimum judicium multiplici circulo ambibat. Quadruplex vocat judicium, quia in quatuor consilia judicium hoc tributum erat, ut ibidem innuit. Sic & idem Plin. lib. 1. ep 18. Eram, inquit, in quadruplici judicio.*

*Item*

Item lib. 4. ep 24. Proxime cum apud centum viros dixissem, subit recordatio, egisse me juvenem æquè in quadruplici judicio. Et plarium judicii centumviralis consiliorum meminit Val. M. lib. 7. c. 7. ex. 1. in f. Omnibus inquit, non solum Consiliis, sed & sententiis superior discessit.

Mentio centumviralis judicii apud auctores crebra est, & in jure nostro occurrit l. Titia. 13. ff. de inoff. testam. [si soror centumvirali judicio obtinuerit.] & l. 30. ff. de liberat. leg. [Petitor vel possessor dampnavit heredem suum, ne centumvirale judicium exerceat.] item l. fin. C. de petit. hæredit. in pr. [magnitudo & auctoritas centumviralis judicii.] l. maximum vitium. ult. C. de lib. præter. [Centumviri aliam differentiam introduxerunt.]

Judices a. erant hi centumviri; ut ex dictis patet, non magistratus, uti dictum. Magistratus erat, qui his præerat, qui eorum operâ judicium exercebat. de quo mox.

Causæ centumvirales describuntur à Tullio lib. 1. de Orat. Iactare se, inquit, in causis centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationem, alivudionum, nexorum, mancipiorum, parietum, fluminum, fillicidiorum, testamentorum ruptorum aut ratorum, cæterarumque

*rumque veron innumerabilium iura ver-  
sentur. Et Quintilianus lib. 4. Cum vel  
nulla, ait, expositio est, vel de re constat,  
de jure queritur, ut apud Centumviros,  
filius, an frater debeat esse intestatò hæres.  
Omnind testamentorum & hæreditatum con-  
troverfias potiffimum in centumvirali judicio  
fuisse agitatas, præter locum ex Cic. relatum,  
& quæ illic sequuntur, testatur idem Cic. de  
L. agrar. cont. Rull. Primum populi R. heredita-  
tem decemviri judicent, cum vos volueritis, de  
privatis hereditatibus centumviros judicare.  
tum exempla rescifforum & ratorum testamen-  
torum, prodita à Val. Max. lib. 7. c. 7. ex. 1.  
2. & c. 8. ex. 1. & ult. denique citata ex jure  
nostro loca.*

*Etiam centumviralia judicia, ad quæ, quod  
altioris, ut loquimur, indaginis fit, & quæ-  
stionem facti excedat, pertineat, indigitare  
videtur Seneca lib. 3. de benefic. c. 7. in f. De  
quibusdam, inquit, etiam imperitus judex  
dimittere tabellam potest, ubi fecisse, aut  
non fecisse, pronunciantum est, ubi pro-  
latis cautionibus controversia tollitur. Ubi  
verò inter disputantes ratio jus dicit, ibi  
animi conjectura capienda est; ubi id, de quo  
sola sapientia decernit, in contraversiam in-  
cidit, non potest ad hæc sumi judex ex tur-  
ba fiteclorum, quem census in album, &  
equeftria hereditas misit.* De

De *selectis iudicibus*, quorum *turbam* Seneca memorat ( cum magno numero seligerentur ex certis ordinibus. Lex Servilia quadringentorum & quinquaginta meminit. *Sigon. de iudic. lib. 2. c. 6.* ) antè dictum.

Porro iudiciorum plurium constitutorum necessitas utique fuit in republica, ut quæ quotidie hominibus, & causis civium & peregrinorum, augetur.

*Qui hastæ præses*] Commentarium Accursii ad hæc verba, ut planè ineptum, missum facimus. *Hastæ* quid in armis sit, vulgo notum est. Fuit a. varius apud Romanos usus *hastæ*. Festus lib. 3. *Cælibari*, inquit, *hastæ caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris stetit abjecti, occisique, ut quemadmodum illa conjuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit; vel, quia matronæ junonis Curetis in tutela fuit, quæ ita appellabatur à ferenda hastâ, quæ linguâ Sabinorum curis dicitur; vel, quod fortes viros genituræ ominetur; vel, quod nuptiali jure imperio viri subjicitur nubens, quia hastæ summa armorum & imperii est. quam ob causam viri fortes eâ donantur, & captivi sub eadem veniant. Et lib. 8. Hastæ subjiciebant ea, quæ publicè venundabant, quia signum præcipuum est hastæ. nam & Carthaginenses, cum bellum vellent, Romanam hastam miserunt; & Romani fortes viros*

viros sepe hasta donarunt. Sueton, in Claud. Libertorum, ait, præcipuè suscepit Posidem spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hastâ purâ donavit. & Virg. lib. 6. *Æneid.* purâ juvenis qui nititur hastâ. ubi Serv. puram explicat, quæ sit sine ferro. hoc enim fuisse præmium apud majores, ejus, qui primum vicisset in prælio. Et rursus Festus lib. 13. ex *Ca-tone*: majores seorsum atque diversum pretium paravere bonis atque strenuis, decurionatus, optionatus, hastas donaticas, aliosque honores. Censores hastas in publicis locationibus usurpasse, testis est Livius lib. 39. c. 44. *Vedtigalia*, inquit, summis preciiis, ultrò tributa infimis locaverunt. quas locationes cum Senatus precibus & lacrymis publicanorum victus, induci, & de integro locari jussisset, Censores edicto summotis ab hasta, qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paulò imminutis preciiis locaverunt. Idemque docemur locis à Columella, Ovidio, Cornel. Nep. Seneca, Tertulliano, citatis à Dionys. Gothofr. ad rubric. C de fide & jure hasta fiscal. Eademque rubrica, subjectæque constitutiones, auctoresque ad rubricam itidem alii à Gothofredo adducti, præter jam relata loca ex Festo, ostendunt, in fiscalibus venditionibus auctio-

busque

busque publicis, hastam fuisse adhibitam. Vide amplius quæ de usu hastæ tam in venditionibus, quam in locationibus, & causa istius usus, collegit Ant. Matth. jun. in *eleganti tract. de auctiomb. lib. 1. c. 1. & 2. item lib. 2. c. 2.* Scitum est verbum *subhastandi*, quod publica auctione venditionem locationemve significat. Sed & *jurisdictionis prætorie signum* fuisse hastam, paulo antè dictum. Item *Centumviralis hæstæ* passim memoria est. Suet. in Aug. c. 36. *Auctor, inquit, & aliarum rerum fuit; inqueis, ut centumviralem hastam, quam quæstura functi consueverant cogere, decemviri cogerent.* Indeque centumvirale iudicium Valerius *iudicium hæstæ* vocat d. c. 8. ex. 1. & ult. Testamentum T. Longus *hæstæ iudicio subvertere frustra conatus est. Quod ad hæstæ iudicium attinuit, cineres fratris quietos esse passus est.* Lucanus ad Pisonem, *hæstam decemvirorum* pro centumvirali dixit, quòd hi, uti Suetonius modò relato loco tradidit, centumviros cogerent.

*Seu trepidos ad jura decem citat hæsta virorum,*

*Et firmare jubet centeno iudice causas.*

Porro *Centumviralem hæstam* non fuisse aliam, quam *prætoriam*, docet Sigonius *lib. 1. de iudiciis. c. 28* Nam & prætorie jurisdictionis erat centumvirorum iudicium, prætorque id da-



bat, eisdemque, ut apertè docet Plin. *lib. 5. epist. ult.* præsidebat. verba ejus hæc sunt: *Sedebant judices (puta, centumviri) decemviri venerant, obversabantur advocati, silentium longum. tandem à prætore nunciis. Dimittuntur centumviri, eximitur dies. causa dilationis, Nepos prætor qui legibus quærit, proposuerat breve edictum &c. Hoc factò Nepotis commotus prætor, qui centumviralibus præsidet, deliberaturus, an sequeretur exemplum inopinatum, nobis otium dedit. Indigitat prætorem urbanum centumviralis judicii præsidem. Conf. Sigon. d. lib. 1. de judic. c. 22. 23. 24.*

Muretus hîc autionalem hastam ita confundit cum centumvirali, ut venditionum istarum publicarum causâ & rebus circa illas occurrentibus judicandis, primò centumviros creatos existimet. Sed id nusquam probatur. imò per hæctenus deducta liquidò evertitur.

Quòd si a. centumviralis hasta eadem sit cum prætorica, quid est, quòd solum centumvirale judicium appellatur judicium haste? Dici possit id fieri ad differentiam cæterorum judiciorum à prætore dependentium, quibus cum ipse prætor non præsideret, hasta quoque insigne defuit; veluti, si judicem pedaneum, arbitrosve, aut recuperatores dedisset. quæ judicia etiam privata habita in comparatione ad centum-

centumvirale. Plin. lib. 6. epist. 33. *Interveniunt enim, inquit, acribus illis & erectis frequens necessitas computandi, ac penè calculos tabulamque poscendi, ut repente in privati judicii formam centumvirale vertatur.* Et Quintilian. lib. 5. institut. orat. c. 10. sub fin. *ut alia; inquit, apud centumviros, alia apud judicem privatum in eisd. questionibus ratio sit.* Ex solennitate & splendore, numeroque judicum, ex singulis tribubus populi R. lectorum, ac aded totum populum quodam modo repræsentantium, judicia centumviralia à privatis distincta sunt. Cæteroquin quod ad materiam, *privata fuere centumviralia judicia, non publica. nec obest, quod Quintilianus lib. 4. instit. c. 1. ea capitalia vocat. Quibusdam, inquit, in judiciis, maximèque capitalibus, ut apud centumviros, ipsi judices exigunt sollicitas & accuratas actiones, contemnique se, nisi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt, nec doceri tantum, sed etiam delectari volunt.* Namque &, uti jam suprà observatum est, Latine loquentibus *causa existimationis capitalis* dicitur, ut tradit IC. in l. 103. ff. de v. s. cujus etiam exemplum adductum ex l. 12. §. 4. ff. de accusat. Sic Cic. pro Q. Ros. Comedo: *si qua enim, inquit, sunt privata judicia summa existimationis, & penè dicam ca-*

O 2

quis,

*pitis, tria hæc sunt, fiducia, tutela, societatis. æquè enim perfidiosum & nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam; & pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit; & socium fallere, qui se in negotio conjunxit. Præterea & causæ status non perperam capitales appellantur. Malè itaque ex isto Quintiliani loco causas publicorum criminum etiam ad centumviros pertinuisse sensit Cujac. hic. Neque ejus opinionem juvat illud Ovidii: Nec malè commissa est nobis fortuna reorum, Usque decem decies inspicienda viris. neque illud Lucani antè adductum,*

*Sen trepidos ad jura decem citat basta virorum.*

Nam qui de libertate, defama, aut de omnibus bonis, vel maxima eorum parte litigat, & periclitatur, quidni rectè ille trepidus, aut de fortuna ejus controversia esse dicatur? ita, pluribusque, Cujacio respondet Bachov. *in comment. ad l. p. Pand. pag. 109. Fortunam reorum tamen apud Nasonem non accipio pro controversia de fortuna five fortunis, aut facultatibus rerum, sed pro ancipiti reorum statu, cum facilè fiat, ut contra eos judicetur. Cæterum Rævardus hac parte non consentit cum Cujacio, ut putat ibid. Bachov. quod ex c. 20. protribunal. ejud. satis claret.*

*Denique causam, cur & publicæ venditio-*

**DCI**

nes locationesque factæ sint sub hasta, & unde hasta exercendi iudicii signum fuerit, inquit Bachov. pag. 105. Opinionem ipsius suo loco relinquimus. Quod ad auctiones publicas attinet, causam exposuit Hotomanus *conf. 24.* quam & probat Ant. Matth. *d. lib. de auctione. c. 1. n. 4. quod populus R. earum rerum evidentionem belli & armorum periculo in se reciperet.* Simpliciter & universim fortè dici possit, *hastam* (quam à Festo *summam imperii & armorum* pronunciari notatum est) adhibitam, significandæ vi imperii, & executionis, & tutelæ juris.

*Necessarius magistratus, qui hastæ præesset*] Si centumviralis hasta indigitetur, quæ fuerit necessitas novi magistratus ejusmodi, intelligi nequit, cum prætorem ipsum urbanum centumvirali iudicio edque hastæ centumvirali præfuisse, ex dictis constet. Sed videamus de Decemviris.

*Decemviri in litibus judicandis constituti*] *In litibus*, legitur in Florentino, proculdubio vitiosè. Remoto [*m*] *stilitibus* (pro *litibus*) legunt interpretes auctoritate veterum inscriptionum, quas apud Onuphr. *in Civis. Rom.* & alios videre est; tum Festi, Valerii Probi, Quintiliani & aliorum. v. Rævard. *protrib. o. 19.*

Eod. loco & c. præced. item c. seq. Rævardus

dus docet, decemviros *flitibus judicandis* non eo dictos Pomponio *hastæ præfuisse*, quòd hastam centumviralem cogèrent. Rectissimè, siquidem verum sit, decemviros, ut hastæ præessent, creatos esse. Nam, ut cogèrent, ab Augusto institutum esse tradit Suetonius, cùm antè id eorum fuisset, qui quæstura fuerant functi: Decemviri a. isti Augusto longè erant antiquiores. quod nihilominus illo argumento, quò Rævardus utitur, ab auctoritate Pomponii, qui tempus creatorum Triumvirorum capitalium cum tempore horum institutorum conjungat, non probaverim, ob ferriam temporis hoc toto capite non probè servatam, passimque occurrentes lapsus. Cætera quæ affert, id omninò evincunt.

Sed Rævardus hastam, cui præfuerint Decemviri, hastam decemviralem, eandem dicit esse cum prætoriam, at à centumvirali diversam; existimans, eò & referendum, quod Quintil. *lib. 5. Inst. c. 2.* scripserit, *partes centumviralium in duas hastas divisas*. Nam harum unam putat fuisse item prætoriam. Arbitratur autem, *Decemviros flitibus judicandis* fuisse decem illos, quos Romæ in consilium prætoris adhibitos fuisse, quinque Senatores & quinque equites Romanos, auctor est Ulp. *in fragm. tit. de libertis, §. eadem lex.* quod consilium quoque indigitetur in *l. 16. ff. de manum. vind.* per nomen *judicium*; & apertius in *l. 4.*

*l. 4. §. 2. ff. eod. Minor viginti annis dominus nec communem quidem servum sine consilio rectè manumittit. rubric. & l. 1. C. de vind. lib. & apud consilium ( concilium , vulgò legitur ) manum. §. 4. Inst. quib. ex caus. manum. non lic. [ quàm si vindicta , apud consilium , iusta causâ manumissionis approbatâ , fuerint manumissi. ] item in l. 2. ff. de off. ej. cui mand. est jurisd. [ mandata jurisdictione à præside , consilium non potest exercere cui mandatur. ] Quod de præside illic dicitur , cujus consilium , extra provinciam , ut dictus fragmentor. Ulp. locus simul monstrat , 20. constabat recuperatoribus , idem exaudiendum de prætore intra Urbem qui jurisdictionem mandaverit. Absque his decemviris , ait , prætorem in diebus cognitionum nihil cognoscere vel decernere potuisse. Rævardum ferè sequitur Bachov. d. loco. Cæterum , si id ita fuerit , an hi Decemviri rectè propterea dicerentur præfuisse haste prætorie ? an propterea fuerint magistratus dicendi ? Bachovius addit , Decemviros hosce seorsim quandoque , absque prætore , judicavisse. probatque isto loco Cic. pro Cæcin. Cùm Stretinæ mulieris libertatem defenderem , & Cotta Decemviris religionem injecisset , decemviri prima actione non judicaverant. & alio ejusd. in Oratore c. 156. quo judicii Decemvirorum*

*litibus*, vel, *litibus judicandis*, disertè mentionem facit. Planeque, inquit, *duorumvirorum iudicium, aut triumvirorum capitalium, aut decemvirorum litibus* (Muretus in Glorieriano exemplari testatur legi *litibus*. quod, si verum sit, reponendum censet Gruter. in not. ad ill. locum) *judicandis dico nunquam*. Cui consentit quodammodo Floccus *lib. 2. c. 24. Nam cum*, inquit, *bellorum munera ceteris magistratibus non sufficientibus, ad praetores deferrentur, quorum munus administratio iuris precipuum fuit, creati decemviri sunt, qui jus in urbe redderent, praetorumque partes eo tempore gererent, litium iudicandarum appellati*. Ejusmodi sanè tum loca, tum conjecturae auctoris nostri relationem quadantenus juvant: Nihil tamen, quod & Rævardus, & alii agnoscunt, de hoc magistratu satis expeditum, & certum est. Dio *lib. 54. ad ann. V. C. 741*: Decemvirorum meminit *iudiciis* *eis, quae ad centumviros pertinerent, attributorum*. verba Graeca sunt: *οἱ δέκα οἱ ἐπὶ τῶν δικάσῃων τῶν ἐς τὴς ἑκατὸν ἀνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι*.

Antonius Garro ipsum Ciceronem in his Decemviris fuisse existimat; quod is *lib. 11. epistol. ad famil. ep. 21*. ita ad Brutum scripserit: *Nam, quod idem Segulius ait, veteranos queri, quod tu & Caesar in decemviris non essetis. Vtinam*.

*nam ne ego quidem essem*] Sed loquitur illic Cicero non de Decemviris illis nostris, sed de *decemviris rei agrariae* causâ creatis, ut agros militibus post Mutinensem victoriam dividerent. in his decemviris, non in decemviris litibus iudicandis, interesse poterat veteranorum, Cæsarem aut Brutum esse. *Legibus agrariis toties curatores constituti sunt, triumviri, quinqueviri, decemviri*, ait idem Cic. *orat. de L. agraria, 2: contra Rull. c. 17. iidemque decemviri agrarii sunt, quorum meminit orat. 1. c. 2. & passim.*

30. Eodem tempore & **QUATUORVIRI**, qui curam viarum gererent, & **TRIUMVIRI MONETALES**, æris, argenti, auri flatores, & **TRIUMVIRI CAPITALIS**, qui carceris custodiam haberent, ut, cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret.

*Eodem tempore & quatuorviri, qui curam viarum &c.*] Eodem tempore cum Decemviris, tres hoc §. memoratos magistratus constitutos ait. quod si verum est, erit eorundem omnium constitutio referenda ad initium *triumvirorum*

O'S

capit.



*capitalium*, quod epitomator Livii *lib. 11.* antè  
 terius facit secessione tertia plebis, quæ, uti  
 dictum, contigit anno U. C. 467. Sic fiet, ut  
 & Decemviri litibus judicandis antiquiores sint  
 non Centumvirorum tantum iudicio, quod  
 ostensum est anno U. C. 512. esse posteri-  
 us; sed & *prætor peregrino*, ut cuius inductio  
 ab centumvirorum exordio non longè videtur  
 distare, & omninò in quintum Urbis seculum  
 incidit. Eoque admissò rursus hîc series iusta  
 turbata foret. Pigh. *annal. lib. 5. pag. 405.*  
 Trevirorum *capitalium* initium ponit ad ann.  
 464. Neque abs re esse videtur, asserere, istos  
 omnes una olim rogatione creatos esse unâ cum  
 sex aliis, quorum hîc auctor non meminit, duo-  
 bus nempe, qui vias extra urbem curarent, &  
 quatuor, qui in Campaniam mitterentur; ut  
 in univèrsam fuerint viginti sex viri. Innuere  
 enim hoc videri possit Dio *d. loco.* ubi Vigin-  
 tiviratum successisse docet Augusti isto tempore  
 in locum viginti sex virorum, inque illo fuisse  
*triumviros capitales, triumviros monetales,*  
*quatuorviros viis urbanis curandis, & decem-*  
*viros centumviralibus iudiciis attributos;* duum-  
 viris modò dictis, & quatuorviris pro Campa-  
 niâ, jam sublatis.

*Vigintiviratus* meminit & Quintilia-  
 nus *lib. 12. inst. c. 1.* item Tacitus *lib. 3. an-*  
*nal. c. 29.* ubi scribit, Tiberium commen-  
 dasse patribus Neronem Germanici filium,  
 juven-

juventam jam ingressum, utque munere capeffendi vigintiviratus solveretur, & quinquennio maturius, quam per leges, quaesturam peteret, postulasse. Notandum a. hoc exemplum magistratus plurium virorum, in quo fit complexio plurium ad diversa planè munia constitutorum magistratuum. Nihilominus, si *triumviri capitales* circa ann. 464. creati sint, *triumviros monetales* eodem cum ipsis tempore creatos, quæ paulo post de his dicuntur, valdè dubium faciunt, nisi primùm ad solam monetam æream pertinuisse ipsorum curam, existimandum sit.

*Quatuorviri qui curam viarum gererent* ] Zafius credit, viarum securitatem illis commissam fuisse, quod refellit locus ex Dione nunc citatus, ubi quatuor hi vocantur *οἱ τῶν ἐν τῷ ἄσει ὁδῶν ἐπιμελῆμενοι*, intra urbem viarum curatores. Unde satis liquet, in viis publicis urbanis sternendis, muniendis, adornandis, illorum curam fuisse. quod & cæteri interpretes omnes sentiunt.

*Triumviri monetales* ] *Moneta* dicta à monendo. Sed varii usus observantur hujus vocis. neque enim duntaxat nummum vel numisma significavit. Hoc significatu à monendo ducitur, quòd nos signi impressione vel autoris vel precii moneat, inquit Perott. *epigr. Mart. 44. verb. memorande*. Cæterum & locus, ubi nummi feriebantur, *moneta*

*moneta* dicebatur, ut probant Turneb. *adversar.*  
*lib. 4. c. 2. in f.* & M. Martin. *in lexico. Aufon.*  
*a Mediolano.*

*Templa, Palatinaeque arces, opulensque mo-  
 neta.*

Sidon. de Narbone,

*Delabris, Capitolis, monetis.*

Ammian. Marcell. *lib. 22. Dracontius monetae  
 praepositus, & Diodorus quidam, veluti comes,  
 injectis per crura fimbriis, simul exanimati sunt:*  
*ille, quod aram in moneta, quam regebat, recens  
 locatam evertit &c.* Sed & illud, in quo cudi-  
 tur numisma, quod & *iconium* & *bulloterium*  
 dicitur, *moneta* vocatur. Harmenop. *lib. 6.*  
*tit. 14. Μονίτα δὲ, inquit, καλεῖται τὸ*  
*ἀρχέτυπον σφραγιστήριον ἢ βελλωτήριον,*  
*μετ' ὧν ὁ τῶν νομισμάτων τύπος δια-*  
*καρὰττεται.* *primogenium signaculum &*  
*character, quo nummorum forma exprimitur.*  
 Ex hac significatione metaphora non inconveni-  
 enti sumtâ, Macrobius *lib. 1. somn. Scip.*  
*c. 6. Semine ait, semel intra formandi ho-*  
*minis monetam locato, hoc primum artifex*  
*nature molitur, ut die septimo folliculum*  
*genitivum circumdet humori ex membranâ*  
*tam tenui, qualis in ovo ab exteriori testa*  
*clauditur, & intra se claudit liquorem.*  
 Etiam *Iuno Moneta* dicta fuit, auctore Suida,  
 quod

quòd Romanis in bello contra Pyrrhum & Tarentinos gerendo ob pecuniæ inopiam Iunoni votum facientibus, illa responderit; *si cum iustitia seriam armis darent operam, pecuniam ipsos non defectur.* Romanos inde voti compotes factos *Iunonem monetam* coluisse scribit, h. est. consultricem (σύμβουλον) à monendo sic dictam; & decrevisse, ut nummi in ejus templo cuderentur.

Porro *Triumviris* vel *trouiris* *monetalibus*, rei monetariæ cura commissa, & auctoritas publico nomine monetam conficiendi data. Sub Imperatoribus postea id negotii ad *Comites sacrarum largitionum* pertinuisse, ex Cassiodoro, Ammiano, & aliis docet Bornit. *de nummis* lib. 1. c. 3.

*Æris, argenti, auri* ] Triplex hæc materia nummorum electa & probata à Romanis; & meritò, cùm nullius alterius metalli æqua aptitudo sit. quod cujusque comperta natura & usus demonstrat. Et *auri* & *argenti*, tanquam utriusque metalli preciosi, quo adeò æstimatio rerum convenienter fieri potest, usus generalis & promiscuus omnium bene constitutorum regnorum rerumque publicarum adhuc hodie est, *æris* non nisi particularis. v. Bornit. *d. lib' 1. c. 5.* De *stanneis* & *plumbeis* nummis non emendis neque vendendis dolo malo, caput fuit legis Corn. *de fals.* l. 9. §. 2. ff. *de illa lege.* Nummulos tamen viliores, *ex solido plumbo* quadamque

doque Romanis fuisse, ex Martiali & Plauto probat Hotomann. *de re numm.* c. 1. Neque tamen ex auro & argento *puris ac solidis* nummi semper confecti; sed & ex alio quodam metallo temperamentum adeptis. *Luivium Drusum Tribunum pl. octavam partem æris argento miscuisse*, tradit Plin. *lib. 33. c. 3.* Pigh. *lib. 15. annal.* id refert ad ann. U. C. 662. Idem Plinius illo libro, c. 9. *Antonium Triumvirum denario ait miscuisse ferrum.* Alexandrum Severum etiam *electreos nummos* fecisse docet Lampridius. Est a. *electrum* aurum argento mixtum. Plin. *lib. 33. c. 4.* *Omni, inquit, auro inest argentum vario pondere. alibi dena, alibi nona, alibi octava parte. In uno tantum Gallie metallo, quod vocant Albicratense, trigesima sexta portio invenitur. Ideo cæteris præest. Vbicunque quinta argenti portio est, electrum vocatur. Fit & curâ electrum, argento addito.* Hujus mentio est in l. 4. ff. de Leg. 1. l. 7. §. 8. ff. de acquir. rer. dom. §. 27. *Instit. de rer. divis.* At tamen & *electrum* succinum significat, auctore eod. Plin. *lib. 37. c. 2. & 3.* Et ex succini aliquo genere electreos illos Alexandri nummos fuisse suspicatur Hotom. d. c. 1. Antoninus Caracalla, teste Dione *lib. 59. à falsæ monete flagitio non abstinuit. nam pro argento, inquit, & auro, quod nobis præberet, plumbum*  
*in argen-*

*in argentatum & æs inauratum parabat.* Monetarum adulterationes lex Cornelia vindicavit. l. 8. & d. l. 9. ff. de L. Corn. de fals. Imperator Tacitus misturam omnem severè prohibuit, auctore Vopisco. *Cavit, inquit, ut, si quis argento publicè privatimve æs miscuisset, si quis auro argentum, si quis æri plumbum, capitale esset, cum bonorum proscriptione.* Bodinus de republ. lib. 6. c. 3. *necesse dicit esse ad constituendam rem nummariam bono reip., renovari hanc legem Taciti, exceptâ æris & utriusque plumbi, albi, (quod & stannum vocatur) & nigri, mistura, unde campanæ, tintinnabula, & tormenta bellica, veteribus inusitata, conflantur.* Eodemque capite sedulò contendit & probat, nummos non nisi ex solidis metallis fieri oportere. quod & Freherus in not. ad Oresmium, & Bornitius d. lib. 1. c. 6. probant. Addit autem ibid. Bornitius, *cùm purissima metalla usuram aut tractationem sine magno intertrimento ferre non possint, tum quoque, ut impendia ad fabricationem nummorum necessaria (quæ & Principi vel statui in compendium, & monetariis in mercedem debentur. vulgò Schletschatz / Schlagelschatz / vestigal monetale. de hoc vide Bodin. de republ. lib. 6. c. 3. n. 688. pag. 1077.) salva esse possint, apud plerasque gentes consuetudine ferè communi,*  
*metalla*

*metalla temperari, hoc est, auro vel argenti vel æris, argento æris partem misceri solere. Quis pes, uti vocant, (hoc est, modus admiscendi alieni metalli, unde liga, quæ dicitur, consistit; tum ponderis ratio. Schrot und Korn. Illud est pondus, hoc liga, seu metallorum ad legem permixtorum corpus) fit in imperio Romano nostris temporibus, videre est in constitutionibus Imperii de ann. 1559. 1566. 1576. 1579. Conf. Angelocrat. de ponder. monet. & mens. pag. 59. In auro nempe ducatorum pars septuagesima secunda est additamenti, Zusatz: aureorum Rhenensium undecim quadragesimæ octavæ partes: In argento thalerorum Imperialium pars nona est æris. Penduntque ducati 67. item aurei Rhenani 72. denique thaleri Imperiales 8, marcâ Coloniensem, sive octo uncias, sedecim semuncias, sive, ut vulgò ajunt, lotones. Hæc, inquam, lex Imperii Romani est, non tamen ubique æque probè hæctenus observata. quod, unâ cum iniqua aureorum quorundam numerorum æstimatione, hoc præstat, ut illorum nummi, aurei & argentei, qui legem Imperii religiosè servant, ætatem nisi intra scrinia cujusque & extra commercium, non acquirant, sed ad officinas illorum monetariorum, quibus alia est religio, plerumque reversi μεταλλορρωσιγ subeant:*

Porrò jure nostro justinianico *solidus* (qui & au-

TONES

*reus* vocatur: suntque in jure nostro *aureus* & *solidus* idem. *l. ult. de in jus voc. juncto §. fin. Inst. de pæn. tem. litig. l. omnes. 33. §. 5. C. de. Episc. & cleric. l. 5. §. 6. de his qui effud. vel dejec. juncto §. 1. Inst. de obl. quæ quasi ex del. nasc. l. 47. pr. de manum. test. juncta l. 8. inf. & lege 9. de inoff. test. Dicitur & *aurei solidus* pro *aureo*, in *l. un. C. de collat. ær.* est sexta pars unciæ; cum 72. conficiant libram, hoc est, 12. uncias. *l. 5. C. de susceptor.* Et aurei solidive quinque libræ argenti æquivalent, *l. un. C. de argenti precio.* Apparet non modò proportio auri ad argentum, quæ tunc fuerit, nempe, quòd libræ auri valuerit 14. libris argenti, & præterea duabus quintis libræ; sed & quàm longè absit solidus vel aureus nostri temporis, hoc est, aureus Ungaricus, vel Ducatus (quem interpretes plerique accipiunt pro solido Justinianico) ab aureo vel solido Justiniani vero: cum hodiernus Ducatus non sit planè centesima pars libræ. Censetur autem uncia nummaria hodiernâ Coloniensis veteri Romanæ æqualis. Neufvil. *arithmet. lib. 4. c. 2. pag. 480.**

De valore *solidi* vel *aurei* Justinianici vid. Sande *decis Fris. lib. 5. tit. 1. def. 3. inf.* & quos illic allegat. Sim. Groenevv. *de LL. abrog. ad §. 2. Inst. de donat. item ad l. 5. C. de susceptor.* negat, solidum istum vel pro *aureo ungarico* sen



seu Ducato cum plerisque Doctoribus, vel pro *Angelico* (Angelott) ut vult Bodin. *lib. 6. de de rep. c. 3. n. 687. pag. 1074.* accipiendum. at ait, pro tali aureo accipiendum, quorum 72. unam auri libram, h. est, 12. uncias conficiant. Hactenus rectissime. At simul existimat, *ducatum duplicem* esse septuagesimam secundam partem libræ. Id verò æquè erroneum. Nam si ducatus simplex est sexagesima septima pars marcæ Coloniensis, quæ est 8. unciarum, sequitur, ducatos 100 cum semisse. pendere libram, sive 12. uncias. quo rursus fit, ut 50. ducati duplices & quadrans pendant libram, non septuaginta duo. Erit igitur ducatus duplex multo gravior aureo Justiniano, sicuti simplex multo levior. Sanè Angelicus multo propior est, licet adhuc paulo sit gravior solido Justiniano. non enim 72, sed sexaginta octo, cum quadraginta quatuor partibus quinquagesimis tertiis, pendunt uncias 12. Colonienses, sive grana Burgundica 7296. Bodinus videtur uncias Burgundicas spectasse, unciis Coloniensibus (quæ veteribus Romanis, uti dictum, sunt æquales) uno anglo, seu 32. granis Burgundicis, graviore. Habet uncia Burgundica grana 7680. Angelicus autem pendit grana Burgundica 106. Horum igitur 72. cum 24. quinquagesimis tribus partibus, æquant libram 12. unciarum ponderis Burgundici.

In materia donationis insinuandæ qui jure nostro occurrunt ac definiuntur quingenti solidi (§. 2. *Inst. de donat. l. pen. C. eod.*) pendunt libras, 12. unciarum, sex cum 17. partibus decimis octavis; sive marcas Colonienfes, octo unciarum, decem cum quinque partibus duodecimais. Quingenti ducati pendunt libras 4, cum 196 partibus ducentefimis primis, marcas 7, cum 31 partibus sexagesimis septimis. Apparet enormis discrepantia.

Attamen haud pondus tantum nummorum aureorum nostri temporis in considerationem venire oportet, sed & æstimationem ipsius auri hodiernam; si rectè æstimare velis aureos juris nostri nummis aureis, vel quibusvis aliis præsentibus. Nos pluribus hac de re agimus in commentar. ad tit. de *jurisdic. ad l. 7.*

Romæ primus rex sextus, *Servius Tullius*, æs signasse scribitur, cum antea rudi uterentur. Signatumque notâ *pecudum*, unde & *pecunia* appellata. *Plin. lib. 33. c. 3.* *Æs* grave tamen (quod *Budæus lib. 1. de asse*, exponit nummum rudem & informem, nondum signatum) illatum plaustris & convectum ad ærarium à Patribus, narrat *Liv. lib. 4. sub fin. ad ann. 349.* quo *Veji* obsessi sunt. At *Hottoman. d. tract. c. 7. pag. m. 40. as grave* post *Servium* regem opponit *æri levi*, quod tunc, cum *asses*, qui librales, h. est, 12. unciarum, antea fuerant, facti sint unciales & *sejunciales* (de quibus *Plin. d. c. 3.*) in usu esse

esse cæperit. *Æs grave*, inquit, aliud fuit rude & nulla forma insignitum, usque ad Servium regem; aliud fuit signatum, post illum regem. quod grave permanfit usque ad id tempus, quo unciales & semunciales asses facti sunt. Salmasius de usur. c. 19. pag. 572. & seq. & Budæum, & Scaligerum erroris notat, quod *æs grave* pro rudi & non signato accipiendum fenerint, ipseque *æs grave* vocatum docet pro *ære signato* gravis ponderis, quo primum usi Romani; nec unquam apud Livium *æs grave* aliter accipiendum; quam pro assibus librariis. Idem Salmasius post, in tr. de modo usurar. c. 6. pag. 238. Illud, inquit, extra controversiam est, quamdiu asses fuere librarii, *æs grave* non alia notione acceptum fuisse, quam de *ære signato*; quando verò imminutum assium pondus fuit, & ad semunciam asses lege Papiria redacti, *æris gravis* appellationem non nisi de infecto & rudi usurpatam. subjungit, putare se, omnibus auctorum locis, in quibus post imminutos asses ex pondere librari, mentio fit *gravis æris*, de hujusmodi sestertiis *æreis* esse accipiendum, quia *æs* illud signatum tunc temporis omnium ex *ære* nummorum fuerit gravissimum. Utrumque examinat dn. Gronovius de de sestert. lib. 3. c. 15. ad fin. in cujus sententiam lubens concesserim, dum teneatur

tur, quod Livius refert *d. lib. 4.* id longè ante imminutum aſſem factum; eoque historicum non ad uſum ejus temporis quo id factum, (quafi jam tunc æſ aliquod grave nuncupatum eſſet) *æſ grave* dixiſſe, ſed reſpectu ſequentium temporum, quibus aſſium pondus levatum fuit; quafi ſcripiſſet, *æſ quod tunc temporis grave erat.*

Populum Romanum ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum devictum uſum, & anno U. C. 485. quinto ante primum bellum Punicum, Q. Fab. Pictore & Q. Ogulnio Gallo Conſulibus, argentum Romæ demum ſignatum eſſe, auctor eſt Plin. *d. c. 3.* additque, *placuiſſe, denarium pro decem libris æris, quinarium pro quinque, ſeſtertium pro dupondio & ſemiſſe.* item *cap. 9. ejusd. libri* ait, *juſt* im fuiſſe, ex libris argenti denarios octoginta quatuor ſignari. Iſti denarii, quinarii, ſeſtertii, nummi argentei fuere.

Et hæc tamen Plinii de tempore relatio ſi vera eſt, conſequitur, *tre viros monetales, ſaltem auro & argento ſtando feriundo,* non conſtitutos eodem cum *Treviris capitalibus* tempore. de quo paulo antè fuit actum.

Imò Alex. ab Alex. *lib. 3. diet. gen. c. 16.* ſcribit, poſt Cannenſem demum cladem (quæ ex chronologia Sigonii anno 534. Onuphrii & Emmii 538. Pighii 537. accidit) *triump viros monetales, vel menſarios conſtitutos, Auctoritatem, quâ id nitatur, ſupplet*  
Tira

Tiraquellus ex Liv. *lib. 23. c. 21. & lib. 24. c. 18.* Cæterum utrobique *Triumviri mensarii* dicuntur, non *monetales*, & causa credendi est, non esse hos eosdem. Deinde textus Livii posterior non probat, tunc factos demum triumviros mensarios, sed tunc fuisse. Textus alter ait, *Romæ propter penuriam argenti triumviros mensarios rogatione Minutii tribuni pl. factos, L. Æmilium, qui Consul Censorque fuerat, & M. Attilium Regulum, qui bis Consul fuerat, & L. Scribonium Libonem, qui tum tribunus pl. erat.* Non ait, tunc primùm Romæ triumviros mensarios factos. Denique prodit Livius *lib. 7. c. 21.* anno U. C. 404. P. Valerio Publicola, & C. Marcio Rutilo Consulibus, rei fœnebræ levandæ *quinqueviros* creatos, eosque ab dispensatione pecuniæ *mensarios* appellatos fuisse. Et hæc appellationis causa illic reddita persuadet mihi, *mensarios* istos, qui vel primis, vel secutis temporibus constituti fuerint, non fuisse eosdem cum monetalibus, æris, argenti, aurifloribus. Neque aliud monstrat quartus Livii locus; *lib. 26. c. 36.* ubi *omne aurum, argentum, æs signatum, ad triumviros mensarios extemplo deferendum dicitur.* Ouphrius etiam in *Civitate Rom. pag. 305. & 307.* *Triumviros monetales A. A. A. F. F.* inter magistratus minores ordinarios, *quinqueviros & triumviros mensarios*

*mensarios* inter magistratus minores extra ordinem, refert. adde Sigon. *de ant. j. civ. R. lib. 2. c. 11* Inveni apud Lexicographum quendam in verbo, *Cusor*, Livium sic alicubi scripsisse: *Triumviri mensarii creati sunt; hi- que nummularius & monetae omnis generis cusoribus praeerant*: sed haecenus illud apud Livium mihi non fuit repertum. nec puto, usquam repertum iri. Caeterum post Pyrrhum victum demum *populum Romanum argento uti cepisse*, etiam Livii epitomator lib. 15. memorat  
*Aureus nummus post ann. lxxii. percussus est, quam argenteus*, ait Plin. *dicto c. 3.*

Porro, ut fraudibus monetariorum obviam iretur, ratio & ars probandi nummos, *δοκιμασικὴ*, inventa est, quam olim Romae lex Maria, quae vocatur, nummaria, M. Marii Gratidiani Praetoris, lata, induxit. De hac ita Plin. d. c. 9. *Ars, inquit, facta, denarios probare, tam jucunda lege plebi, ut Mario Gratidiano vicatim totas statuas dicaverint.* Eiusdemque rei meminit Cic. lib. 3. offic. *Nec noster quidem, ait, Gratidianus officio boni viri functus est tunc cum praetor esset, collegiumque praetorum tribuni plebis adhibuissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur. iactabatur enim temporibus illis nummus sc, ut nemo possed*

posset scire, quod haberet. Conscripterunt communiter edictum cum pœna atque iudicio, constitueruntque, ut omnes simul in rostra post meridiem descenderent. & ceteri quidem alius aliò. Marius à subsellis in rostra reetà, idque quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Et ea res ei magno honori fuit, Omnibus vicis statuae factae sunt, ad eas thus & cerei. quid multa? nemo unquam multitudini fuit carior. Ab usu τὸ ζυγῶν, libræ, sine qua explorari bonitas nummorum nequit, etiam ζυγοστάτας dicuntur. qui deinde sub imperatoribus passim in urbibus imperii constituti sunt. unde Julianus in l. ult. C. de ponderatorib. Quotiens, inquit, de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio, placet, quem sermo Græcus Ζυγοστάτην appellat, per singulas Civitates constitutum, qui pro sua fide atque industria neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere. Nostrâ linguâ **Warden** vocamus, à **Wardenen**, h. est, taxare, æstimare. In Imperio Romano hodierno per constitutiones publicas Ordinibus Circulorum, quibus monetæ cudendæ jus est (**Münzstenden**) dies probatorii solennes (**Probationstage**) inuncti sunt quotannis habendi, *Calendæ Maji & Octobris.* **Reichsabsch.** an. 1570. §. als **Wollen**  
**wol**

Wtr. & seq. Item an. 1576. §. **Setzen also demnach Und befehlen.**

*Flatores* ] Flatores à *flando* dicuntur. *Flare* est spirare , aërem vel animam impellere. quo factò utique opus est , cum igni metalla , unde numismata confieri debent , liquefiunt , depurantur , ac præparantur. *Flata pecunia* inde dicitur , quæ non est in rudi amplius materia. Et *flavissas* olim Latinos dixisse pro thesauris , Varronem ex autoritate Q. Valerii Sorani ad Servium Sulpitium scripsisse , prodidit Gellius lib. 2. c. 10. Muretus hîc suspicatur , Tribonianum repertas notas , A. A. A. F. F. per hæc voces , *æris* , *argenti* , *auri flatores* , exposuisse ; præstitisse autem hoc modo ; *auro* , *ere argento* , *flando* , *feriundo*. Ita sanè istæ notæ expositæ sunt apud Valerium Probum. Et conjectura tamen hæc mera est de Triboniano , qui neque , quòd *flatores* dixerit , qui *flandæ* signandæque pecuniæ præfecti essent , peccasse videtur.

Denique duo monetæ conficiendæ modi ex antiquitate celebrantur , *fusio* & *percussio* , quibus quod superiore sculo accessit novum inventum , præli & impressionis , describit Pigh. in Herc. Prodic. pag. 156.

*Fusionem* vetustissimam esse , volunt plerique , cui successerit *percussio*. Bodinus autem dicto e. 3. n. 690. veteres à percussione ad proplasticeu & fusionem delapsos esse scribit. quæ

P

sententia



sententia ex vocabulo *feriendi* ( *flando* , *fetundo* ) juvari videtur , cùm *ferire* sit *percutere* ; si modò ista appellatio Trevirorum monetalium ex notis exposita , & recta sit , & vetustissima . Sed & , *nummos cudere* ( *ferire* autem & *cudere* , idem significant ) apud Plautum & Terentium , comædos vetustos , ut quorum ille etiam ante bellum Punicum secundum , hic inter secundum & tertium floruit , legitur . Plaut. *Mostell. act. 4. sc. 2. Tace sis faber , qui cudere soles plumbeos nummos.* Terent. *Heaut. act. 4. sc. 4. Argentum cudo , quod tibi dem.* Imò & Plin. loco citato *percussum aureum nummum* dixit 62. annis pòst , quàm fuerit argenteus . Porrò Bodinus *dicto c. 3.* argumentis non levibus disputat , fusionem rursus introducendam . Et assentitur Bornitius *d. lib. 1. c. 13.* Impressio ante paucos annos alicubi rursus tentata , sed mox ob incommoda quædam relicta .

Hæc nobis hætenus ad hunc locum sufficiant . Qui plura de nummis veterum Romanorum , imprimis eorum signis , avet cognoscere , legat Pigh. *annal. lib. 6. ad ann. 484.*

*Triumviri capitales* ] De horum initio dictum . De officio quæstio est . Corasius hîc , Triumviros istos de criminibus etiam cognovisse & capitaliter judicasse , contendit , eamque sententiam suam hoc probat , quòd referantur inter magistratus ; tum quòd à Salustio  
de

de bell. Catilin. iudices rerum capitalium vocentur ; quòd C. Cornelium , virum in militari disciplina præcellentem , ingenui adolescentis stupratorem , à Fescennino Triumviro publicis vinculis oneratum inque carcere mori coactum , scripserit Val. M. lib. 6. c. 1. ; quòd Horat. epod. od. 4. libertum dixerit sectum flagellis triumviralibus ; quòd supplicium Triumvirale vocarit Tacit. ann. lib. 5. c. 9. denique quòd Al. ab Al. dier. gen. lib. 3. c. 16. idem tradiderit. Plerique omnes alii contra sentiunt , non nisi in viliores personas , servos nequam , & ejusmodi alios , cognitionem , & iudicium ad columnam Meniam illis competiisse , cæteroquin carceres , & exsequendi animadvertendique ministeria sub illorum cura & sollicitudine fuisse , ut , juxta verba Auctoris nostri , eorum interventu animadverteretur. Posteriori huic sententiæ , ut rectiori , subscribo ; hoc addens , non abs re videri , etiam in manifestis flagitiis , ubi nullâ amplius cognitione opus , eorum potestati , citra discrimen personarum , promptam executionem tribuere. In cæteris quæstioni præfuisse , quibus id lege vel Scto. datum fuerit , ex antè expeditis constat. Et patet igitur , meritò hos Triumviros magistratibus accenseri.

Nec ponderis alicujus sunt reliqua in contrarium adducta. Ipse Salustii locus ostendit , non cognovisse de lociorum Catilinæ culpa tri-

umviros, sed mandatum de parando supplicio accepisse. *Postquam, ait, senatus in Catonis sententiam discessisset, Consul optimum facturatus, noctem quæ instabat, ante capere, nequid eo spacio novaretur, triumviros, quæ supplicium postulabat, parare jubet. Quod mox sequitur [in eum locum postquam demissus Lentulus, iudices rerum capitalium, quibus præceptumerat, laqueo gulam fregere.] de mendo suspectum est, & rectius Balduinus & alii legere videntur [vindices rerum capitalium.] Thyf. in not. ad ill. loc. Et, si reteneretur [iudices] abusio vocis esset. Cætera ex dictis responsum habent. neque minùs *triumvirale supplicium* dici possit, quod interventu illorum, quàm quod illis cognoscentibus & iudicantibus irrogetur. Illud ex Tacito de filia Sejani sumtum, non ex triumvirorum iudicio, sed ex jussu sævientis in progeniem innocuam Principis descendit. De triumvirorum reis Asconius ad *drivationem*. Ciceronis, ad verba [vobis autem tanta inopia rerum est, ut mihi causam præcipere conemini potiùs, quàm aliquos à columna Menia vestri ordinis reos reperiatis?] reos, exponit, *vestra defensione condignos, vel fures & servos nequam, qui apud triumviros capitales apud columnam Meniam puniri solent.* Vent. *Cæcus catalex. lib. 2. excurs. 15. eam*  
trium-*

triumviros vim habuisse non malè censet, quam Atheniensium Undecimviri habuerint: de quibus ita Sigon. *de republ. Atheniens. lib. 4. c. 3. jam*, inquit, *quid dicam? ut magistratum etiam esse voluerint, qui nocentes homines aut ante iudicium custodiret, aut post iudicium supplicio ex lege afficeret. Hi verò undecimviri fuerunt, à Themistocle & Aristide instituti. Horum curæ carcerem commissum, mandatumque, ut de damnatis lege supplicium sumerent, Polux & alii uno omnes consensu scripsere. &c. & mox; [ quòd si quis è carcere quoquo modo evasisset, erat eorum muneris, hominem conquirere atque in carcerem redigere. Item, fures, plagiarios, & grassatores, ad undecimviros adductos invenio, ut, si confiterentur, capite mulctarent, sin minus, in fora introducerent, & si damnati essent, ultimo supplicio afficerent ] &c. Porro fuisse ministeria executionis publica triumviris hisce subdita, prodit quoque locus apud Liv. lib. 39. c. 14. Triumviris capitalibus mandatum est, ut vigiliis disponerent per urbem, servarentque, ne qui nocturni cætus fierent, utque ab incendiis caveretur.*

Denique faceto joco Cicero *lib. 7. epist. ad famil. ep. 13. ad Trebatium*, abludit à Treviris, & treviris capitalibus, ad triumviros monetales.

metales. *Trevicos*, ait, *vites censeo; audio capitalas esse: malleum auro, argento, aere essent.* quem jocum eleganter Pet. Bembus in epist. ad Bernhardinum Sandrum exposuit, quæ tota relata est à Paulo Manutio in scholia sua erudita ad epist. Tullii.

31. Et quia Magistratibus, vespertinis temporibus in publicum esse, inconveniens erat, **QUINQUEVIRI** constituti sunt cis Tiberim, & ultis Tiberim, qui possint pro Magistratibus fungi.

*Et quia magistratibus vespertinis temporibus in publicum esse inconveniens erat ]* De cura earum rerum quæ noctu fiunt, agit Auctor, quò illa pertinuerit. Negat pertinuisse ad magistratus propriè sic dictos, adjecta ratione. sanè & parùm ex dignitate, & minùs tuta videtur administratio ejusmodi noctu: cùm & ordo bonus & honos magistratui debitus per tenebras non videatur sat integer & salvus, & nequitix (quæ magistratui, ejus quod rectum est, & officii, assertori & vindici, malisque infesto æ inviso, metuenda est) præsidium sit in tenebris. Areopagitarum tamen judicia noctu habita, suprà diximus: sed & Dictatorem Romæ inter-

intempeſtâ nocte dici ſolitur. Extra iſtud Ro-  
mani quoque juris, Legis 12. tabularum,  
illud caput celebre eſt: *Sol occaſus ſuprema  
tempeſtas eſto.* de quo Gell. lib. 17. c. 2. Idem-  
que lib. 14. c. 7. ex lib. 4. *epiſtolicarum queſt.*  
*Varronis* refert, *ſenatus conſultum ante exortum  
aut poſt occaſum ſolem factum, ratum non fuiſſe.*  
Attamen & præfectus vigillum, de quo poſt,  
magiſtratus fuit, & noctu oberravit calceatus,  
cum hamis & dolabris. l. 3. §. 3. *de off. præf.*  
*vig.*

*In publicum eſſe* ] pro *in publico.* De iſta lo-  
quendi forma veteribus uſitatâ, jam antè ali-  
quid dictum. Gell. d. c. 2. Nos, inquit, *in  
medium relinquentus.* *Vulgus, in medio,  
dicit. nam vicium iſthuc putant, ſi dicas, in  
medium ponere. id quoque eſſe σάλοικον  
putant.* Et tamen probabilius ſignificantius-  
que ſic dici videbitur, ſi quis ea verba non  
incurioſè introſpiciat. &c.

*Quinqueviri conſtituti ſunt, cis Tiberim & ultis  
Tiberim* ] Horum mentio, quam quidam nus-  
quam præter hunc locum eſſe credunt, di-  
ſerta eſt apud Liv. d. lib. 39. c. 14. in f. quo  
loco ipſi de horrendis Bacchanalium ſacris  
Romæ turbatis narratio eſt. *Adjutores, inquit,  
triumviris quinqueviri dati, uti cis Tiberim ſua  
quiſque regionis ædificiis præeſſent.* Cis & ultis di-  
ctum pro *citra & ultra.* *Ultis* tamen vix uſpiam  
P 4 alibi

alibi reperias. *Uls* & *cis* dixere veteres. Festus lib. 3. *Uls* facit *ultra*, *ultimus*: *cis*, *citra*, *citimus*. Et lib. 19. seu ultimo; *Uls* Cato pro *ultra* posuit. Gell. lib. 12. c. 13. Tres, inquit, *istæ* voces, *intra*, *citra*, *ultra*, quibus certi locorum fines demonstrantur, singularibus apud veteres syllabis appellabantur, *in*, *cis*, *uls*. Hæ deinde particulae, quoniam parvo exiguoque sonitu obscuroque promebantur, addita est tribus omnibus eadem syllaba; *U*, quod dicebatur, *cis* Tiberim, *Uls* Tiberim, dici ceptum est, *citra* Tib. *U* *ultra* Tiberim. Item, quod erat, *in*, accedente eadem syllabâ, *intra*, factum est. An a. *cis* Tiberim quinque, & *ultra* Tib. totidem viri constituti, an quinqueviri & *cis* & *ultra* curârunt? Postremum hoc existimo, (neque enim plurium quàm quinquevirosum mentio est) & utrobique suas cuique regiones attributas.

Imò quinqueviros hosce Auctor noster paulo post, §. 33. simpliciter vocat *Cistiberes*. quod verbum licet alibi vix occurrat, videtur tamen respondere illi modò relato loco Liviano, ubi & *cis* Tiberim regionum duntaxat est mentio, cum proculdubio & trans Tiberim Patres tunc illam rem sceleratorum sacrorum, æque sollicitè curari voluerint. Sed & verbum, *cis*, utrumque latus, quod *citra*, & quod *ultra* est, signi-

significare, docemur bonis auctoribus. Probat id Non. Marcell. auctoritate Salustii & Varonis.

*Qui passent pro magistratibus fungi* ] Non ipsi igitur fuere magistratus, sed vicem magistratum explevere.

*Fungendi* verbum vicis adimpletionem significat. Unde illud in l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. [ *in genere suo functionem recipiunt* ] h. est, res ejusdem generis fungitur vice, praestat vicem, ejus speciei quae data est; species pro specie, ejusdem generis, recte solvitur: ut non species, sed genus, in obligatione esse intelligatur. Item precia rerum non ex affectu, vel utilitate singulorum, sed communiter fungi, h. est, vicem rerum praestare, dicuntur Paulo in l. 33. ff. ad L. Aquil. item in l. 63. ff. ad L. Falid.

32. Captâ deinde Sardiniâ, mox Siciliâ, item Hispaniâ, deinde Narbonensi provinciâ: totidem PRÆTORES PROVINCIALES, quot provincincie in ditionem venerant, creati sunt: partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent. Deinde Cornelius Sylla

P 5

QUAE-



**Q**UÆSTIONES **P**UBLICAS  
 constituit: veluti de falso, de parricid-  
 cidio, de sicariis: & Prætores quatuor  
 adjecit. Deinde Gajus Julius Cæsar  
 duos **P**RÆTORES, & duos **Æ**D I-  
 LES, qui frumento præessent, & à  
 Cerere **C**EREALES constituit. Ita  
 duodecim Prætores, sex Aediles sunt  
 creati. Divus deinde Augustus se-  
 decim Prætores constituit. Post de-  
 inde Divus Claudus duos Prætores ad-  
 jecit, qui de fideicommissò jus dice-  
 rent. ex quibus unum Divus Titus  
 detraxit, & adjecit Divus Nerva,  
 qui inter fiscum & privatos jus dice-  
 ret. Ita decem & octo Prætores in  
 eivitate jus dicunt.

*Capitulum deinde Sardinia &c.] De aucto nu-*  
*mero Prætorum, & obiter quoque Ædilium,*  
*agit Auctor hoc §. sed illo more, quo cæpit &*  
*hactenus continuavit hanc veteris juris & ma-*  
*gistratum historiam, h. est, minùs accuratè*  
 &

& non cum debita eventuum & temporum distinctiōe.

*Sardinia*, (à forma vestigii humani, vel solæ, *Ichnusa*, aut *Sandaliotis* dicta. à *Sardo*, filio Herculis, qui è Lybia veniens illam occupaverit, tertium nomen adepta) insulâ est ampla & insignis hominum & fructuum multitudine, in mari mediterraneo inter Corsicam, quæ Italiæ proxima est, & Africæ litus sita, in longitudine 45. latitudine 26. miliaria Germanica continens; Lupprum & serpentum experts, at ferax herbæ alicujus venenatæ, *sardoæ* dictæ, cujus ab esu homines ridetibus similes moriuntur; unde proverbio fertur *risus sardonius*, pro facto, insano & amarulento. *Erasm. in adag. chil. 3. cent. 5. ad. 1.* Hanc insulam an. U. C. 515. (paulo post confectum bellam Punicum primum) à Carthaginensibus bello partam Romanis pacis causâ traditam ait Sigon. *de ant. j. provinc. lib. 1. c. 4.* Et sequitur Muretus hîc. At Livius *lib. 21. in princ.* cum præfatur narrationi suæ belli Punici secundi, *Angebant*, inquit de Amilcare, patre Annibalis, *ingentis spiritus virum Sicilia Sardiniaque amissa. Nam & Siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam, & Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum, stipendio etiam superimposito, interceptam.* Post cùm Sardi instigantibus Pænis arma cepissent, à T. Manliô Torquato Cos. eorum 30000.

*Cæsa*, mille trecenti vivi capti sunt. Liv. *lib.* 23. c. 40. Denique anno 578. al 576. rursus rebellantes à Tib. Sempron. Graccho Coss. perdomiti sunt. Liv. *lib.* 41. c. 17. tantumque captivorum numerum abduxisse scribit auctor libri de viris illustribus, ut longa venditione in proverbium venerint *Sardi venales*, de negotio infinitæ prolixitatis atque inexplicabili. *Erasim. adag. chil.* 1. cent. 6. ad. 5.

*Sicilia*] insula ejusdem maris, major Sardinia, triangularis, unde *triquetra* & *Irinacria* dicta, exiguo freto ab Italia (cui olim adhæsisse creditur) separata, fructuum feracissima est. De hac, indeque reip. Romanæ conciliatis emolumentis ita Cic. *lib.* 2. in Verr. sub princip. Ille, inquit, M. Cato sapiens, cellam penariam reip. nostræ, nunticem plebis Romanæ, Sciliam nominavit. Nos verò, experti sumus Italico maximo difficillimoque bello, Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro ærario illo majorum vetere ac referto fuisse. nam sine ullo sumtu nostro coriis, tunicis, frumentoque suppeditato, maximos exercitus nostros vestivit, aluit, armavit. quid illa, quæ forsitanne sentimus quidem, iudices, quanta sunt? quòd multis locupletioribus civibus utimur? quòd habent propinquam, fidelem, fructuosamque provinciam, quo facile excurrant, ubi libenter  
nego-

*negocium gerant? quos illa partim mercibus suppeditandis cum quæstu compendioque dimittit, partim retinet, ut arare, ut pascere, ut negociari libeat, ut denique sedes ac domicilium collocare, quod commodum non mediocre populi Romani est, tantum civium Rom. numerum, tam propè ab domo, tam bonis fructuosisque rebus detineri. Hæc. Cic.*

*Idem ibid. paulo antè, primam omnium pop. R. provinciarum Siciliam dicit. Nam cum omnium, inquit, sociorum provinciarumque rationem diligenter habere debetis, tum præcipuè Siciliae, iudices, plurimis iustissimisque de causis. primum, quòd omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemque populi R. applicuit: prima omnium, id quod ornamentum imperii est, Provincia est appellata: prima docuit majores nostros, quàm præclarum esset, exteris gentibus imperare. &c. Assertio illa Tullii verissima est. Nam, cum partim Syracusanis Regibus, partim Carthaginiensibus, pareret Sicilia, Carthaginiensium partem Romani tempore primi belli Punici nacti sunt, & in provinciae formam redegerunt. At anno demum U. C. 539. ardente bello Punico secundo, post mortem Hieronis, Regis Syracusanorum, constantissimi populi R. amici, Syracusas ab*

*ami-*

amicitia Rom. alienatas M. Marcellus Coss. Rom. post longam oppugnationem cepit, tumultuantemque & ad Pænos inclinantem Siciliam quieti restituit, partemque Syracusanam alteri adjecit. M. Valerius Lævinus tamen, Coss., in formam provinciæ redegit. Quo tempore, ut auditum, Sardinia jam erat populi R. provincia. Juvando itaque auctori nostro, quod & Muretus facit, dicendum esset, totam Siciliam non ante, sed post Sardiniam, provinciæ formam accepisse, licet pars antè.

Et missus tamen in Siciliam prætor, C. Flaminius, antequàm in Sardiniam mitteretur. Sigon. *lib. 1. de ant. j. prov. c. 3.*

*Hispania* (id terrarum, quod ab oriente Pirenæis montibus, à meridie mari mediterraneo, à reliquis partibus Oceano Atlantico, comprehenditur) *Sardiniam* secuta est. Hujus & invadendæ occasionem, & occupandæ successum vide ap. Sigon. *d. lib. 1. c. 5. In Hispaniam, inquit Onuphr. imper. Rom. pag. 117. primi omnium duxere exercitus contra Afros Cn. & P. Scipiones, belli punici secundi initio. qui octavo ejus belli anno à Pænis cæsi sunt.* Post eos P. Cornel. Scipio Africanus major missus, multa prosperè gessit, primusque, ibidem provinciam fecit. L. Veturio & Q. Cecilio Coss. anno V. C. 548. Sigonius memorat annum 542. Liv. *lib.*

lib. 28. c. 12. *Prima*, inquit, *Hispania Romanis inita provinciarum*, quæ quidem continentis sunt, postrema omnium nostra demum ætate, ductu auspiciisque Augusti Cæsaris perdomita est.

Deinde *Narbonensi*] Gallia *Narbonensis* Galliæ *Transalpinæ* pars illa erat, quæ olim *Bracata* à genere vestium dicta fuit (altera Gallia *Transalpina Comata* erat) à *Narbona* oppido sic appellata, continuitque *Languedocium*, *Sabaudiam*, *Delphinatum*; & *Provinciam*, ut hodie vocantur. *Montan. in lib. 7. Cæs. de Bell. Gall. pag. 337. Sabaudia, Delphinatus, & Provincia*, unâ cum *Burgundiæ* comitatu & tractu *Helvetiorum*, fuere post regni *Arelatensis* (ut totum istud regnum fuerit tractus inter *Alpes* & *Rhodanum* ac *Ararim* *Limn. de jur. publ. lib. 1. c. 9. n. 9.*) quod *Otto 1. Imperator* Imperio rufus adjecit (*Bert. Atl. min pag. 216. Munsterlib. 2. cosmog. vide tamen Limn. de j. publ. lib. 4. c. 9. n. 9.*) *Carolus IV.* unius gratia prandii perdidit. *Linn. d l.*

*Provincia hæc Romanorum facta est* longo tempore post captam *Hispaniam*. *Onuphrius d. lib. pag. 132. M. Plautio Hypsæo*, inquit, & *M. Fulvio Flacco Coss. annis U. C. 628. primum cum Gallis trans Alpes dimicatum est. Salyes papuli hujus belli auctores fuerunt, cum Massiliensium, sociorum*

siorum pop. Romani, fines invadissent. Salybus accesserunt Arverni, Ruteni, & Allobroges; quibus quadriennii spacio subactis bellum finitum est. Cæsar lib. 1. de bel. Gall. Arvernos & Rutenos à Q. Fab. Max. superatos ait, at ignovisse illis populum Romanum, neque in provinciam redegisse, neque stipendium imposuisse. Non fuerunt itaque hi de provincia Narbonensii de qua idem Cæsar d. l. 7. Critognatum Gallum, summo in Arvernibus natum loco, & magnæ habitum auctoritatis, ita loquentem repræsentat: *Respicite finitimam Galliam, quæ in provinciam redacta, jure & legibus commutatis, securibus subjecta, perpetua premitur servitute.*

*Provincia*] De provinciæ nomine ita Sigonius d. lib. 1. c. 1. *Provincia*, ait, nomen tribus modis populus Romanus, totius hujus rationis auctor, accepit; uno pro regione, quam aut armis devictam, aut quocunque modo in potestatem adductam, ipse magistratui suo administrandam subjecit; altero, pro quacunque regione, in qua bellum Romanus imperator administravit; tertio pro quacunque publici muneris administratione. Prima significatio propria est hujus verbi, & hujus loci. *In provinciam*, vel *in provinciæ formam redigi*, dicebatur ditio, quæ *jus provincialis*

*ciāle* à pop. Romano accipiebat. Rationem redigendi in provincium amplius exponit *d. loco* Sigon. Cùm nempe populi ac Civitates non eodem modo se adversus pop. R. gesserant omnes, propterea neque eodem omnes pacto tractatos esse, verum pro suis quosque meritis leges accepisse. Quo factum sit ut ali vectigales, alii immunes relictī, alii libertate, alii servitute affecti sint: servitutem hanc in eo positam fuisse, quòd legibus & magistratibus Romanis obtemperare jussi sint: qui suis legibus magistratibusque relictī, hos liberos, & fœderatos appellatos fuisse, quanquam & horum aliqui ex fœdere quidpiam debuerint. Hujus rei arbitrium initio penes senatum fuisse; qui acceptis ab imperatore de superatis hostibus, & regione in potestatem adducta literis, de mulcta ac præmiis eorum, qui victi essent, consultarit, quidque sibi videretur, imperatorem admonuerit, decem vel quinque legatis senatoribus ad eum missis, ut ex eorum sententia de victis, eorumque regione statueret. mandatis acceptis Imperatorem, aut ex certa Senatus voluntate, aut de cõmuni legatorum sententia, victis gentibus aut ignovisse, aut in provinciz formam ditionem earum redegisse, ademptis aut immutatis legibus pristinis, magistratui Romano quotannis mittendo illis addictis ac subjectis: hac ipsa tamen in re civitatum defectu habito ex merito cujusque singulari, Quæ verò cum de  
 univërſa



universa regione, tum de singulis civitatibus, populisque constituta erant, ea in concione, silentio per præconem facto, imperatorem ferè præconi pronuncianda mandasse, ac denique Romam, relicto provinciæ præfecto aliquo recessisse.

*Totidem prætores provinciales, quot provinciæ in ditionem venerant, creati*] Ad numerum igitur quatuor, quas retulit, provinciarum, quatuor prætores provinciales duobus, qui jam in Urbe erant, *Urbano, & Peregrino*, additi; ut sex essent prætores ex isto tempore, secundum Auctorem nostrum. At aliter de numero prætorum aucto docet Livius. Is *lib. 20.* (ut testatur quæ superest, ejus epitome) prætorum numerum ad quatuor ampliatum esse scripsit, post bellum Illyricum, paulo ante initium belli Punicæ secundi, quod cepit anno U. C. 534. Idem *lib. 32. c. 27.* à S. Ælio Coss. (is una cum T. Q. Flaminio in Consulatu fuit anno U. C. 556. secundum Onuphr. juxta alios uno vel altero citius aut tardiùs) comitiorum causa Romam ex Gallia reverso, cum Coss. C. Cornelium Cethegum & Q. Minutium Rufum creatos dixisset, subjungit: *Biduo post prætorum comitia habita. Sex prætores illo anno primùm creati, crescentibus jam provinciis, & latius patefcente imperio. creati autem hi; L. Manlius Volso, Cn. Sempronius Tuditanus, M. Sergius Silus, M. Helvius,*

Vius, M; Minutius Rufus, L. Acilius. Et mox: Cn. Cornelio & Q. Minutio Consulibus omnium primùm de provinciis Consulibus prætorumque actum. prius de prætoribus transacta res, quæ transigi sorte poterat. Urbana Sergio, peregrina iurisdicctio Minutio obtigit. Sardiniam Acilius, Siciliam Manlius, Hispaniam Sempronius citeriorem, Helvius ulteriorem est sortitus. Ex hoc loco apparet, tum, Hispanium duos prætores habuisse, tum, jam dudum, nec minus 76. annis antè, quàm Narbonensis provincia accesserit, sex Romæ prætores creatos fuisse.

Rursus & hoc proditum est, ante Narbonensem Galliam, præter Siciliam & Sardiniam, etiam alias quæritas esse populo R. extra Italiam provincias. Gallia Cisalpina anno U. C. 531. Coss. M. Marcello, C. Corn. Scipione, & rursus post varios motus & maximos conflictus, an. 566. à M. Emilio Lepido Coss. in provinciam redacta. Venetorum & Carnorum ditiones quando bello subjugatæ, in potestatem sædusque Romanum venerint, in obscuro est. v. Sigon. lib. 1 de ant. j. Ital. c. 25. Accensæ illæ post Gallie Cisalpinæ. Asiam, Aristonco, Eumenis regis Pergami filio notho, post mortem Attali, ejusdem Eumenis filii legitimi, qui beneficio S. P. Q. R. regnaverit, moriens-

que

que testamento populum R. hæredem scripserat, regni, velut paterni in vasore, fuso & capto, M. Aquilius Coss. in provinciam redegerat (an. U. C. 624. al. 625. vel 621.) *aut. Strabone. Et Macedoniam* devicto *Andrisco*, homine infimæ fortis (Liv. *epit. lib. 49.*) sed ex forma regia, quâ Philippum referebat, nomen regium, quod & animo regio implebat, mentito (Pseudophilippum dixere) Q. Cæcilius Metellus prætor, inde *Macedonicus* dictus, servitute multarat, ait Florus *lib. 2. c. 14.* Factum id an. U. C. 607. Onuph. *d. lib. pag. 126. 127.* Nec minus *Africa*, h. est, regio universa, quam Carthaginenses illic possederant, Carthagine bello Punico tertio deleta à P. Scipione Africano minore, de cem legatis Romæ missis, provincia facta fuerat circa idem tempus. Ex Vell. Strab. Appiano & Rufo, Onuphr. *ibid. pag. 129. & seq.* ubi addit, Africam provinciam à prætoribus primum, deinde ab anno 636. Consulibus administratam esse. Etiam *Achajam* eodem anno à L. Mummius Coss. Corintho, quod illic Romanorum Legati violati essent, excisâ, Thebis quoque & Chalcis dirutis, provinciam factam, probat *d. l. pag. 130. & seq.* Onuphr. Item *Illyrici* magnam partem, tum eam maximè, quæ maritima, ad provinciæ jus redactam anno circiter 626. refert ex Appiano Sigon. *d. lib. 1. c. 7.* idemque Sigon. de cæteris istis videri potest *eod. lib. c. 8.*

c. 8. 9. 10. Evincitur, parum fidei deberi Auctori nostro, undecunque illius relationem aspicias. Notandum obiter.

(1) non tantum prætorias ( h. est, ad quas regendas prætor mitteretur ) sed & Consulares, quæ à Consulibus administrarentur, fuisse provincias; neque easdem semper tales mansisse, sed nunc inter prætorias fuisse, quæ antè à Consule recta fuerat, nunc contra, prout res exigere videretur.

(2) Sortitos inter se fuisse prætores, inque sortem utramque in Urbe jurisdictionem, & provincias coniecisse.

(3) Fuisse & prorogatas provincias quandoque iis, qui uno anno præfuerant, ac tum, qui Consules rexerant, *proconsules*, qui prætores *proprætores* appellatos fuisse: uti & tunc cùm qui domi vel jurisdictionem, vel quæstionem, prætores exercuerant, sequenti anno in provincias iverint. de quo paulo post Licet posterioribus reip. temporibus multo aliter hæc se habere cæperint ex SCtis & legibus novis. Ita L. Gellium *ex prætura proconsulem* venisse in Græciam, scribit Cic. *lib. 1. de leg. c. 53.* Ita C. Confidium *proconsulem* profectum in Africam ait idem pro Lig. qui non fuit consularis. quanquam Pigh. ad an. 703. hunc *proprætorem* Africæ dicat.

(4) *Quæstorem* fuisse in provinciis omnibus præter Consules aut Prætores, curandæ pecuniæ publicæ

publicæ, cùm illius quæ in viaticum & stipendium exercitus rectori provinciæ decreta, ex ærario depromta erat, tum illius potissimum, quæ ex vectigalibus & tributis colligenda, inque ærarium inferenda esset: In *Sicilia* sola, quòd *duplex* fuerat, *duos* fuisse, unum *Lilybei*, *Syracusis* alterum: porrò, cùm legitimus quæstorum numerus in annum, populi suffragiis creatus esset, hos urbanam quæsturam (cui duo præerant) & provinciarum, sortitos esse, more prætorum: denique, necessitudinem quandam præsidi sive rectori cujusque provinciæ, cum suo quæstore cultam, sic ut is quæstori *patris*, hic illi *filii* loco esset.

(5) Rectores, vel præsides, provinciarum, comitatum quendam habuisse, adjutores, ac ministros, quos & usus ratioque provinciæ, & ipsa magistratus dignitas, reipublicæque majestas postularet: in hoc comitatu fuisse, legatos, tribunos militum, centuriones, præfectos, decuriones, aliosque militari rei addictos, præterea scribas, accensos, præcones, lictores, interpretes, tabellarios, aruspices, cubicularios, medicos, *cohortem prætoriam* (manum meliorum militum, qui à prætore seu præside non discedebant) & *contubernales*, h. est, adolescentes, qui rei militaris percipiendæ & provinciæ cognoscendæ gratiâ aderant rectoribus, familiariter cum illis vivebant, lateribusque eorum adhærebant.

Deni-

(6) Denique munus rectorum præsidumve provinciarum in tribus fuisse, *jurisdictione curatione* (ad rem frumentarium, tributariam, vectigalium, & viariam pertinentem) & *imperio militari*. De omnibus hisce, & pluribus aliis huc pertinentibus, videatur Sigon. *de ant. j. prov. lib. 2. per tot. Onuph. d. comm. pag. 66. Rosin. antiquit lib. 8 c. 42.*

Deinde Cornel. Sylla *questiones publicas constituit*] jam supra, ad §. 23. ex Tullio indicatum est, an. U. C. 605. al. 604. L. Marcio Censorino & M. Mamlio Coss. L. Pisonem trib. pl. primum *questionum perpetuarum* (hæ enim hic indigitantur) auctorem fuisse, & de *pecuniis repetundis* legem tulisse, ut ex prætoribus iis qui provincias sortiri soliti erant, unus provinciarum loco questionem repetundarum Sortiretur, eique per annum in urbe præesset. Non igitur Sylla, 70. ferè annis post Romæ potens, primus illas induxit, licet & priorum aliquas repetierit, auxerit, & alias adjecerit. Dico, *priorum aliquas*; nam ante Syllam quatuor saltem fuerunt questiones perpetuæ, *de repetundis, de peculatu, majestatis, & de ambitu*, ut prolixè docuit Sigon. *lib. 2. de judic. c. 4. 27. 28. 29. 30.* Quid circa eadem illa judicia publica fecerit Sylla, iisdem locis apud Sig. videre est. Cumque antè prætores sex, duas domi jurisdictiones, urbanam & peregrinam, itemque provincias prætorias foris gubernandas, forti-

fortirentur, deinceps, post quatuor inductas quæstiones perpetuas, duæ jurisdictiones & quatuor quæstiones in sortem conjectæ, præturâ verò Romæ exactâ, ad finem anni provincias prætores sortiti sunt *pro prætoribus* à se administrandas. Quemadmodum verò & antè quandoque binæ jurisdictiones, & binæ provinciæ singulis sunt tributæ, sic posthac & binæ jurisdictiones. & binæ quæstiones singulis, & jurisdictio peregrina cum quæstione uni, & una quæstio (*de sicariis*) duobus, ex SC.to commissæ sunt. Prætor urbanus à quæstione exercenda fuit immunis. Eleganter & clarè hæc & Sigon. *d. loc.* & Onuphr. *lib. 1. factor.* pag. 108. & seq. exsecuti sunt.

*Veluti de falso, de parricidio, de sicariis* ] Ita habet Florentina lectio. Interpretes ferè omnes legunt [*veluti de falso, de parricidio, de sicariis, de injuriis*] Sigonius *de judic. lib. 2. c. 4. pag. 451. in pr.* verba quasi Pomponii refert [*de sicariis, veneficis, falso, & parricidio*] Corasius, hunc locum, quòd sciret, judicium de injuriis privatum esse, se diu multumque distorsisse dicit, miraturque conniventiam scriptorum, qui hunc salebrosam locum tam bellè dissimularint. reponendum censet, *de repetundis*, cum & *repetundarum* legem à sylla latam constet. Patet, Corasio Florentinam lectionem incognitam fuisse. At tamen & Cujacius *legem Corneliam de injuriis*

in Flor. lectione deesse notat, cum probabile sit, tot fuisse quaestiones publicas constitutas, quot fuerint adjecti praetores, & praetoris de injuriis mentio existet in *l. si quis injuriam. 35. ff. de injur.* Contra, ad actionem injuriarum esse *L. Cornelia procuratorem dari posse; nam, et si pro publica utilitate exercentur, privatam tamen esse, scriptum l. 42. §. 1. ff. de procurat.* Sanè, ut de furto & aliis naturam suam privatis delictis, etiam extra ordinem quis queri potest, *l. ult. ff. de furt. l. ult. ff. de privat. del.* sic & de injuriis, etiam aliis, quam quae *L. Cornelia vindicantur. l. fin. ff. de injur.* quod cum fit, & in crimen subicitur, & alia omnia constant more publicorum judiciorum. *ad. ll. Conf. Jul. Paul. sentent. lib. 5. c. 4. §. mixta.* Nec tamen vel quaestionem certam, praetoremque singularem, magis de injuriis, & injuriis quaerendis, constitutam, ulpianam invenias, quam de furtis, neque *d. l. 35.* quae praetoris meminit, illicò de praetore quaestioni isti singulari praeposito exaudienda est.

Sufficere etiam tres expressae quaestiones, *de falso, de parricidio, de sicariis*, possunt. neque enim certum confectarium est: a numero praetorum, constitutorum ad numerum quaestionum. nam & plures quaestiones uni datas; & *de sicariis* quaestionem in duos praetores divisam, supra indicatum est.

*Et praetores quatuor adjecit.] Duos, non*

Q

qua-



quatuor, à Sylla fuisse adjectos, ex Cicerone & aliunde probant Sigon. *d. c. 4.* & penficulatiùs Onuphrius *d. loco.* Octo namque prætorez fuisse, cum de reditu suo lex lata fit, prodidit Cic. *orat. pro Mil. in Pison. pro Sextio, & post reditum in senatu.* Et decem prætorez, ut pluribus *gratiam* referre posset, C. Iul. Cæsarem fecisse, testis est Dio *lib. 42.* Quod si Sylla sex prætorez quatuor adiecisset, is decem prætorez auctor foret, non Cæsar; hic a. adhuc duos addenda, non decem demum, sed duodecim effecisset; quod & Auctor disertè dicit. Ciceronis relationem quod attinet, potuissent isto anno tantùm octo fuisse, si lex *Bæbia* (lata, ut Pigh. *annal. lib. 10. pag. 275. lib. 11. pag. 339. suspicatur, anno V. C. 561.*) qua alternis annis quaternos, cùm antè seni quotannis crearentur, prætorez constitui iustum fuerat, undeque Liv. *lib. 40. c. 44. Q. Fulvio & L. Manlio Coss.* (anno juxta Pigh. 574.) quatuor demùm creatos narrat, adhuc in usu fuisset; quod, aucto prætorez numero planè inconcinnum & improbabile est. vel cum Sig. & Muræto existimandum esset, Senatùm pro arbitrio increandis prætorez variasse, & modò plures, modò pauciores esse voluisse. quod tamen in conjectura positum, salvando auctori nescio adhibetur, absque fide historie. Ac idem utrumque tamen confunderet ~~negationem auctoris nostri de sorte Præto-~~  
rum

rum per tempora numero. Neque salvatur auctor contra Dionem.

*Deinde Gajus Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales, constituit. Ita duodecim prætores ] De ædilibus Cerealibus à Cæfare additis supra dictum. & proximè item de duobus prætoribus, decemque constitutis. Etiam Dio lib. 43. ad ann. 709. à Cæfare quatuordecim, & ad ann. sequentem, 16. prætores constitutos memorat.*

*Dixit deinde Augustus sedecim prætores constituit ] Augustum prætorum numerum auxisse, scribit Sueton. in Aug. c. 37. sed non addit, in quem numerum, quotque adjecerit. Onuphrius d. loco, 12. ait ab Augusto factos. idque colligit ex illo Taciti lib. 1. annal. c. 14. [ Candidatos præturæ duodecim nominavit, numerum ab Augusto traditum, & hortante Senatu, ut augetet, jurejurando obstrinxit, se non excessurum. ] At istud ad numerum prætorum, ( quicquid Onuphrius, quem sequitur Bachovius, sentiat ) non pertinet, sed ad numerum candidatorum Principis, h. est, quos ipsi Principes nominabant & commendabant.*

*Confirmat hoc alius Taciti locus, lib. 2. ann. c. 36. Censuit ( Gallus ) in quinquennium magistratum comitia habenda, ut-*

que legionum legati, qui ante præturam eâ militiâ fungebantur, jam tum prætores destinarentur; princeps 12. candidatos in annos singulos nominaret.

Nec obest, quod Onuph. movet, quòd Tacitus d. lib. 1. c. 15. mox subjicit, [moderante Tiberio, ne plures, quàm quatuor candidatos commendaret, sine repulsa & ambitu designandos] Nam hoc significat, cum princeps 12. candidatos, numerum ab Augusto traditum, nominasset, id moderamen tamen adhibuisse Tiberium, ut non plures quatuor sic, ut scribit, commendaret. Porro 16. prætores jam à C. Julio Cæs. factos, ex Dione ostendimus. Attamen & minuisse numerum prætorum, & decem constituisse Augustum, quod pluribus opus non haberet, scribit Dio *sub fin. lib. 53. ad ann. V. C. 731.* Item *lib. 56. ad ann. 764.* ait, *Augustum prætores sedecim, cum tot eum magistratum petiissent, quorum tum offendere nullum voluisset, fecisse; posterioribus a. deinceps multis annis tantum 12. fuisse.*

[Post deinde Drv. Claudius] Nihil hic auctor de Tiberio, cujus tamen temporibus modò auctum, modò minutum fuisse numerum magistratum, & anno U. 786. quo Serg. Galba (post Imperator factus) & L. Corn. Sylla, Consules fuerint, quindecim prætores multisque

tisque deinceps annis modò 16. modò uno aut duobus plures paucioresve fuisse, refert Dio lib. 58.

*Duos prætores, qui de fideicommissis jus dicerent*] Ne hoc quidem satis expeditum est. Suetonius in Claud. c. 23. Jurisdictionem, inquit, de fideicommissis, quotannis, & tantum in urbe, delegari magistratibus solitam, in perpetuum, atque etiam per provincias potestatibus demandavit. Quibus verbis proculdubio id continetur, quod Iustinianus §. 1. Inst. de fideicommiss. hered. ait, paulatim conversum esse in assiduam jurisdictionem: h. est, inquam, ut, cum antè vel in singulis negociis, vel quotannis, cognitio de fideicommissis magistratibus mandaretur, deinceps magistratus vi suæ jurisdictionis illam obtinerent. Nihilominus extraordinem prætores de fideicommissis jus dixisse, non ex formula, & judice dato, ostendit Ulp. in fragm. tit. de fideicommissis, §. 11. item in l. 178. §. 2. ff. de V. S. Assidua jurisdictione jam constituta, paulatim demùm proprium prætorem creatum fideicommissarium, docet ipse Imperator d. §. 1. Et unius facit mentionem, non duorum. nec plurium mentio est omnibus locis juris nostri, qui hujus præturæ meminerunt; veluti l. 78. §. pen. ff. de leg. 3. l. 92. in pr. ff. de condit. & demonstr. l. pen. in f. ff. quib. ad libert. procl. non. lic. l. 2. C. qui pot. in pign. Sane etiam illo tempore, quo prætor fuit fideicommissarius

**F**arius, nihilominus & Consules de fideicommissis jus dixisse, indicat relatus locus ex fragmentis Ulp. *Cognitio est, inquit, Roma quidem Consulis aut Prætoris. Et Quintilian. lib. 3. c. 6. Non debes, ait, apud prætorem petere fideicommissum, sed apud Consules. major enim prætoriam cognitione summa est.* Quo ex loco colligitur, fideicommissorum jurisdictionem partitam fuisse inter prætorem, ad certam summam jus dicentem, & Consules, ad quos majoris fideicommissi cognitio pertinuerit. Et hinc explicandum quidam existimant Auctorem nostrum, cum de duobus prætoribus fideicommissariis loquitur. Credendum itaque tunc fuerit, Consulem alterum etiam prætorem fideicommissarium fuisse, idque nomen gessisse.

*Ex quibus unum divus Titus detraxit ]* Hoc Auctoris nostri fide constat, cum alibi non reperitur.

*Adjecit unum D. Nerva, qui inter fiscum & privatos ]* Neque hoc quisquam prodidit alius. Gotofred. in l. 42. *de jure fisci* hunc confundit cum prætore ætarii de quo supra ad §. 22. in f. Cujacius hic, duos alios à secutis Principibus adjectos dicit, prætorem tutelarem, & alium, cujus de *liberalibus causis* jurisdictio esset. Tutelaris prætoris meminit Jul. Capitolinus c. 4. eumque tribuit M. Antonino Philosopho: *Prætorem, inquit, tutelarem primus fecit, cum antè tutores à Consulibus postulerentur, ut de tutoribus*

*toribus diligentius tractaretur.* At Iustinianus §. 1. *Inst. de Attil. tut.* prætoris tutelaris non meminit, cum ait, *prætores ex constitutionibus post Consules pupillis tutores dedisse*; ut vult Bach. hic: quod clara totius textus lirera probat. Alterius liberalium causarum prætoris nullo ex loco juris nostri iusta probatio est. Sed nec aliam auctoritatem Cujacius adduxit.

*Ita decem & octo prætores in Civitate jus dicunt.* ] An calculus ille rectè se habeat, ex dictis intelligere est. Ex erroneis præmissis quod infertur, ejusmodi quoque est.

*Ius dicunt* ] Et Muretus, & Balduinus, hoc notat, & putat uterque, Auctorem improprie ita loqui, cum neque prætor ipse extra ordinem cognoscens & judicans, neque questionem exercens, rectè aut proprie *jus dicere* diceretur. *Ius dicere* igitur illis est, *actionem dare, judicium aut judicem dare, vindicias dare vel dicere, satisfactionem, vadimonium accipere, multam dicere, rem addicere, sententiam judicis exsequi, omninoque ea facere, que sunt prætoris ordinario more procedentis.* At meritò Bachovius hic istam censuram *vanam* vocat & *inanem*. Nam & hoc sequeretur, prætores cognoscendo & judicando nullam partem jurisdictionis *sue* exercuisse; quod in civilibus causis fuerit absurdum dictu. v. l. 88. *ibi. ex jurisdictione pendens questivus est.* ff. de solut. Ita in l. 1. ff. de extraord. cog-

nt. Ulp. quater ait, *prætozem in causis illic tractatis extraordinem jus dicere*. Sic & l. 1. in f. de off. procons. Et Sueton. in Claudio, loco autè citato, *jurisdictionem vocat de fideicommissis*. nec minùs Imperator d. §. 1. Inst. de fideicommiss. *hered. assiduam de fideicommissis jurisdictionem memorat*. Item Antoninus in d. l. 2. C. qui pot. in pign. si decreto, inquit, *prætoris, qui de fideicommissis jus dicit, in possessionem inductus estis*. In criminum causis sive quæstionibus publicis, *jurisdictio*, specialiter sic pro ea que *causarum civilium & privatarum est, & magistratus jure competit*, appellata, non exercetur quidem; at ampliore tamen & generali significato, qui itidem juris est, & *jus dicitur, & jurisdictio exercetur*. Ita suprâ, *jus dicere de capite civis Romani*, dixit auctor noster. Ulp. in l. 1. pr. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd. Videntur, inquit, *magistratus errare, qui, cum publici judicii habeant exercitationem, jurisdictionem suam mandant*. Nisi enim hic *jurisdictionis* vocem ad publici judicii exercitationem referas, inconvenienter ita locus locutus fuerit.

33. Et hæc omnia, quoties in Republica sunt Magistratus, observantur: quoties autem proficiscuntur, unus relinquitur qui jus dicat. is vocatur **PRAEFECTUS VRBI.**  
qui

qui Præfectus olim constituebatur, postea ferè Latinarum feriarum causa introductus est, & quotannis observatur. nam PRAEFECTUS ANNONAE, & vigillum, non sunt Magistratus: sed extra ordinem, utilitatis causa constituti sunt. & tamen hi, quos *Cistiberes* diximus, postea AEDILES senatusconsulto creabantur.

*Et hæc omnia, quoties in rep. sunt magistratus, observantur. ] In republica dixit pro, in urbe. ita Salust. in bell. Catilin. de Pisone in Hispaniam citeriorem pro prætore misso. Senatus, inquit, sedum hominem à republ. procul esse volebat. Et Tacit. lib. 16. ann. c. 33. Montanus, ait, patri concessus est, prædicto, ne in republ. haberetur. Et in urbe potissimum populus erat Romanus, dominus omnis imperii; & Senatus illic erat, agebantur comitia, creabantur magistratus, domicilia habebant, sortiebantur provincias, rationem reddebant administrationis suæ; illic triumphi, præmia, pænæ; illic exterorum legati audiebantur, illinc ad externos legati mittebantur; illic belli atque pacis arbitrium; illinc educebantur, illuc recedebant.*



exercitus ; illic ærarium & pecunia publica ;  
 illic juris omnis , consiliorum de republica ,  
 decretorumque & imperii officina ; denique  
 illic deorum , quos colebant Romani , templa,  
 sacra omnis generis & sacerdotia erant : ut me-  
 ritò *reipublica sedes urbs Roma* censeretur.  
 Conf. Pet. Fab. *Semestr. lib. 1. pag. 171.*

Observari autem dicit auctor hæc omnia ,  
 quoties in urbe adsint magistratus , minùs accu-  
 ratè , ut patet. Rectiùs totum hoc omisisset  
 & illicò causam constituendi & munus *pre-*  
*fecti urbi* subjecisset. Sed nec cætera cohærent ,  
 quæ sequuntur.

*Quoties a. proficiscuntur , unus relinquitur ,  
 qui jus dicat. ss vocatur prefectus Vrbi ]* De præ-  
 fecto urbi jam suprà , §. 15. actum. De eodem  
 videre operæ precium est Taciti locum *lib. 6.  
 ann. c. 10 & 11.* cujus tamen antè quoque  
 particulam retulimus. Is ita inter laudes L. Pi-  
 sonis Pontificis , *præcipua* , inquit , *ex eo glo-*  
*ria , quòd prefectus urbi , recens continuam*  
*potestatem , & insolentia parendi gravio rem*  
*mirè temperavit.* Namque antea *profectis*  
*domo Regibus , ac mox magistratibus , ne*  
*urbs sine imperio foret , in tempus delige-*  
*datur , qui jus redderet , ac subitis mede-*  
*retur. feruntque , ab Romulo Drentem Ro-*  
*mulium , post ab Tullo Hostilio Numam*  
*Marcium , & ab Tarquinio Superbo Sp.*  
*Livertium impositos , deim Consules manda-*  
*bant.*

bant. duratque simulacrum, quotiens ob  
 ferias Latinas praeficitur, qui Consulare  
 munus usurpet. Caterum Augustus bellis  
 civilibus Cilnium Maecenatem equestris ordi-  
 nis cunctis apud Romam atque Italiam praeposuit. mox rerum potitus, ob magnitudi-  
 nem populi, ac tarda legum auxilia, sum-  
 sit e consularibus, qui edderet servitia, et  
 quod civium audacia turbidum, nisi vim  
 metuat. primusque Messala Corvinus eam  
 potestatem, et paucos intra dies finem acce-  
 pit, quasi nescius exercendi. tum Taurus  
 Statilius, quanquam proventa aetate, egre-  
 gie toleravit. dein Piso 20. per annos pa-  
 riter probatus, publico funere ex decreto  
 Senatus celebratus est. Haec Tacit. Patet  
 ex hoc loco, & quale olim sub Regibus, item  
 Consulibus, fuerit munus praefecti urbi, &  
 quale postea occupata Republica ab Augusto  
 factum: olim extra ordinem & absentiae ce-  
 terorum magistratum causa constitutum, cu-  
 jus etiam sua adhuc aetate simulacrum esse di-  
 cit Tacitus, in eo qui ob ferias Latinas Con-  
 sulari interim muneri obeundo creetur: Augu-  
 stam fecisse potestatem continuam, planeque  
 alias administrandi partes attribuisse. Sed &  
 hoc inde patet (quod & Muretus annotat) ali-  
 um omnino fuisse illum urbi praefectum, qui  
*Lat. feriarum causa* crearetur (cujus & menti-

mit Gell. *lib. 15. c. ult.* disputans, an jus habeat vocandi senatus, cum ipse senator non sit) ab illo Augusti perpetuo, quem Tribonianus nobis descripsit *tit. 12. lib. 1. Pandectarum*. Ille enim ferius finitis, reversisque in urbem magistratibus, deponebat officium; hic sumtam semel potestatem perpetuò possidebat. Præfecturæ urbis ab Augusto institutæ, etiam meminit Sueton. in *Aug. c. 37*. Et cum hæc perpetua præfectura Pomponii tempore fuerit, multoque insignior alterâ illâ quatuor dierum umbratili; miram, hoc loco tacuisse Pomponium, si is hujus contextus auctor sit.

*Qui præfectus olim constituebatur* ] delenda sunt potius verba hæc, quàm unum duntaxat mutandum. Nam &, si pro, *præfectus*, legatur, *profectus*; ut vult Muretus, jam antè id fuerat dictum:

*Feriarum Latinarum causa* ] Feriæ hæc in memoriam antiquissimi fœderis cum Latinis icti celebrabantur, à Tarquinio Superbo institutæ. De his ita Dionysius *lib. 4.* postquam Tarquinium cæso ad instigationem sceleratissimæ uxoris filie Regis, Servio Tullo, sacro suo, Latinorum obsequium ex fœdere olim cum Tarquinio, Prisco peracto, cujus vim illi morte Regis exspirasse crediderant, quasi jure sibi afferentem ac vindicantem, in concilio ad forum Ferentium quod indixerat, Turnum Hardonium, virum inter Latinos egregium & poten-

potentem., insigni flagitio innocuum oppres-  
 sisse, comparataque inde dolo nequissimo de-  
 lusorum Latinorum benevolentiam, principem  
 eorum cum ea potestate, quam quondam avus  
 ipsius Tarquinius Priscus; deinde Tullius fue-  
 rat, factum, incisumque in columnas fœdus  
 pristinum, & jurejurando firmatum, commem-  
 morasset; *Ut sempiternum*, inquit ver-  
 bis interpretis, maneret fœdus, Tarquinius  
 commune Romanorum, Latinorum, Her-  
 vicorum, item Volscorum, eorum quidem,  
 qui in fœdus scripti erant (h. est. Ecetrano-  
 rum & Antiatum, qui soli ex Volscis ac-  
 cesserant) sanum designare statuit, quò nun-  
 dinatum unaque epulatum quotannis conve-  
 nirent, fruerenturque sacris communibus.  
 Gratum id fuit omnibus, locus conventus  
 præstitutus in meditullio ferè harum gen-  
 tium, mons altus Albanis imminens, ubi  
 singulis annis ferie celebrarentur: eoque  
 temporis spacio nemini ab altero vim fieri o-  
 portere lege sanxit; sacrificia, peragi com-  
 munita Latiali Iovi, quasque epulas exhibere  
 ad sacrificium unamquamque urbem oport-  
 eat, quam item portionem quamque reci-  
 pere, constituit. Earum feriarum participes  
 fuerunt populi quinquaginta, minus tribus,  
 quas nostris quoque etate Romani agitant.

Lat-

*Latini vocantes; conferuntque in eas populi sacrorum participes, quidam agros, quidam caseos, quidam lactis certum modum, quidam liba lactaria. Victima est taurus unus communis omnium, unde statutam partem quaeque urbs accipit. sacrificatur a pro omnibus, & Romani praesunt sacrificio. Haec isto loco Dionysius. Fuere a. feriae conceptivae, unius primum diei; post exactum Tarquinum, illarum auctorem, diem alterum populus addidit; post conciliatam plebem ex prima secessione tertius adjunctus est, docentur id eod. historico lib. 6. Denique quartus dies accessit post rem de consulatu plebi communicando compositam, auctore Liv. in f. lib. 6. & Plut. in Camillo. Latiar vel Latiare, quoque dictum fuit hoc solenne. Maerob. lib. 1. saturn. c. 16. Consules paludatos nunquam in provincias ivisse, antequam ferias Latinas indixissent, eisque in monte Albano unam cum Latinoorum magistratibus operam dedissent, constat ex Liv. lib. 21. c. 63. & Dione lib. 46. ubi annotat, quotiescunque id non observatum sit, pernicie Consulum fctisse.*

Porro ad peragendum hoc solenne sacrum omnes Romae magistratus exivisse, etiam Tribunos plebis, quibus alias ne pernoctare extra urbem

urbem fas fuerit, scribit Dionys. lib. 8.

*Nam praefectus annonae* ] Illud, *Nam*, quod pertineat, & cuius rei ratio exprimatur, non apparet. Fortè hoc ignuere voluit, feris Latinis, vel alio tempore, magistratus ab fuisse, licet praefectus annonae, item vigilum, in Urbe fuerint. quòd in magistratum numero non censerentur.

Annona significat, quicquid ad alimoniam five ad victum pertinet. l. 6. ff. de extraord. crim. t. t. ff. de L. Iul. de annonae. l. un. C. de annonis & capitatione. annona publica, l. 1. ff. illotit. annona civilis. l. 14. pr. C. de sacros. eccles. annonam arctiorem praebere, h. est, minùs populo praebere, quàm oportet. l. 17. ff. de compensat. annonaria collatio. l. 1. C. de praeser. 30. annor. *Praefectus annonae* dicebatur, qui utilitatis publicae causam extra ordinem annonae praeficiebatur; in hanc curam, ne plebs annonae inopia & caritate laboraret, ubique panis copia esset, isque pondere justo ac debita bonitate venisset; & ut querulos de annonae audiret. l. 13. ff. de accusat. Ejus mentio etiam est apud Liv. lib. 4. c. 12. *Postremo*, inquit, *perpulere plebei non adversante senatu*, ut *L. Minucius praefectus annonae crearetur*. & mox: *annona levata non immeritam & gratam & gloriam tulit*.

*Et Vigilum* ] *Praefectus vigilum* ab Augusto institutus est, teste Paulo in l. 1. c. f. l. 2. l. 3. ff. de

*ff. de off. pref. vig.* Et Dio lib. 55. ad ann. V. C. 759. Cùm, inquit, per id tempus multa in Vrbe incendiis perissent, libertini generis homines locis septem ad ea curanda constituit, & equitem eis præfecit, eo consilio, ut exiguo tempore illorum operâ uteretur. Verùm, cùm experiendo cognovisset, præsidium illud & utilissimum, & maxime necessarium esse, retinuit; suntque nostrâ etiam ætate nocturni hi custodes, non ex libertinis tantùm, verùm etiam ex aliis militibus; murosque in Vrbe tenent, & mercedem ex publico accipiunt.

Meminit & hujus instituti Augusti Sueton. lib. 2. c. 30. *Adversus incendia*, inquit, *excubias nocturnas, vigilesque commentus est.*

*Non sunt magistratus, sed extra ord. utilitatis causâ constituti sunt.*] Præfectum annonæ jus dicere. ostendit d. l. 13. *de accusat.* & magistratum disertè nominat Liv. d. c. 12. *Vt L. Minucius*, ait, *præfectus annonæ crearetur, felicior in eo magistratu ad custodiam libertatis futurus.* sed & præfectum vigillum cognovisse de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus, nisi si qua tam atrox, tamque famosa persona fuerit, ut præfecto Urbis remittatur, scribit Paul. in l. 3. *ff. de off. pref. vig.* item in *f. leg. judicem* ait *constitutum adversus capsarios*; omninoque toto isto titulo munus ipsius ita, ut magistratum id ostendat, de.

describitur. Et in capitalibus causis auctoritate sua statuere præfectum vigilum, vetat *l. un. C. de off. præf. vig.* minores ad eò illi permittens.

*Extra ordinem utilitatis causâ constitutos ait.* At hoc non impedit, quò minus sint magistratus. nam & *Xordinarii* magistratus sunt. Dictator, quæstoresque parricidii, extraordinarii sunt, & tamen inter magistratus relati. Est hoc ita; et nihilominus observatum, & alibi *magistratus* opponi illis qui *extra ordinem Jus dicunt*; ad eòque *magistratus* nomen aptari solis ordinariis seu legitimis. *v. l. 7. inf. de off. præcons.* Porro præfectus vigilum Augusti, primùm quidem pro occasione ad tempus constitutus, post perpetuam & ordinariam functionem adeptus fuit, ut patet ex dictis.

*Et tamen hi, quos Cistiberes &c.]* Quid sibi velit auctor his verbis, vix OEdipus intelligat. Zafius dividit verba, & putat, hoc significari, *Cistiberes* (qui quidem illi quinqueviri sunt cis & uls Tiberim curantes, de quibus actum) licet magistratus non fuerint, tamen à senatu creatos; sic & ædiles, licet antè à populo, post senatus consulto constitutos fuisse. Muretus hoc dici existimat, munus istorum quinquevirorum post à senatu ædilibus mandatum fuisse. Corasius non tantùm quinquevirorum, sed & præfecti utriusque, annonæ, & vigilum, munus ædilibus impositum significari censet, eoque legendum suscipet, [*Et tamen hi, & quos Cistiberes &c.*]

Nililo-



Nihilominus & sub Principibus utramque præfecturam, diu Romæ intermissam, sublevatis ædilibus, quod omni oneri non essent pares, restitutam autumat. Sed patet ex dictis, præfectum vigillum ante Augustum Romæ non fuisse. neque cætera probant historiae.

34. Ergo ex his omnibus decem Tribuni plebis, Consules duo, decem & octo Prætores, sex Ædiles, in civitate jura reddebant.

*Ergo ex his omnibus &c.* ] Concludit auctor tractatum de magistratibus, aitque, ex omnibus istis, de quibus hæctenus, decem tribunos plebis, Consules duos, decem & octo prætores, sex ædiles, in Urbe jura reddidisse.

At cur horum duntaxat meminit, non etiam Regum, Tribuni Celerum, Censurum, Dictatorum, eisque adjunctorum magistrorum equitum, præfectorum prætoris, quaestorum aerarii, quaestorum partitidii, decemvirorum, Tribunorum militum consulari potestate, decemvirorum litibus judicandis, quatuorvirorum viis curandis, triumvirorum monetariorum, triumvirorum capitalium, præfecti Urbi; quos omnes tamen, ut magistratus, recensuit? Causam hujus rei aliquam, veram aut verè mediocrem speciem habentem, non puto, quemquam interpretem assecutum; sed nec operæ preci-

um esse , sollicitiùs indagare. Tribuni plebis quòd hìc connumerentur , maximum sibi scrupulum iniecisse dicit Corasius , cùm constet , illos de postulatis civium non cognovisse , nec jus dixisse. Sed *jus reddere* , & *jurisdictionem* , latius hìc appellari , jam antè indicatum est. Habuit sanè Tribunus pl. viatorem , &prehendendi potestatem : habuit agendi cum populo , rogationisque auctoritatem : habuit intercessionem & attemperationem senatus consultorum. imò & ad tutoris dationem tribunos pl. concurrisse , ostendit *pr. Inst. de Attil. tut.* vid. ampliùs , quæ suprà diximus ad §. 20. verb. *Plebeji magistratus.*

Denique nec omnes planè magistratus , quos vetus Romanorum respublica habuit , quique in ordine & numero magistratuum fuerunt , enarravit Auctor. Ex majoribus ordinariis vel ipsos *Imperatores* omisit , non omittendos , si rectè magistratibus *Reges* accensuit. Ex majoribus extra ordinem constitui solitis , omisit *Interrex* , qui , cùm sine curuli magistratu respublica esset , comitorum causà patricius à patriciis coeuntibus prodebatur , (*Onuphr. in Civit. Rom. pag. 278. 279.*) neglecti item *Triumviri reip. constituenda.* Sed & alii minores , videndi apud Onuphr. *d. lib. pag. 305. & seqq.* & alios.

PARS TERTIA, DE SUCCESSIONE PRUDENTIUM.

35. Juriscivilis scientiam plurimi & maximi viri professi sunt. sed qui eorum maximæ dignationis apud populum Romanum fuerunt, eorum in præsentia mentio habenda est, ut appareat, à quibus & quilibus hæc jura orta, & tradita sunt. Et quidem ex omnibus, qui scientiam nacti sunt, ante **TIBERIUM CORUNCANIUM** publicè professum neminem traditur. cæteri autem ad hunc, vel in latenti jus civile retinere cogitabant, solumque consultatoribus vacare, potius, quàm discere volentibus se præstabant.

*Inis*

25 A 9

*Juris civilis scientiam*] *Juris civilis magna semper est Ciceroni commendatio. Lib. 2. offic. Cum multa, inquit, præclara majorum, tum, quod optime constituti juris civilis summo semper in honore fuit: cognitio atque interpretatio. quam quidem ante hanc confusionem temporum in possessione sua principes retinuerunt; nunc, ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sic hujus scientiæ splendor deletus est. Et in orat. pro Cæcin. Nihil, ait, in Civitate tam diligenter retinendum, quam jus civile; quo sublato nihil cuique exploratum esse potest, quid suum, quid alienum sit. Cæterum, cum ita, tamque magnificè de jure civili loquitur, jus quo Civitas Romana utitur, in legibus potissimum, tum & moribus, in quibus cujusque in omni re officium contineretur, intelligit; non formulas istas, quas nomine juris civilis falsè exagitat in or. pro Muræna; de quibus & d. lib. 1. de legib. Ego, inquit, meminini, summos fuisse in Civitate nostra viros, qui id (jus civile) interpretati populo, et respondere soliti sint: sed eos magna profectos, in parvis esse versatos. Quid enim est tantum, quantum jus Civitatis? quid a. tam exiguum, quam est munus hoc eorum, qui consuluntur? quam est populo necessarium? Nec ve-*

rò eos, qui oī muneri præfuerunt, universi  
 juris expertes fuisse existimo. sed hoc civile  
 quod vocant, eatenus exercuerunt, quoad  
 populo præstare voluerunt. *Auctoria verborum & literarum tendiculas* appellat idem Cic.  
*d. orat. pro Cæcin.* Sed & supra actum de for-  
 mulari ista jurisprudentia.

*Plurimi & maximi viri*] Cic. *summos & Claris-  
 simos viros, & principes* vocat dictis locis & alibi.

*Professi*] Non est hic idem; *profiteri*, quod  
*docere, interpretari, sed præferre, ostendere, ven-  
 ditare, scientiam vel peritiam alicujus rei.* Paulo  
 post, *publicè profiteri*, dixit pro *interpretari*,  
*docere publicè.*

*A quibus & qualibus hæc jura orta*] A juris  
 prudentibus orta propriè non sunt *jura Civi-  
 tatis*, sed *scito populi, edictis, & usu*, post etiam  
 à Principibus, & *indultu horum à senatu.* Ius a.  
 illud, quod *in interpretatione & responsis pru-  
 dentium* consistit (de quo supra) hic indigita-  
 tur. quod juris quidem auctoritatem obtinuit,  
 sed non ab *auctoribus suis jurisconsultis.* v. quæ  
 dixi ad §. 5. *verb. Hoc ius, quod sine scripto.*

*Ante Tib. Coruncaniam publ. professum  
 neminem traditur*] Ante, *traditur*, di-  
 stinctio ponenda, ut sensus appareat; tradi,  
 neminem ante illum jura publ. professum esse.  
 De hoc T. Coruncanio mox, §. 38.

*Cæcili. a. ad hunc*] id est, usque ad hunc;  
 qui antè hunc fuerunt, *Vel*

*Pl*] pro etiam, aut imò positum, ut se-  
pissimè solet.

*In latenti jus civile retinere*] h. est, in  
abdito, in occulto, penes sese, ut non com-  
municaretur in plures. De quo & in pri-  
oribus, ad §. 7.

*Consultatoribus*] h. est. Consulentibus, con-  
siliium petentibus. Nam, *Consultare*, etiam  
illo significato reperitur apud Plaut. & alios.  
Unde, *Consultatio* etiam pro questione Cice-  
roni lib. 8. ad *Attic. ep. 4.* *Ego navem pa-  
ravi. tuas literas tamen exspecto, ut sciam,  
quod respondeant consultationi meæ.* sic item  
in l. 27. *qui test. fac. poss. stulta consultatio tua.*  
*Consultores* tamen Ciceroni & aliis magis dicun-  
tur, quàm *Consultatores*.

*Vacare*] Aut debenda hæc vox, ut Muzetus  
censet; aut jungenda cum præcedenti, *cogitabant*.

*Se præstabant*] Operam suam commoda-  
bant, exhibebant.

36. Fuit autem imprimis pe-  
ritus Publius Papirius, qui le-  
ges regias in unum contulit.  
Ab hoc Appius Claudius, unus  
ex Decemviris, cujus maximum  
consilium in duodecim tabulis scri-  
bendis fuit. Post hunc Appius Clau-  
dius

*dius*, ejusdem generis, maximam scientiam habuit. hic *Centemmanus* appellatus est, Appiam viam stravit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in urbe non recipiendo sententiam tulit. Hunc etiam Actiones scripsisse traditum est, primum de Usurpationibus. qui liber non extat. Idem Appius Claudius, qui videtur ab hoc processisse, R literam invenit: ut pro Valesis Valerii essent, & pro Fusis Furii.

*Publ. Papyrius*] De hoc supra, §. 2. actum.

*Ab hoc*] post hunc.

*Appius Claudius unus ex Decemviris*] De hoc, ejusque improbitate, §. 24. dictum. Fuit igitur hic juris quidem scientia, & legis 12. tabb. constitutione clarus; at vindiciis contra jus secundum servitutem dictis, & scelere detestando clarior; de quo familia suae.

*Appius Claudius ejusdem generis*] ejusd. familiae, Appius Claudius, decemviri abnepos. idem, qui Cecus dictus. de quo supra §. 7.

*Centemmanus appellatus*] Muretus testatur, in exem-

in exemplari Vaticano leg. *centimanus*. Alii id nominis in hoc Appio planè non agnoscunt. unde Corasius legit : *hic Cæcus appellatus est*. *Crassum* etiam fuisse dictum, memorat Frontinus *de aqueduct. lib. 1.* quem locom illicò recitabimus. T. Claudii *Centumali* mentio est apud Cic. *lib. 2. offic.* item Val. Max. *lib. 8 c. 2.* qui ædes quas in Cælio monte habebat, cum ea, quorum alitudo auguriis officeret, ab auguribus demoliri iussus esset, proscripserit, Calpurnioque vendiderit, post, cum & Calpurnius ab auguribus iussus demolitus esset, isque comperisset, jam antè quam proscripsisset, illi denunciatum fuisse, à M. Catone, M. Catonis *Vticensis* patre, arbitro, fraudulentæ reticentiæ causâ emtori ad præstationem damni condemnatus sit. Is verò non fuit is, cujus hic meminit Auctor, qui *viam Appiam* stravit &c. cum id temporis ratio non permittat. si, *Centimanus*, etiam illic legendum, & hoc nominis alicui Claudie gentis datum sit, factum id indubiè ob expediendi res plures uno quasi impetu solertiam; uti & Ægeon ille in tabulis, *ἑκατόγχειρ*. de quo Virg. *lib. 10. Æn.*

*Ægeon qualis, centum cui brachia dicunt,  
Centenasque manus.*

*Appiam viam stravit, & aquam Claudiam induxit* ] De utroque ita Iul. Frontinus loco citato: *Appia* (ita vocat aquam ab Appio inductam, quæ & *Claudia*) *Marco Valerio Maxi-*

R

mo



no, P. Decio Mure Coss. anno 20. post initi-  
um Samnitici belli, inducta est ab Appio  
Claudio Crasso Censore, cui postea Cæco  
fuit cognomen, qui & viam Appiam à por-  
ta Capena usque ad urbem Capuam munien-  
dam curavit. Collegam habuit C. Fabium,  
cui ob inquisitas ejus aquæ Venas Venocis  
cognomen datum est. Sed is quia intra unum  
& sex menses, deceptus à Collega, tanquam  
idem facturo, abdicavit se à censura, no-  
men aquæ ad Appii tantum honorem perti-  
nuit, qui multis tergiversationibus extraxisse  
censuram traditur, donec & viam, & hu-  
jus aquæ ductum consummaret.

Et de Pyrrho in urbe non recipiendo sententiam  
tulit ] In urbe. melius in urbem, ut vulgò le-  
gitur. Tertium hoc cum duobus factis priori-  
bus junxit Cic. orat. pro Cælio; cum ita Ap-  
pium loquentem facit: Ideone ego pacem Pyrrhi  
diremi, ut tu amorum turpissimorum quoti-  
die fœdera ferires? ideo aquam adduxi, ut  
ea tu incestè uterere? ideo viam munivi, ut  
eam tu alienis viris comitata celebrares? Me-  
minit & hujus postremi in Catoe Majo-  
re. Ad Appii Claudii, inquit, senectu-  
tem accedebat etiam, ut oratus esset. ta-  
men, cum sententia senatus inclinaret ad  
pacem cum Pyrrho fœdisque faciendum,  
non dubitavit illa dicere, quæ versibus per-  
secu-

securus est Ennius : Quæ vobis mentes.  
 rectæ quæ stare solebant Antehac, demen-  
 tes, sese flexere viai? cæteraque gravissi-  
 mæ. notum enim vobis carmen est. & tamen  
 ipſus Appii exſtat oratio. atque hæc ille egit  
 ſeptem & decem annis poſt alterum Con-  
 ſulatum, cum inter duos Conſulatus anni  
 10. interfluxiſſent, Cenſorque ante Conſu-  
 latum ſuperiorem fuiſſet. ex quo intelligitur,  
 Pyrrhi bello grandem ſanè fuiſſe. Hæc illic  
 Cicero. Sed & Philippicarum prima Hanni-  
 bal, ait, credo, erat ad portas, aut de  
 Pyrrhi pace agebatur; ad quam cauſam etiam  
 Appium illum, & cæcum, & ſenem, de-  
 latum eſſe, memoriæ proditum eſt. Pyrrhi  
 regis Epirotarum, à Tarentinis contra Roma-  
 nos in auxilium vocati, magna laus eſt in hiſto-  
 riis. Apud Liv. lib. 22. c. 59. M. Junius, prin-  
 ceps legatus captivorum apud Annibalem ex in-  
 felici ad Cannas pugna civium Romanorum,  
 hujus in captivos benevolentiam ita in Senatu  
 prædicat: Pyrrho, inquit, videlicet, qui nos  
 hoſpitam numero habuit captivos. Et lib. 35. c. 14.  
 in P. Scipionis Africani Majoris cum Anni-  
 bale colloquio, rogatus Annibal, quænam fuiſſe  
 maximum Imperatorem crederet, Alexan-  
 drum Macedonum Regem, reſpondiſſe ſcri-  
 bitur, quod parva manu innumerabiles  
 exercitus fudiſſet, quodque ultimas vias,  
 R 2 quas

quas visere supra spem humanam esset, peragrasset; deinde quærenti, quem secundum ponelet, Pyrrhum dixisse, castra metari primum docuisse, ad hoc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse, artem etiam conciliandi sibi homines eam habuisse, ut Italicae gentes Regis externi, quam populi Romani, tamdiu principis in ea terra, imperium esse mallent. Is Pyrrhus, postquam Romanos magna clade affecisset, Cineam (virum Thessalum, ingenio & eloquentiam clarum, cujus oratione se plures urbes quam armis subegisse, solitum profiteri narrat Plutarchus in Pyrrho) Romam, ubi novos exercitus conscribi, omniaque bello instaurando parari audiverat, mittendum, deque pace ac fœdere tentandos animos, censuit, victori id imprimis fore gloriosum ratus. Cineas Romæ primores convenit, muneraque his eorumque conjugibus nomine Regis misit; quæ tamen admisit nemo, responderuntque omnes, viri, & mulieres, si pax publicè convenisset, suum quoque privatim cujusque studium & obsequium Regi promptum fore. In senatu verò cum Cineas multa blandè & benignè diceret, nihil quicquam libenti animo acceperunt, tametsi captos in prælio offerret Rex sine precio redditurum, atque ad subjugandam Italianam operam suam polliceretur, nec pro his, nisi

nisi amicitiam eorum, & Tarentinis securitatem postularet. Multi tamen evidenter ad pacem erant propensi, quod ingenti pugna superati essent, & alteram cum majoribus copiis Italorum Pyrrho adjunctorum expectarent. Illic Appius Claudius, qui senectutis & cæcitatibus causâ fatiscens republica abstinebat, acceptâ Regis legatione, & rumore delato, Senatum pacem decreturum, sibi non temperans, à servis suis lecticâ deportari voluit in Curiam. Ut ad valvas pervenit, exceptus à filiis & generis mediis inter ipsos introductus est. Senatus reverentiâ & honore ejus conticuit. Ille exorsus dicere, Hactenus, inquit, Patres, oculorum incommodum molestè tuli, nunc verò, cum fæda omnia consilia & decreta audiam, quæ urbis gloriam conculcant, grave mihi est, non etiam surdum esse. Vbi nunc vestra illa apud omnes mortales jactata verba, si venisset in Italiam Alexander Magnus, & arma cum parentibus nostris & urbis juvenibus contulisset, non indictum esse, sed vel fugâ vel casu Romam nobilitare debuisse? Atqui eam arrogantiam, & jactantiam ostenditis inanem esse, qui Chaonas & Molossos formidatis, perpetuam Macedonum prædam; & expavescitis Pyrrhum, qui

unum ex Alexandri stipatoribus certè perpetuo coluit & observavit. Atque is hoc tempore, non quò incolentibus Italiam Græcis opem ferat potius, quàm quòd refugiat illic hostes, vagatur in Italia, imperium se nobis ostendens paraturum hisce copiis, quæ exiguam portionem nequiverunt ipsi retinere Macedoniae. Nolite ergo putare, hunc, si societatem cum eo pepigeritis, discessurum, Verùm illos invitaturum in vestri contemptum; ut, de quibus facilis futura sit quibusvis victoria, si suas Pyrrhus in nos contumelias non solum impunè ferat, sed accipiat insuper premium, ut ludificent deinceps Romanos Tarentini, Samnitesque. Sic fatus Appius inflammavit patres ad bellum. dimissus inde Cineas cum hoc responso; ubi excesserit Italiã, Pyrrhum Romanorum amicitiam & societatem perdere posse: quousque a. in armis sit, persecuturos ipsum bello, etiam si centum Albinos (Albinus fuerat dux Romanorum, quem fuderat. Epitome tamen Liv. lib. 13. habet Valerium Levinum Consulem) praelio fugasset. Fertur hic Cineas reversus inter alia Pyrrho dixisse, Senatam Romanum sibi multorum Regum concilium esse visum. Hæc ita refert Plut. in Pyrrho. Epitome dicta Liv. lib. 13. refert, Cineam Legatum à Sena tu

natu petiisse, ut componendæ pacis causâ  
 rex in urbem reciperetur, idque ut Pyrrho  
 negaretur, Appium sententiâ suâ tenuisse.  
 Quod convenit relationi Auctoris nostri. Ulpianus l. 1. §. 5. ff. de postul. Appium Claudium Cæcum in senatu severissimam de captivis Pyrrhi sententiâ dixisse ait. Id cæteri auctores non ajunt. T. Manlius Torquatus de captivis Romanis apud Annibalem, quorum paulo antè mentio habita, duram severamque sententiâ in Senatu prodidisse, ac obtinuisse, ut triste responsum, non redimi captivos, redderetur, scribitur apud Liv. d. loco. An Ulpianus id errore applicuerit Appio Claudio, an auctorem habuerit, an ad consecrarium sententiæ Appii de Pyrrho, qui dimissionem gratuitam captivorum obtulerat, respexerit, quodque eo respectu ab Appio dictum, ab historicis, quos habemus, non disertè proditum sit, incertum. Postremum mihi probabilius. Datum a. Pyrrho illud responsum anno U. C. secund. Onuphr. 474. sec. Pigh. 473. sec. Sigon. 472.

*Idem App. Claudius, qui videtur ab hoc processisse, R. Literam invenit* ] Locus corruptus est. Qui hujus rei auctor fuit, ut in multis vocibus, in quibus veteres lit. S. usurparant, deinceps R. pronunciando & scribendo substitueretur, is utique usum lit. R. ampliavit, non literam illam invenit. neque enim pro Roma,  
 R 4 Soma,

*Soma*, pro *Romulus*, *Remus*, *Somulus*, *Semus*, dixerunt nec; omninò omnia, in quibus nunc *R.* est, vocabula, tunc *S.* habuerunt. Sanè in compluribus verbis *S.* fuisse, cujus loco nunc est *R.* docemur isto loco *M. Varronis* de ling. Lat. lib. 6. *In multis, inquit, verbis, in quo antiqui dicebant S. postea dicunt R. ut in carmine Saliorum sunt hæc, Cosaulle, dolosi, eso: Ennio verò ac Pacuvio misestia, incuscia, mestidie, onese, rudesumque, Venese, quod Venere post, melios, melior, fadesum, faderum, plusima, plurima, asena, arena, janitos, janitor. Arbosem pro arbore antiqui dicebant, & robose pro robore, inquit Festus lib. 1. Et Quintilian. Inst. lib. 1. c. 4. Nam, ait, ut Valesti & Fusti in Valerios Furiosque venerunt, ita arbos, labos, wapos etiam, & clamor ac lases'etatis fuerunt. Porro si quis Appius Claudius hujus rei auctor est, idem ille Cæcus est, non alius qui ab eo processerit. Testatur enim Cic. lib. 9. ad Attic. ep. 21. primum Papium Crassum, qui dictator cum L. Papiro Cursore magistro equitum factus annis post Romam conditam 415. quadriennio post Consul cum C. Duillio fuerit; Papium vocari desitum esse. Non possum quin de hoc Appio subjiciam inscriptionem elegantem, relatam ab Onuphrio in comm. ad lib. 1. fast. ad ann. 467. quam se Florentiæ ex antiquissimo marmore in domo Petri Victorii exscripsisse dicit. Illa talis est.*

A P P I -

**APP**IUS **CLAUDIUS** **C. F.** **CÆCUS** **CEN-**  
**SOR.** **COS. BIS. DICT. INTERREX.**  
**III. PR. II. AED. CUR. II. Q. TR.**  
**MIL. III. COMPLURA. OPPIDA.**  
**DE SAMNITIBUS. CEPIT. SABINO-**  
**RUM. ET. TUSCORUM. EXERCITUM,**  
**FUDIT. PACEM. FIERI. CUM. PYR-**  
**RHO. REGE. PROHIBUIT. IN. CEN-**  
**SURA. VIAM. APPIAM. STRAVIT.**  
**ET. AQUAM. IN. URBEM. ADDU-**  
**XIT. ÆDEM. BELIONÆ. FECIT.**

37. Fuit post eos maximæ scientiæ *Sempronius*, quem populus Romanus *σοφον*. appellavit : nec quisquam ante hunc, aut post hunc, hoc nomine cognominatus est. *Gajus Scipio Nasica*, qui *Optimus* à Senatu appellatus est, cui etiam publicè domus in sacra via data est, quò facilius consuli posset. Deinde *Quintus Mucius*, qui ad *Carthaginientes* missus legatus, cum essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi da-

R 5

10,



to, utram vellet referret Romam: utramque sustulit, & ait Carthaginienses petere debere, utram malent accipere.

*Post eos ] Papium puta & Ap. Claudium.*  
 At post hunc non, sed unâ cum ipso, Appio Claudio, fuit hic Sempronius. Ille is nempe fuit tribunus plebis, cujus gravissima atque acerbissima in App. Claudium, censuram post tempus retinentem, oratio exstat apud Liv. lib. 9. c. 34. cujus & suprâ ad §. 7. injecta mentio.

*Quem populus Rom. σοφὸν appellavit ]*  
 Σοφὸς sapientem, doctum, cautum, acutum significat. Usitatum a. fuit; ut quide acutè vel scitè dicto laudarentur, his, σοφὸς, vel σοφῶς, acclamaretur. Festivè tandem, cùm res in abusum vergeret, ἀπὸ τοῦ σοφοῦ καλεῖσθαι, Σοφοκλῆις, item à laude dicta: *Laudiceni* dicti. Bellè hac de re & more laudationes comparandi rabularum forensium sui temporis Plin. jun. lib. 2. epist. 14. *Nunc, ait, refractis pudoris & reverentiæ claustris omnia patent omnibus. nec inducuntur, sed irrumpunt. Sequuntur auditores aëtoribus similes, conducti & redempti mancipēs. convenitur in media Basilicâ, ubi tam palam sportulæ, quàm*

in triclinio dantur ; ex iudicio in iudicium  
 pari mercede tranſiſtur. Inde jam non inur-  
 banè Σοφοκλεῖς vocantur. Iſdem Latinum  
 nomen impoſitum eſt Laudiceni. Et tamen  
 creſcit indices fœditas utraque lingua notata.  
 Hæri duo nomenclatores mei ( habent ſanè  
 ætatem eorum , qui nuper togas ſumſe-  
 runt ) ternis denariis ad laudandum trabe-  
 bantur. tanti conſtat , ut ſis diſertiffimus.  
 hoc precio quamlibet numeroſa ſubſellia im-  
 plentur ; hoc ingens corona colligitur ; hoc  
 infiniti clamores commoventur.

Nec quiſquam ante hunc , aut poſt hunc , hoc  
 nomine cognominatur ] At Auctoꝝ ſeq. §. Atti-  
 Num primum ſapientem appellatum tradit. Eſt  
 ſcilicet unum nomen Græcum , Latinum al-  
 terum. Græcum illi, huic Latinum primo tri-  
 butum. Malè igitur hîc Muretus aſſertionem  
 auctoꝝ noſtri eo falſam dicere audeat , quòd  
 Lælius , & Acilius , ( five Atſilius ) ſapi-  
 entes dicti ſint. Sed neque illud obest ,  
 quòd nomen *Sophi* aliquandiu in familia Sem-  
 proniâ hæſerit. nam nihilominus verum eſt ,  
 iſti Sempronio primo & uni à pop. R. id no-  
 minis datum eſſe , quod is in poſteros propaga-  
 vit. Porro mentio *M. Sempronii Sophi.* eſt in *epit.*  
*Liv. lib. 18.* Publium , non Marcum , vocat  
*Livius d. lib. 9. c. 33.* Item *Valer. M. lib. 6. c.*  
*3* ubi eundem uxorem ſuam ait repudiaſſe ,

*nulla alia de causa , quàm , quòd se ignorante ludos ausa esset spectare.*

*Gajus Scipio Nasica , qui optimus à Senatu appellatus ] Publius , non Gajus , hic audiit , fuitque Cneji Cornelii Scipionis Galvi , qui Legatus fratris in Hispania cum eo periit , filius , illius Scipionis , qui Corculum dictus est , pater , P. Scipionis Nasicæ Serapionis , ejus , qui Tiberium | Gracchum tribunum pleb. leges agrarias ferentem trucidavit , avus. Consul fuit cum M. Acilio , anno U. C. 559. sec. Sigon. secund. Onuph. & Ubb. Emm. 563. Romani , invento carmine in libris Sybillinis ( quorum illis religiosa semper fuit consultatio ) propter crebrius eo anno de caelo lapidatum inspectis ; quodcumque hostis alienigena terræ Italiae bellum intulisset , eum pelli Italiâ vincique posse , si mater Idæa Pessimunte Romam advecta esset : deinde moniti ab oraculo Delphico , ut , cum Romam deam devexissent , curarent , ut eam , qui vir optimus Romæ esset , hospitio acciperet , Attali , Regis Pergami , amici pop. R. operâ Idolum impetrarunt , eique recipiendo P. Scipionem illum , adolescentem nondum quaestorium , judicaverunt in tota Civitate Virum optimum esse. Ita hanc rem narrat Liv. lib. 29. c. 10. r1. 14. Et ipse ille P. Scipio , jam Consul , cum ipsi de Bbjis fufis triumphum postulantibus tribuni plebis obfisteret , ita de se locutus*

us inducitur Livio lib. 36. c. 40. quod ad se  
 attineat, sibi gloria in omnem vitam illo die  
 satis quæsitum esse, quo se virum optimum  
 judicatum ad accipiendam matrem Ideam  
 mississet Senatus. hoc titulo, etsi nec Con-  
 sulatus, nec triumphus addatur, satis ho-  
 nestam honoratamque P. Scipionis Nasicæ  
 imaginem fore.

Cui etiam publicè domus in Sacra via data est,  
 quo faciliùs consuli posset ] Hic honor Scipioni  
 datus alibi non proditur. Sacra via illa erat,  
 quâ triumphantes in Capitolium ire solebant.  
 Porro domus Iurisconsulti sine dubio, ait  
 Cic. lib. 1. de orat. totius oraculum Civitatis  
 est. Testis, inquit, est, Q. Mucii janua &  
 vestibulum; quod in ejus infirmissima va-  
 letudine, affectaque jam ætate, maxima  
 quotidie frequentia civium, ac summorum  
 hominum splendore celebratur.

Deinde Q. Mucius & c.] In legatione illa (quæ  
 facta P. Corn. Scipione & T. Sempronio Longo  
 Consulibus, sec. Sigon. anno U C. 532 sec. Onu-  
 phr. 536.) non fuit aliquis Q. Mucius, sed Q. Fa-  
 bius, is qui & Maximus, & Verrucosus,  
 & post Cunctator dictus est. Ita Liv. 21.  
 c. 18. Legatos, inquit, majores natu, Q.  
 Fabium, M. Livium, L. Æmilium, C. Li-  
 cinium, Q. Babium, in Africam mittunt  
 ad percunctandos Carthaginenses & c. Sic  
 & Fa-

& Fabium meminit Gellius lib. 10. c. 27. Unde &, Q Fabius, hic legunt plerique interpretes. At in ipsa illa historia *propositæ electionis belli aut pacis*, variant historiæ. Livius d. locq, Fabium refert, *sinu ex toga facto dixisse; Hic vobis bellum & pacem portamus, utrum placet, sumite. Súcclamatum à Pænisesse, daret, utrum vellet; tum Fabium, sinu effuso, bellum dare, dixisse; illos, se accipere.* Gellius Q. Fabium, Romanum imperatorem, dedisse ait ad Carthaginenses epistolam, quâ scriptum fuerit, *populum R. misisse ad eos hastam & caduceum, signa duo, belli aut pacis; exque iis, utrum vellet, eligerent; quod elegerent, id unum ut esse missum existimarent.* Carthaginenses respondisse, *neutrum se eligere; sed posse, quæ attulissent, utrum mallent, relinquere; quod reliquissent, id sibi pro electo futurum.* Addit Gellius, *M. Arranem non hastam ipsam, neque ipsum caduceum, missa, dicere, sed duas tesserulas, in quarum altera caduceum, in altera simulacrum haste, fuerint incisa.*

Porro Scipio Nafica præponitur hic isti, qui legationem hanc ad Pænos obierit, cum ille, si verum est, quod Livius ait, *adolescens fuisse non dum questorium, cum vir optimus diceretur* (Righ. id ponit ad ann. 549. ann. lib. 9.

pag. 230.] tempore hujus legationis admodum fuerit adolescens, nec ejus ætatis, ut ejusmodi legationi interesse potuerit. Quæstoria ætas fuit 27. annor. ut post alios scribit Sigon. *lib. 2. de ant. jure civ. R. c. 2.*

38. Post hos fuit *Tiberius Cornucanius*, ut dixi, qui primus profiteri cœpit: cujus tamen scriptum nullum exstat, sed responsa complura, & memorabilia ejus fuerunt. Deinde *Sextus AELIUS*, & frater ejus *Publius AELIUS*, & *Publius Atilius*, maximam scientiam in profitendo habuerunt: ut duo AELIJ etiam consules fuerint. Atilius autem primus à populo *Sapiens* appellatus est, Sextum AELIUM etiam Ennius laudavit, & exstat illius liber, qui inscribitur *Tripertita*. qui liber, veluti cunabula juris continet. *Tripertita* autem dicitur: quoniam, lege duodecim tabularum præpositâ jungitur interpretatio: dein subtexitur legis actio.

Ejusdem

Ejusdem esse tres alij libri referuntur: quos tamen quidam negant ejusdem esse. Hos sectatus ad aliquid est *Cato*. Deinde *Marcus Cato* princeps *Porciae* familiae: cujus & libri exstant: sed plurimi filii ejus, ex quibus caeteri oriuntur.

*Post hos fuit Tib. Coruncanius*] Hic fuit cum *P. Valerio Leuino* Consul anno U. C. 472. sec. Sigon. at secund. Onuphr. 474. & primus item ex plebe factus Pontifex Max. scribitur in epit. Liv. lib. 18. Nec fuit igitur post *Nasicam*, sed multum antè. Imò istam ad *Carthaginienses* legationem plus quàm 60. annis præcessit.

Deinde *Sext. Aelius* & frater ejus *P. Aelius*] Et hi anteriores *Nasicam* fuerunt. Nam *S. Aelius* cum *T. Q. Flamino* Consul fuit anno U. C. 555. vel sec. Sig. 552. celebratus ab *Ennio* his verbis etiam recitatis à *Cic. lib. 1. de Orat.*

*Eyregiè cordatus homo, catus Aelius Patus.*  
*P. Aelius Patus* an. 549. sec. chronol. Sig. cum *Cn. Cornelio Lentulo* inter Consules est.

*Attilius autem primus à populo sapiens appellatus est*] *Acilius* vocatur *Ciceroni* in *Laelio*, sub init. ubi tres, sapientes dictos, jungit, *C. Laelium* (cujus & meminit cum hoc elogio, quod *sapiens usurpetur*, lib. 2. offic. qui fuit prætor

an. U. C. 608. Emm. in geneal.) M. Catonem & L. Acilium. *Sunt ista, inquit, vera, Leli. sed existimare debes, omnium oculos in te esse coniectos. unum te sapientem & appellant, & existimant. Tribuebatur hoc modò M. Catoni. Scimus, Lucium Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem, sed uterque alio quodam modo. Acilius, quia prudens esse in jure civili putabatur: Cato, quia multarum rerum usum haberet, multaque ejus & in Senatu, & in foro, vel provisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acutè ferebantur. propterea quasi cognomen jam habebat in senectute sapientis. Te a. alio quodam modo dicunt, non solum naturâ, & moribus, verùm etiam studio & doctrina esse sapientem; nec sicut vulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem. &c. Sed & hic Nasicâ prior est.*

*Hos sectatus ad aliquid est deinde M. Cato ] Ita legendum, inducto τῷ Cato, ante, deinde. Ad aliquid, h. est, quadantenas, aliqua parte, non in universum. M. Cato, princeps Porciæ familiæ. Porcii Catones dicti sunt. Familiæ hujus Princeps dicitur, quòd virtutum dotiumque laude, ac illustri nomine omni familiæ suæ antecelleret. Fuit a. is, qui & Priscus, & ob severissimè exercitam Censuram Censarius appellatus est. Insigne ejus elogium exstat apud*

Liv.



Liv. lib. 39. c. 40. ubi contentionem gravissimam  
 inter censuræ candidatos describit. Omnes inquit,  
 patritios, plebejosque nobilissimarum fami-  
 liarum M. Porcius longè antebat. Is hoc  
 viro tanta vis animi ingenique fuit, ut,  
 quocunque loco natus esset, fortunam sibi  
 ipse facturus fuisse videretur. nulla ars, ne-  
 que privata neque publica rei gerendæ ei de-  
 fuit. urbanas rusticasque res pariter callabat.  
 Ad summos honores alios scientia juris, alios  
 eloquentia, alios gloria militaris provexit.  
 huic versatile ingenium sic pariter ad omnia  
 fuit, ut natum ad id unum diceres, quod-  
 cumque ageret. In bello manu fortissimus,  
 multisque insignibus clarus pugnis. idem in  
 pace. si ius consuleres, peritissimus, si cau-  
 sa oranda esset, eloquentissimus. nec ejus lan-  
 guam, cujus lingua vivo eo vigiterit, moni-  
 mentum eloquentiæ nullum exstet. Vivit  
 imò, vigetque eloquentia ejus, sacrata scri-  
 ptis omnis generis: Orationes & pro se multa,  
 & pro aliis, & in alios. Nam non sa-  
 lum accusando, sed etiam causam dicendo,  
 fatigavit inimicos. Simultates nimio plures  
 & exercuerunt eum, & ipse exercuit eas.  
 nec facile dixeris, utrum magis presserit eum  
 nobilitas, an ille agitaverit nobilitatem.  
 Asperi proculdubio animi, & lingua acer-  
 ba,

ba, & immodicè libera fuit. Sed invidiâ cupiditatibus animi, & rigida innocentia, contemtor gratiæ, divitiarum: in parsimonia, in patientia, laboris periculique, ferrea propè corporis animique, quem ne senectus quidem, quæ solvit omnia, fregerit. Hæc Seneca Liv. Plinius lib. 7. c. 27. Cæteris, ait, virtutum generibus variè & multi fuisse præstantes; Cato primus Porciæ gentis, tres; summas in homine res præstitisse existimatus est. Optimus orator, optimus Imperator, optimus Senator. & statim: Hæcque sūt proprium Catonis, quater & quadragies causam dixisse, nec quenuquam sæpius postulatum, & semper absolutum. Tullius passim hunc item laudat: ita in Bruto: Catonem verò, inquit, quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit? aut quis novit omnino? At quem virum, dii boni! mitto civem, aut senatorem, aut imperatorem. oratorem enim hoc loco quærimus. Quis illo gravior in laudando? acerbior in vituperando? in sententiis argutior? indo-cendo, edisserendoque subtilior? Refertæ sunt orationes amplius 150. & verbis & rebus illustribus &c.

Cujus & libri exstant, sed plurimi filii ejus, ex quibus cæteri oriuntur. ] Locus corruptus. De duobus

duobus hujns M. Catonis filiis, & naty majore, qui prætor designatus patre vivo mortuus fit, & egregios de juris disciplina libros reliquerit, scribit Gell. *lib. 13. c. 18.*

39. Post hos fuerunt *Publius Mucius, & Brutus, Manilius*: qui fundaverunt jus civile. ex his *Publius Mucius* etiam decem libellos reliquit: *Brutus* septem: *Manilius* tres: & extant volumina scripta, *Manilij* monumenta. Illi duo *Consulares* fuerunt, *Brutus Prætorius*: *Publius* autem *Mutius* etiam *Pontifex maximus*.

*Post hos fuerunt P. Mucius, & Brutus, & Manilius*] *P. Mucius Scævola* Consul fuit cum *L. Calpurnio Pisone*, qui *Frugi* dictus est, anno U. C. sec. Onuphr. item Ubb. Emmium 621. quo *Tib. Gracchus* occisus est. Frater *P. Licinii Crassi Muciani, Divitis*, quem Gell. *lib. 1. c. 13*, quinque ait habuisse verum bonarum maxima & præcipua; quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod Iuriconsultissimus, quod *Pontifex Maximus*. Is *Licinius* ex familia in quam per adoptionem transit, ex veteri *Muciar*

*Mucianus* dictus fuit. Noster *P. Mucius* etiam Pontifex *M.* tuit post fratrem. & pater fuit *Q. Mucii Scaevole* illius de quo mox. Mentio & *Quinti* & *Publii Mucii* ( nisi erratum est in nomine *Publii* ) est in *l. ult. ff. de legation.*

*Et Brutus* ] *M. Iunius Brutus* Mureto. Zasio *Decius Brutus*. Laudatus Ciceroni; ex quo tamen, ut nec aliunde, sciri potest, quis fuerit, ait Corasius hic. Occasione filii degeneris memorat eum Cic. in *Bruto*, c. 130. *Isdem*, inquit, *temporibus M. Brutus*, in quo magnum fuit, *Brute*, dedecus generi vestro; qui cum tanto nomine esset, patremque optimum virum habuisset, & juris peritissimum, accusationem factitaverit, ut *Athenis Lycurgus*. Is magistratus non petivit, sed fuit accusator vehemens & molestus, ut facile cerneret, naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravata voluntatis. Eiusdem accusatoris *Bruti*, & false in illum à *Crasso* dictorum mentio est apud eund. lib. 2. de orat. c. 222. & seq. *Pighius* ad ann. U. C. 665. inter quæstores provinciarum meminit *M. Iunii*, *M. f. D. n. Bruti*. Hunc patrem dicit *M. Bruti*, qui *Cæsarem* occiderit; eundemque, quem *Tullius* libro de claris oratoribus laudet; occisum tandem à *Cn. Pompejo*, captum apud *Rhegium*, cum Prætor *Galliam Cisalpinam* obtinuisset.

*Et Manilius* ] *M. Manilius*, cum *L. Marcio Censorino* Consul fuit anno U. C. 605. sec. *Onuph.*

&amp;

& Emm. quibus Consulibus *L. Piso* primus legem de pecuniis repetundis tulit. quod & supra ex *Tullio* adductum. Meminit hujus inter jurisconsultos *Tullius lib. 1. de orat. c. 212. Sin autem*, inquit, *quereretur, quis nunc jurisconsultus verè nominaretur, eum dicerem, qui legum & consuetudinis ejus, quâ privati in Civitate uterentur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus esset: & ex eo genere S. Aelium, M. Mamilium. P. Muciam, nominarem.* De rebus venalibus leges composuit, quas *leges Manilianas* vocat *Cic. de orat. lib. 1. c. 246. inf.*

*Qui fundaverunt jus civile* ] Ob eximiam, quam præ cæteris excolendæ juris civilis scientiæ dederunt operam, vel, quod certiora disciplinæ hujus fundamenta tradiderint, id illis tribui videtur.

*Brutus septem libellos* ] *Trium* ab illo librorum de jure civili compositorum mentio est *Ciceroni d. lib. 2. de orat. c. 224.* additque testimonio *Scævolæ, tot esse veros Bruti libros.*

*Consulares. Prætorius* ] Qui Consulatum gesserunt, *consulares*, qui præturam, *prætorii* dicuntur.

40. Ab his profecti sunt *Publius Rutilius Rufus*, qui Romæ consul, & *Asiæ* proconsul fuit: *Paulus Verginius*: & *Quantus Tubero*, ille *Stoicus*,  
Pansæ

Pansæ auditor, qui & ipse consu'.  
 Etiam *Sextus Pompejus* Gnæi Pom-  
 peij patruus fuit eodem tempore: &  
*Cælius Antipater*, qui historias con-  
 scripsit: sed plus eloquentiæ, quàm  
 scientiæ juris, operam dedit. etiam  
*Lucius Crassus*, frater Publij Mucij,  
 qui Mucianus dictus est. hunc Cice-  
 ro ait Jurisconsultorum disertissi-  
 mum.

*Ab his profecti sunt*] h. est, ex horum in-  
 stitutione & quasi schola prodire. Sic Cic.  
*lib. 1. de invent. ab Aristotele & Theophrasti*  
*profecti. & 1. de Divin. Zeno & hi, qui*  
*ab eo sunt profecti. & lib. 3. de LL. Heraclius*  
*des Ponticus profectus à Platone. & lib. 5.*  
*Tuscul. quæst. in F. quid tandem à Socrate &*  
*Platone profectis philosophis. Hæc Cujac.*  
 annotavit hic. Et tamen in extremo illo loco  
 vulgò legitur: *quid tandem à Socrate & Platone,*  
*perfectisque philosophis. cui lectioni utique illa*  
 Cujacii præstat.

*P. Rutilius Rufus*] Consul fuit cum C. Ma-  
 nilio anno U. C. sec. Onuphr. 649. De hoc in  
 Tull. in Bruto c. 119. *Multa opera, multæ*  
*que industria Rutilius fuit, qua erat pro-*  
 pterea

pterea gratior, quòd idem magnum munus de jure respondendi sustinebat. Sunt ejus orationes jejuna; multa præclara de jure, doctus vir & Græcis literis eruditus; Panætii auditor, propè perfectus in Stoicis. Et mox: cum innocentissimus in judicium vocatus esset (quo judicio convulsam penitus scimus etiam rempublicam) cum essent eo tempore eloquentissimi viri, L. Crassus, & M. Antonius, Consulares, eorum adhibere neutrum voluit; dixit ipse pro sese. Idem lib. 1. de orat. 227. illum hominem doctum & philosophiæ deditum vocat. Passim hujus mentio est in responsis Ictorum nostrorum, ut in l. 10. §. 3. de usu & habit. l. 1. §. 1. de arborib. cædend. l. 3. §. 9. de penu leg. Denique P. Rutilii factum in quæstione tractata l. 4. ff. de captiv. & postl. rev. item l. ult. ff. de legation. [an civis hostibus à pop. Romano deditus, nec acceptus, si in Urbem revertatur, sit Civis Romanus] celebratur Ciceroni lib. 1. de orat 181. C. Mancinum, inquit, nobilissimum atque optimum virum ac Consularem, cum eum propte invidiam Numantini fæderis Pater patratu ex Scto Numantinis dedidisset, eumque illi non recepissent, posteaque Mancinus domum revenisset, neque in Senatum introire dubitasset,

set, P. Rutilus, M. filius, trib. pl. de Senatu jussit educi, quod eum civem negaret esse; quia memoria sic esset proditum, quem pater suus, aut populus, vendidisset, aut paterpatrus dedidisset, ei nullum esse postliminium. Sed est is quidem ex hac familia, at non idem, de quo Auctor hic, & Tull. alibi. Noster hic fuit Sp. filius, Sp. nepos, ut annotat Pigh. ad ann. 648. altero illo posterior. De hoc plura memorabilia collegit Coraf. hic.

*Asie proconsul* ] *Asconius* in *Divinat. fib. fin.* Q. Mucii in Asia questorem fuisse dicit, & ab equitibus Romanis (qui tunc ante Syllana tempora judicarint) damnatum esse, quod cum pretore consenserit suo, ne publicani aliquid agerent in provincia sua. *Epit. Liv. Lib. 70.* hæc de eodem habentur: P. Rutilius, vir summæ innocentie, quoniam legatus Q. Mucii (ita legendum monet Sigon. in not. illic) proconsules, à publicanorum injuriis Asiam defenderat, in visus equestri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exilium missus est.

*Paulus Virginius* ] Muretus putat nomen depravatum esse. Auctor *Lex. jurid. plenioris* suspicatur, pro *Scaurus Vigellius*, librarium scripsisse, *Paulus Virginius*.



Quintus Tubero ille Stoicus Pansæ auditor ] Quintus Ælius Tubero. De hoc Gell. lib. 1. c. 22. ex libro Ciceronis de jure civ. in artem redig. Nec verò, inquit, scientia juris majoribus suis Q. Ælius (vel Helius) Tubero defuit, doctrina etiam superfuit. Item. Cic. in Bruto 117. Quintus Ælius Tubero, ait, fuit illo tempore, L. Pauli nepos, nullo in oratorum numero, sed vita severus, & congruens cum ea disciplina quam colebat (Stoicam intelligit), paulo etiam durior; qui quidem in triumviratu (is triumviratus agris dividendis fuisse videtur) judicaverit contra P. Africani, avunculi sui, testimonium, vacationem Augures, quo minus judiciis operam darent, non habere. Sed, ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus. itaque honoribus majorum respondere non potuit. Fuit a. constans civis, & fortis, & imprimis Graccho molestus. Refert idem orat. pro Muræna paulo ante finem, de hoc memorabilem historiam. Fuit, inquit, eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros, & honestus homo & nobilis, Q. Tubero. Is, cum epulum Q. Maximus, Africani, patris sui, nomine populo R. daret, rogatus est à Maximo, ut triclinium sterneret,

Gum

cum esset Tubero ejusdem Africani sororis  
 filius. Atque ille, homo eruditissimus ac  
 stoicus, stravit pelliculis hœdinis lectulos  
 Punicanos, & exposuit vasa Samia; qua-  
 si verò esset Diogenes Cynicus mortuus, &  
 non divini hominis Africani mors honestaretur.  
 quem, cum supremo ejus die Q. Ma-  
 ximus laudaret, gratias egit diis immorta-  
 libus, quòd ille vir in hac rep. potissimum  
 natus esset: necesse n. fuisse, ibi etiam  
 terrarum imperium, ubi ille esset. Hujus in  
 morte celebranda graviter tulit populus R.  
 hanc perversam sapientiam Tuberonis. ita-  
 que homo integerrimus, civis optimus, cum  
 esset L. Pauli nepos, P. Africani, ut dixi,  
 sororis filius, his hœdinis pelliculis prætura  
 dejectus est. Corasius ad §. post hos. n. 6.  
 filium eum facit Sexti Aëlii Patii, illius  
 cati vel Sapientis, & Africanum ejus dicit  
 fuisse patrum. Sed & improbam illic sequitur  
 lectionem, & in cæteris errat. Fuit enim Q.  
 Aëlii Patii, Tuberonis dicti (qui fuit S. Aëlii Pæ-  
 tisapientis ex fratre P. Aëlio nepos) filius, L.  
 Aemilii Pauli, patris P. Corn. Scipionis Afri-  
 canæ minoris, qui Carthaginem & Numanti-  
 am excidit, à P. Scipione adoptati, Aemilianus  
 à vero patre dicti, ex filia nepos. Fuit itaque is  
 Africanus ejus avunculus, non patruus. v. Emm  
 in genealog. Pigbiius ad ann. 618. sub Consul

tu *Serv. Fulvii Flacci*, & *Q. Calpurnii* ( is secund. Onuph. incidit in ann. 619.) refert hunc fuisse quæstorem Calpurnii Consulis in Hispania citeriori. At vocat illic *P. Tuberonem*, non *Quintum*. Sed & *Cic. lib. 2. de orat. c. 341.* vocat *Publum*, cum refert, *C. Lelium huic orationem sine nebrem, laudandi Africanum avunculum suum, scripsisse.* Non is alius, quam de quo diximus.

*Pansa auditor* ] *Panæti* proculdubio legendum, quod & movent interpretes. Is celebris fuit philosophus Stoicus, cujus scholæ Tullius & *Rutilium* attribuit.

*Qui & ipse Consul* ] Non reperitur inter Consules.

*Etiã Sextus Pompejus Cn. Pompeji patruus* ] Hunc *Cic. in Bruto*, *præstantissimum* ait ingenium contulisse ad summam juris civilis, & ad perfectam Geometriæ & rerum Stoicarum scientiam. Frater hujus *Cn. Pompejus Strabo* *Coss.* fuit cum *L. Percio Catone* ann. U. C. 665. sec. Onuph. & *Emm.*

*Et Cælius Antipater* ] De hoc *Cic. lib. 2. de orat. c. 54.* *Paulum*, inquit, *se crexit, & addidit historię majorem sonum vocis, vir optimus, Crassi familiaris, Antipater.* *Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodò narratores fuerunt.* Et in *Bruto c. 102.* *L. Cælius Antipater*, inquit, scri-

scriptor, quemadmodum videtis, fuit, ut temporibus illis, luculentus, juris valdè peritus, multorum etiam, ut L. Crassi, magister. Item lib. 1. c. 6. de LL. Fannii autem, ait, etate conjunctus Antipater paulo inflavit vehementius, habuitque vires, agrestes ille quidem atque horridas, quo (al. sine) nitore & palæstra, sed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius scriberent.

*Etiam Lucius Crassus, frater P. Mucii ] Non Lucius, sed P. Licinus Crassus frater. P. Mucii fuit. de quo superiori §. actum.*

*Hunc Cic. ait jurisconsultorum disertissimum ] Cicero lib. de claris oratorib. qui inscribitur Brutus, c. 143. & seqq. eximie de L. Crasso; Crasso, inquit, nihil statuo fieri potuisse perfectius. Erat summa gravitas, erat cum gravitate junctus facetiarum & urbanitatis, oratorius, non scurrilis, lepos. Latine loquendi accurata sine molestia diligens elegantia: in disserendo mira explicatio: cum de jure civili, cum de æquo & bono disputaretur, argumentorum & similitudinum copia. Et paulo post: Ita multa tunc contra scriptum pro æquo & bono dixit, ut hominem acutissimum, Q. Scævola, & in jure, in quo illa causa vertebatur, paratissimum, obrueret argumentorum exemplorum.*

rumque copiâ: atque ita tum ab his patro-  
nis equalibus, etiam Consularibus, causa  
illa dicta est, cum uterque ex contraria par-  
te jus civile defenderet; ut eloquentium  
jurisperitissimus Crassus, jurisperitorum  
eloquentissimus Scævola putaretur. Et mox  
pleniùs utrumque componit: Noli, inquit,  
existimare, his duobus quicquam fuisse in  
nostra Civitate præstantius. Nam, ut par-  
do antè dixi, consultorum alterum disertissi-  
mum, disertorum alterum consultissimum  
fuisse, sic in reliquis rebus ita dissimiles erant  
inter sese, statuere ut tamen non posses,  
utrius te malles familiorem. Crassus erat ele-  
gantium parcissimus. Scævola parvorum ele-  
gantissimus. Crassus in summa comitate ha-  
bebat & severitatis satis. Scævola multa in  
severitate non deerat tamen comitas. &c.  
Cæterum hic L. Crassus non ille fuit, quem hic  
Auctor noster laudat, Mucianus, Mucii Scæ-  
volæ frater, sed L. Licinius Crassus, qui cum  
Q. Mucio Scævola, Publii Mucii filio, (de quo  
in §. sequenti) Consul fuit an. U. C. juxta Onu-  
phr. & Emm. 659. Est igitur & hic confusio  
personarum. De L. Crasso dicere voluit Auctor  
at malè illum censet P. Mucii fratrem Muci-  
gnum dictum.

41. Post hos *Quintus Mucius* Publij filius Pontifex maximus jus civile primus constituit, generatim in libros decem & octo redigendo.

Post hos *Q. Mucius Publii filius*] Post *L. Licinium Crassum*, Ciceroni sic, ut audivimus. celebratum, non fuit ille *Q. Mutius Scævola*, sed unâ cum eo, ejus etiam, uti dictum, in Consulatu Collega. Hic ille, quem Tullius d. loco cum *L. Crasso* composuit; de quo item lib. I. de orat. c. 180. *Q. Scævola*, ait, homo omnium & disciplina juris civilis eruditissimus, & ingenio prudentiaque acutissimus, & oratione maxime limatus atque subtilis, atque, ut ego soleo dicere, jurisperitorum eloquentissimus, eloquentium jurisperitissimus. Et in principio *Lælii* sui ait, hunc unum Civitatis suæ & ingenio & justitia præstantissimum se audere dicere.

Pontifex *M.*] Cic. in *Bruto* 161. Eum omnibus quidem aliis in magistratibus fuisse *L. Crassi* collegam, at anno post *Tribunum pl.* fuisse, eoque in *Rostris* sedente *Crassum* suasisse *Legem Serviliam*. addit, censuram sine *Scævola* *Crassum* gessisse; eum enim magistratum *Scævolarum* neminem unquam

*petivisse.* Tribunatus ipsius incidit in ann. U. C. 648. Consulatum Q. Servilii Cepionis, & C. Atilii Serrani, quo eodem anno se Tullius natum ait *d. loco.* Eundem hunc Q. Mucium in ædilitate curuli *primum Romæ leonum plurimum pugnam dedisse* refert Plin. 8. c. 16. Solinus item *polyhist. c. 30.* scribit, *eundem in hac sua ædilitate primum edidisse spectaculum ex Leonosphonis, ut ostenderet populo, quomodo à leonibus interficerentur.* Anno 659. cum cod. L. Licin. Crasso Consulatum gessit. Demum an. 667. cum C. Marius à Cinna revocatus urbem vastaret, nobilitatemque & optimos quosque crudeliter occideret, à Damasippo prætore Mariano fugiens in vestibulo ædis Vestæ necatus est. Liv. *epit. lib. 86.* De quo sic Tull. 3. *de nat. deor. 80.* Cur, ait, *temperantiæ prudentiæque specimen ante simulacrum Vestæ, pontifex maximus, est Q. Scævola trucidatus?*

*Ius civile primum constituit ]* Addit, quo pacto hoc fecerit, nempe, *in libros 18. redigendo.* Ergo in quandam artis formam jus civile redegit.

42. Mucij auditores fuerunt complures: sed præcipuæ auctoritatis. *Aquilius Gallus, Balbus Lucilius, Sextus Papirius, Gajus Iuventius.* ex quibus

quibus Gallum maximæ auctoritatis apud populum fuisse Servius dicit. omnes tamen hi à *Servio Sulpicio* nominantur. alioquin per se eorum scripta non talia existant, ut ea ad omnes adpetant. denique nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum. Sed Servius libros suos complevit: pro cujus scriptura, ipsorum quoque memoria habetur.

*Mucii auditores*] Etiam Cicero, se hoc magistro usum post mortem *Q. Mucii Scaevole Auguris*, illius sobriini, *C. Lælii sapientis* generi; qui idem & Consul fuit cum *L. Cecilio Metello*, auno U. C. 637. sec. Onuphr. & Emm.) scribit in *Lælio*, à princ.

*Aquilius Gallus*] *C. Aquilius Gallus* Ciceronis in prætura fuit collega, an. U. C. sec. Onuphr. 687. *C. Calpurnio Pisone*, & *M. Acilio Glabrione* Consulibus (Pigh. ad ann. 686.) & de ambitu quæstionem exercuit, ut ipse Cic. testis est in *Topic.* & in *orat. pro Cluent.* Idem in *Bruto* c. 154. hominem acutum vocat & exercitatum, eique promptam & paratam in agendo & in respondendo celeritatem tribuit. In *orat.*



pro Cæcinnâ oppidò illum laudat. Hoc loco ;  
 inquit, percommode accidit, quòd non adest is,  
 qui paulo antè affuit, & adesse nobis frequenter  
 in hac causa solet, vir ornatissimus C. Aquili-  
 us. Nam ipso præsentè de virtute ejus & pru-  
 dentia timidius dicerem, quòd ipse pudore quo-  
 dam afficeretur ex sua laude, & me similis ratio  
 pudoris à præsentis laude tardaret: cujus aucto-  
 ritati dictum est ab illa causa concedi nimium non  
 oportere. Vereor de tali viro ne plus dicam, quàm  
 vos aut sentiatis, aut apud vos commemorari  
 velitis. Quapropter hoc dicam; numquam ejus  
 auctoritatem nimium valere, cujus prudentiam  
 populus R. in cavendo, non in decipiendo per-  
 spexerit, qui juris civilis rationem nunquam ab  
 æquitate sejunxerit, qui tot annos ingenium, la-  
 borem, fidem suam populo R. promptam exposi-  
 tamque præbuerit; qui ita justus & bonus vir  
 est, ut naturâ, non disciplinâ, consultus esse vi-  
 deatur, ita peritus ac prudens, ut ex jure civili  
 non scientia solum quedam, verum & bonitas  
 nata videatur; cujus tantum est ingenium, ita  
 prompta fides, ut, quicquid inde haurias, pu-  
 rum liquidumque te haurire sentias Ille in-  
 ventor est stipulationis Aquilianæ; l. 18:  
 §. 1. de acceptilat. ejusdemque sententiæ in  
 materia institutionis posthumorum celebris  
 memoria est in l. Gallus. ff. de lib. & posthum.  
 Denique hic everriculum malitiarum omnium,  
 judicium de dolo malo, protulit, ait Cic. lib. 3)

*de nat. deor. c. 74. in f. Formulas de dolo malo ab Aquilio Collega & familiari suo prolatas, ait lib. 3. offic. Utroque loco ejusdem doli definitionem refert, quod sit dolus, cum aliud esses simulatum, aliud actum; & quod simulatione & dissimulatione dolus malus contineatur.*

*Balbus Lucilius ] Cicero ejus meminit in Bruto c. 154. ut cui, & C. Aquilio Gallo, duobus, ait, peritissimis, Servius Sulpitius operam dederit. Balbum doctum vocat & eruditum hominem, eique & in agendo & in respondendo consideratam tarditatem tribuit.*

*Sextus Papyrius ] Quis ille fuerit, nescitur.*

*C. Iuventius ] Corasius restituit, T. Iuventus; illumque putat fuisse, cujus mentio est Ciceroni in Bruto c. 178. quem illic nimis quidem lentum in dicendo, & penè frigidum, sed & callidum, & in capiendo adversario versutum, & præterea nec indoctum, & magna cum juris civilis intelligentia, itemque P. Orbis magistrum fuisse scribit. At repugnare temporis rationem sentiunt Muretus, & alii, Ego, quid obstet Corasii sententiæ, non video.*

*Omnes tamen hi à Serv. Sulpicio nominantur ] Servius commentariis suis hos omnes lauda-*

laudavit; indeque eorum potissimum celebratur memoria, quod ipsi scriptis suis consequi nequiverunt.

*Ut ea ad omnes adpetant*] Ita est in Florentino. nec videtur mutandum, sive, *appetere*, pro *appropinquare*, vel *advenire*, dictum sit, sive pro *adspirare*. Sensus erit; *scripta eorum non esse ejusmodi, ut à multis desiderentur.*

*Pro cujus scriptura ipsorum quoque memoria habetur*] Legendum, *ex cujus scriptura vel potius per cujus scripta.*

43. Servius cum in causis orandis primum locum, aut pro certo post Marcum Tullium obtineret, traditur ad consulendum Quintum Mucium de re amici sui pervenisse: cumque eum sibi respondisse de jure Servius parum intellexisset, iterum Quintum interrogasse, & à Quinto Mucio responsum esse, nec tamen percepisse: & ita objurgatum esse à Quinto Mucio: namque eum dixisse, turpe esse patricio, & nobili, & causas oranti, jus in quo versaretur, ignorare. ea velut contumelia Servius

tracta-

tractatus, operam dedit juri civili : & plurimum eos , de quibus locuti sumus , audiit : institutus à Balbo Lucilio : instructus autem maximè à Gallo Aquilio , qui fuit Cercinæ. Itaque libri complures ejus existant Cercinæ confecti. Hic cum in legatione periisset , statuam ei populus Romanus pro Rostris posuit : & hodieque extat pro Rostris Augusti. hujus volumina complura existant. reliquit autem propè centum & octoginta libros.

*Servius ] Servius Sulpicius Rufus dicitur Dioni lib. 40. qui illum una cum M. Marcello Confulem fuisse scribit anno V. C. 703. De hoc Cic. in Bruto c. 151. De Servio dicam quod sentio. non enim facilè quem dixerim plus studii, quàm illum, & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuisse. & mox : Videtur mihi in secunda arte primus esse maluisse, quàm in prima secundus. Atque haud scio, an par principibus esse potuisset. Sed fortasse ma-*  
*luit*

luit id quod est adeptus, longè omnium, non ejusdem modò etatis, sed eorum etiam, qui fuissent, in jure civili esse princeps. Et rursus c. seq. Q. Scævola illum anteponit: Sic enim, inquit, existimo, juris civilis magnum usum & apud Scævola, & apud multos fuisse; artem in hoc uno: quod nunquam effecisset ipseus juris scientia, nisi eam præterea didicisset artem, quæ doceret, rem universam tribuere in partes; latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando; ambigua primum videre, deinde distinguere; postremò habere regulam, quâ vera & falsa judicarentur, & quæ quibus propositis, essent, quæque non essent consequentia. Hic etiam attulit hanc artem omnium artium maximam, quasi lucem, ad ea, quæ confuse ab aliis aut respondebantur, aut agchantur. Et mox: Adjunxit etiam & literarum scientiam, & loquendi elegantiam; quæ ex scriptis ejus, quorum similia nulla sunt, facillimè perspicui potest. Cumque dicendi causa duobus peritissimis operam dedisset, L. Lucilio Balbo, C. Aquilio Gallo; Galli, hominis acuti & exercitati, promptam & paratam in agendo, & in respondendo celeritatem, subtilitate diligentiaque supera-

vit;

vit; Balbi; docti & erudit hominis, in  
 utraque re consideratam tarditatem vicit,  
 expediendis conficiendisque rebus. Sic &  
 habet, quod uterque eorum habuit; &  
 explevit, quod utrique defuit. Summè ip-  
 sum, postquam in legatione mortuus esset,  
 laudavit Cic. Philipp. 9. sub fin. Nam,  
 inquit, reliqua Servii Sulpicii vita multis  
 erit præclarisque monumentis ad omnem  
 memoriâ commendata. Semper illius gra-  
 vitatem, constantiam, fidem, præstantem  
 in Rep. tuenda curam atque prudentiam,  
 omnium mortalium fama celebrabit. Nec  
 Verò silebitur admirabilis quædam, & in-  
 credibilis, & penè divina ejus in legibus in-  
 terpretandis, æquitate explicanda, scien-  
 tia. Omnes ex omni ætate, qui hac in Civi-  
 tate intelligentiam juris habuerunt, si unum  
 in locum conferantur, cum S. Sulpicio non  
 sunt comparandi. Neque enim ille magis  
 jurisconsultus, quàm justitiæ fuit. Itaque,  
 quæ proficisebantur à legibus & à jure civi-  
 li, semper ad facilitatem æquitatemque  
 referebat; neque constituere litium actiones  
 malebat, quàm controversias tollere. Ex-  
 stant ad eum Tullii complures datæ inter hu-  
 jus epistolas ad familiares.

*Cum in causis orandis primum locum &c. J*  
*Servi-*

*Servius* jam tantus fuit in causis orandis, cum à *Q. Mucio* tam acerbè de ignorantia juris, in quo versaretur, reprehensus est. *Tullius lib. 1. de orat.* cum in persona *Crassi* docuisset, oratori juris civilis scientiam necessariam esse, pòst c. 237. & seqq. *Antonium* inducit, contrarium, & qui bonus orator, causarumque patronus esse possit, qui jus civile ignoret, ostendentem, *Quod verò*, inquit, *impudentiam admiratus es eorum patronorum, quò aut, cum parva nescirent, magna profiterentur, aut ea, quæ maxima essent in jure civili, tractare auderent in causis, cum ea nescirent, nunquamque didicissent: utriusque rei facilis est & prompta defensio. Nam neque illud est mirandum, qui, quibus verbis coemptio fiat, nesciat, eundem ejus mulieris, quæ coemptionem fecerit, causam posse defendere. Nec, si parvi navigii & magni, eadem est in gubernando scientia, iccirco qui quibus verbis hercisceri oporteat, nesciat, idem herciscundæ familiæ causam agere non possit. Et paulo pòst: Attamen ait, quæ causæ sunt ejusmodi, ut de earum jure dubium esse non possit, omninò in judicium vocari non solent. Num quis eo testamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus est, hereditatem petit? nemo; quia constat, agnascendo rumpi testamentum. Ergo in hoc genere*

*juris*

*Juris judicia nulla sunt. Licet igitur impune oratori omnem hanc partem juris in controversi ignorare. quæ pars sine dubio multo maxima est. In eo a. jure, quod ambigitur inter peritissimos, non est difficile oratori, ejus partis, quamcunque defendat, auctorem aliquem invenire; à quo cum amentatas hastas accepit, ipse eas oratoris laceratis viribusque torquebit. & quæ porro istic in hanc rem sequuntur.*

Cæterum quod initio hic à Cicerone præten- ditur, hoc non ad jus civile, quod legibus & moribus continetur, sed ad jus illud formula- re, ad verborum aucupia, ut vocat, pertinet: quod verò in sequentibus de jure incerto & contro- verso ait, verum est quidem, in hoc genere multa dici posse in utramque partem; sed ni- hilominus & hoc patet, ab eo, qui jus reli- quum, quod certum est, unde principia in unam atque alteram partem, eorum quæ con- troversiam inter doctos patiuntur, petuntur, non intelligit, nihil solidi, quamcunque se- quatur partem, afferre posse. Ipse Tullius hoc agnoscit, cum *amentatas hastas* aliunde acci- piendas scribit, ab oratore vibrandas. Et quid si minus rectè vibraturus sit, qui neque inge- nium illarum, neque illis pugnandi artem per- didicerit? Denique nec verum est, quod ait, de illis causis, de quarum jure dubium non sit, non haberi judicia. quid enim si factum sit controversum atque ambiguum, licet jus cer-

*tis*



tissimum? In quo tamen genere ratio colligendæ rei veritatis ex eis omnibus quæ afferuntur vel in considerationem venire debent, item applicandi juris ad omnes facti circumstantias, omninò jurisconsulti est. Apparet, neque in isto, neque in hoc genere laudabiliter versari, qui jus ignoret; verissimumque esse illud Q. Mucii ad Servium, *Turpe esse &c. Graculi illi & Psittaci sunt, verborum artifices, nugivenduli, impudentes turpesque rabule, judiciorum pestes, corruptores juris & æqui, omnibus modis coercendi, qui non juris scientiâ nixi, sed verborum & linguæ facultate freti, perinde habentes quale sit quod defendunt vel oppugnant, ad causarum patrocinia aecedunt; patronorum nomine indignissimi.*

*Eâ velat contumeliâ Servius tractatus ]* Ita in Florentino. Muretus testatur, in libro Vaticano legi, *tactus.* quod utique melius est. Sed neque cætera hujus capituli tam sunt nitida.

*Qui fuit Cercinæ ]* Corasius emendat, *Cecinae.* *Cercina* insula est maris mediterranei propè Africam, in quam C. Marius Româ profugus, cum filio ex aula regis Numidiæ Hiempsalis profugo, navi piscatoriâ subvectus se recepisse, undeque, cognito, Syllam in Bæotia bellum gerere, & quis præterea Romanarum rerum status esset, in Italiam rursus properasse refertur Plutarcho in *Mario.* *Cecina* a. est Hetruriæ oppidum, à *Cecinna* fluvio, qui

qui muros alluit (cujus meminit Plin. *lib. 3. c. 5.*) appellatam. Mela *lib. 2.* Raph. Volaterr. *lib. 5. geograph.* Muretus emendationem Corasii probat.

*Hic cum in legatione perisset*] A senatu ad Antonium Triumvirum, Mutinæ Brutum obfidem, ut à perditis consiliis ad sanitatem & pacem eum revocaret, missus fuit, excusatione valetudinis non admittâ. quo argumento Cicero *Philipp. 9.* contendit, honore mortuo, quam vivo injuriam fecerint, sarcendam; indeque, *Reddite, inquit igitur, Patres conscripti, ei vitam, cui ademistis, vita enim mortuorum in memoria virorum est posita. Perficite, ut is, quem vos ad mortem inscii misistis, immortalitatem habeat à vobis. cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis, nulla ejus legationem posteritatis obscurabit oblivio.*

*Statuam ei populus R. pro rostris posuit*] Hanc ei ponendam esse negavit imprimis P. Servilius, qui honorem statuæ nemini tribuendum censuit, nisi qui in legatione interfectus esset. At Cicero, causas mortis, non genus quærendum esse, demonstravit commemorata oratione, & ut pedestris ex ære statua Servio poneretur, impetravit.

*Pro rostris Augusti*] De Rostris supra dictum. Existimat Corasius, postquam P. Clodii à Milone interemti cadavere illato & structis pyris cremato, curia Hostilia cum vicinis quibusdam

dam ædificiis conflagrasset, rostra in illum locum, unâ cum statuis, translata fuisse, ubi Augustus postea forum cum æde Martis ultoris constituerit; forumque, & templum, & Rostra, *Augusti* dicta fuisse. Translationis rostrorum mentio est apud *Ascon. in Milonian.* Erant, inquit, enim tunc rostra non eo loco quo nunc sunt, sed ad Comitium prope juncta Curia Rosinus duplicia rostra, nova & vetera fuisse tradit, & nova quidem ad Palatii radices. *Antiquit. lib. 6. c. 5.*

44. Ab hoc plurimi profecerunt: ferè tamen hi libros conscripserunt: *Alfenus Varus, Gajus, Aulus Ofilius, Titius Cæsius, Aufidius Tucca, Aufidius Namusa, Flavius Priscus, Gajus Ateius Pacubius, Labeo Antistius* Labeonis Antistij pater *Cinna, Publicius Gellius*, Ex his decem, libros octo conscripserunt. quorum omnes qui fuerunt, libri digesti sunt ab *Aufidio Namusa* in centum quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit *Alfenus Varus* & *Aulus Ofilius*. ex quibus

bus Varus & Consul fuit : Ofilius in equestri ordine perseveravit. is fuit Cæsari familiarissimus : & libros de jure civili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. nam de legibus Vicensimæ primus conscripsit, de jurisdictione : idem edictum Prætoris primus diligenter composuit. nam ante eum Servius duos libros ad Brutum perquam brevissimos ad edictum subscriptos reliquit.

*Ab hoc plurimi profecerunt ]* Alii legunt *processerunt*, ut Corasius, qui ita se legere malle ait. Sed parum interest, cum & eo, quod à Servio, h. est, à doctrina ejus, profecerint in jure civili, ab hoc, sive hujus scholâ, tanquam ex equo Trojano, prodiisse vel processisse dicat.

*Fere tamen hi libros conscripserunt ]* fere dicit, quia mox duos ex decem memoratis excipit, qui libros non conscripserint.

*Alfenus Varus, ]* P. Alfenus Varusutrinam exercuit Cremonæ ; post Romam profectus Servio Sulpicio operam dedit, factusque eius  
*sutor.*

*futore egregius Iurisconsultus*, denique *Consul*.  
De hoc Horat. lib. 1. sermon. sat. 3.

————— *ut Alfenus Vaser omni*

*abjecto instrumento artis, clausaque taberna,*  
*Sutor erat; sapiens operis sic optimus omnis*  
*Est opifex solus* —————

Ubi Acron, urbane, inquit, *Alfenum Varum Cremonensem deridet, qui abjecta sutrinâ, quam in municipio suo exercuerat, Romam venit, magistroque usus Sulpicio Icto ad tantam pervenit scientiam, ut & Consulatum gereret, & publico funere efferretur.* Gellius lib. 6. c. 5. ejusdem, ut *jurisconsulti, & Servii Sulpicii discipuli, & rerum antiquarum non ignari, & qui libros Digestorum, & Collationum scripserit, quique in expositione verborum, purum putum, de argento, quod Carthaginienses Romano populo quotannis dare jussi erant, erraverit, meminit.* Consul proditur fuisse cum P. Vinucio anno U. C. 754. Cassiod. Pigh. ann. ad ill. ann. Meminit Lampridius etiam Alfeni inter familiares & consiliarios Alexandri Severi Imperatoris. At ille, si quis fuit, ab hoc nostro, cujus responsa in Pandectas relata sunt, qui ex futuro & auditore S. Sulpicii jureconsultus, & Consul factus fuit, cujus Consulatus ponitur ad ultima tempora Augusti, quem celebravit Horatius ante pugnam Actiacam circa initia Augusti, fuit omnino alius, quippe cum Alex. Mamm. filius cæperit anno 974. totis 220. an-

nis

nis post Consulatum Alfeni nostri.

*Gajus*] Quis ille fuerit, ignoratur. Is cujus responsa & libri in jure nostro citantur, fuit inter consiliarios Alexandri, nec Sulpicii discipulus. Corasius existimat, rejiciendum esse hoc nomen, quandoquidem & Pomponius decem dicat se hic enumerasse; hoc autem in numerum admissio sint undecim. Sed separat Corasius Cinnam à Labeone Antistio, quod alii non faciunt. de quo suo loco.

*Aulus Ofilius*] Describitur is hic auctori nostro. Uxor fortè hujus est illa Plinio lib. 7. c. 48. celebrata Clodia Ofilii uxor, quæ annum 115. *tum* excesserit, & quindecies enixa sit. Ofilii memoria passim est in Pandectis.

*T. Cæsius*] Ignotus.

*Aufidius Tucca*] An is T. Aufidius, de quo Tullius in Bruto c. 179. ? T. Aufidius, inquit, qui vixit ad summam senectutem, volebat esse similis horum. eratque & bonus vir & innocens, sed dicebat parùm. Meminit idem T. Aufidii prætoris Asiæ, orat. pro Flacco, c. 45.

*Aufidius Namusa*] Namusæ mentio est passim in Pandectis, ut l. 5. §. 7. ff. commod. . . §. 6. ff. de aq. & aq. plu. arc.

*Flavius Priscus*] Neque hic quis fuerit comperitum est.

*Gajus Attejus Pacuvius*] Ignotus & hic.

*Labeo Antistius, Labeonis Antistii pater, Cinna*] Ita auctor lexicæ jurid. jungit nomen Cinnæ cum Antistio Labeone, quasi is & Cin-

na dictus fuerit. & nisi id sint, non decem ab auctore nostro hic recensiti erunt, ut ipse ait, sed undecim. *Cinna* fuit *Claudiorum*, *Corneliorum*, & *Helviorum* agnomen, *Antistiorum*, ut & plurium aliorum, fuit *Labeo*. Pigh. in indice *annal. verbo*, *Cinna*, item *verbo*, *Labeones*. Nec igitur rectè videtur hoc nomen *Antistio* *Labeoni* tribui. Porrò duo hic memorantur *Antistii Labeones*, pater (qui solus hic refertur in censum *Iurisconsultorum*, qui *Servium Sulpitium* audiverint) & filius. Pater is *P. Antistius Mureto* videtur fuisse, de quo *Cicero* in *Bruto* 228. *Coniunctus*, ait, *Sulpicii ætati P. Antistius* fuit, *rabula sanè probabilis*, qui, *multos cùm tacuisset annos*, neque *contemni solùm*, sed *irrideri & solitus esset*, in *tribunatu* primùm *contra C. Iulii* (is erat *C. Iulius Cæsar Strabo*) *illam Consulatus petitionem extraordinariam*, *veram causam agens*, est *probatu*; & *eo magis*, quòd *eandem causam cùm ageret ejus collega*, *ille ipse Sulpicius*, hic *plura & acutiora dicebat*. Itaque *post tribu-*  
*natum primo multæ ad eum causæ*, *deinde omnes*, *maximæ quæcunque erant*, *deferrebantur*. *Rem videbat acutè*, *componebat diligenter*, *memoria valebat*. *Verbis non ille quidem ornatis utebatur*, *sed tamen non subjectis expeditæ autem erat*, & *perfacile cur-*  
rens

rens oratio. Et erat ejus quidem tanquam habitus non inurbanus, actio paulum cum vicio vocis, tum etiam ineptis, claudicabat. Hic temporibus floruit iis, quibus inter profectorem reditumque L. Syllæ, sine jure fuit, & sine ulla dignitate respublica. Hæc Tullius. Fuit is Publii Sulpicii in tribunatu plebis collega, L. Cornelio Syllæ & Q. Pompejo Rufo Coss. anno U. C. 666. sec. Onuph. quo eod. anno ille Sulpicus in magistratu, cum pessimè & immoderatissime egisset, jussu Syllæ occisus est. Appian. de bell. civil. lib. 1. v. Pigh. in anal. ad ann. 665.

Cæterum qui hic P. Antistius Labeo inter discipulos Sulpicii, qui annis 37. post hujus tribunatum Consul fuit, numerari queat, non video. Auctor lexici scribit, hunc Cn. Pompeii M. focerum, & ut Syllanum, à Marianis interfectum fuisse, idque ait tradi à Plutarcho, Orosio, Appiano, & Vellejo. Mox subjicit narrationem Appiani lib. 4. ad extremum, de morte Labeonis post casum Cassi & Bruti, quasi is idem fuerit cum priori. Nec minùs Gotofredus in notis hic ita commentatur. Mira & inconsideratissima confusio. Nam qui bello civili Syllæ & Marii perit, cæsus à Marianis, non potuit utique multis annis post sibi ipsi mortem præbere.

Qui P. Antistius Labeo focer fuit Cn. Pompeii Magni (nam is primam ex quinque uxori-

T

bus



bus habuit Antistiam, quam post ut Syllæ privignam Æmiliam, ex alio cui nupta erat, jam gravidam duceret, perfidè dimisit) is Caji filius, Caji nepos, prætor fuit & *questionem peculatus exercuit* anno U. C. 668. L. Corn. Cinna, & C. Mario VII. Coss. quo anno & Cn. Pompejus, admodum juvenis, apud illum prætorem ex factò patris accusatus, at, non sine notâ corrupti judicii, absolutus, ejusdem gener factus est. Hunc Antistium Plutarchus *in vita Pompeji*, quod Pompeji generi causâ à Syllæ partibus stare videretur, à Damasippo in curia interemtum refert. Alter P. Antistius fuit *Publii filius, Publii nepos*, & anno 661. (Coss. C. Valerio Flacco & M. Herennio) quo alter ille fuit Tribunus plebis, *questor Flacci* Coss. fuit in Gallia Cisalpina. Pigh. *in annal. ad ann. 660. pag. 209. & ad ann. 667. pag. 239.* Porro de Labeone ita Appianus *de bellis civ. lib. 4. Labeo, inquit, sapientia nomine illustris, Labeonis ejus parens, cujus ob legum experientiam celebre nomen est, locum in tabernaculo ad corporis sui modulum effodit; & quæ conjugii filiisque indicaret, servis suis ex ordine edisseruit; epistolas etiam familiaribus asserendas dedit. Unum præterea ex his fideliozem dextra apprehensum ad se convertens, ut Romanis in liberandis servis mos fuit, gladium conver-*

*ſo dedit, jugulumque ultro obtulit. Sic illi tabernaculum pro ſepulcro fuit. Hic Labeo utique is eſt, de quo auctori noſtro mentio eſt.*

*Cinna ] Diximus, non eundem hunc eſſe cum Labeone Antifſtio. Coraſius exiſtimat, hunc fuiſſe Cn. Cornelium Cinnam, Magnum dictum, qui anno U. C. 758. unâ cum L. Valerio Meſſala Conſul tuerit. Cinnæ ſcriptorum mentio eſt in l. 6. ff. de ritu nuptiar.*

*Publicius Gellius ] Hunc nemo novit illo nomine. Auctor Lexici cenſet indigitari L. Gellium (Publicolam dictum) cujus mentio eſt Ciceroni in Bruto c. 174. ut non, Publicius, ſed Publicola Gellius, legendum ſit. Verba Tullii ſunt: L. Gellius non tam vendibilis orator, quàm ut neſcres, quid erde eſſet. Nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandum, nec Romanarum rerum immemor, & verbis ſolutus; ſed in magnos oratores inciderat ejus ætatis, multam tamen operam amicis, & utilem præbuit, atque ita diu vixit, ut multarum ætatum oratoribus implicaretur; multum etiam in cauſis verſaretur. Meminit ejuſdem lib. 1. de Leg. ubi ita in perſona Attici, poſtquam de contentione philoſophorum dirimenda aliquid injeciſſet: qui, inquit, iſthoc fieri poſſet L. Gellio mortuo? quia me Athenis audire ex Phædro meo memini, Gellium familiarem tuum, cum Proconſul ex prætura in Græciam veniſſet,*

Athenis philosophos qui tum erant, in locum unum convocasse, ipsisque magnopere auctorem fuisse, ut aliquando controversiarum aliquem facerent modum, quodsi essent eo animo, ut nolent etatem in litibus conterere, posse rem convenire; & simul operam suam illis esse pollicitum, si posset inter eos aliquid convenire. vocat ibid. Tullius illud joculari, dicitque à multis sæpè derisum. Pigh. illum Gellii proconsulatum ponit ad an. 677. Eundem L. Gellium Cicero in Bruto c. 105. suorum & collocutorum suorum familiarem vocat, & quod Carboni in consulatu contubernalis fuerit, narrasse, eundemque audivisse, scribit. Consulatus Carbonis incidit sec. Onuphr. in ann. U. C. 641. Et Carbone adolescente (anno U. C. 605.) questiones perpetuas primum constitutas, ait Cic. d. loco. Ipseque Lucius Gellius Consul fuit cum Cn. Corn. Lentulo an. 682. Onuphr. in comm. ad lib. 1. fast. ad ill. ann. Pigh. ad ann. 681. Et censor fuit cum eodem Lentulo, anno U. C. 684. vid. Onuphr. ibid. ad ill. ann. 8; Pigh. ad ann. 683. Quo eod. anno. Cicero, annos 36. natus, ædilitatem petiit. Pigh. ibid. Secundum hæc oppidò difficile fuerit, hunc L. Gellium inter discipulos Servii Sulpicii numerare.

Qui omnem partem operis fundarent ] Hoc velle videtur, exactius & solidius Aulum Officium scripsisse, eamque soliditatem omni parte scripturam ipsius conspicuam esse. De

*De legibus Vicefima* ] de Vicefima in fuperio-  
ribus actum.

*Idem edictum prætoris primus diligenter cõnu-  
pofuit* ] De edictis prætorum & auctoritate ju-  
ris proponendi aliàs. Hoc tamen hic locus dici  
postulat, licet *annuum* Prætoris fuerit impetu-  
um, ut ait Imperat. in *pr. Inft. de perpet. &  
temp. act.* & eos, qui plurimum tribuant edicto  
prætoris, id legem annuam esse dicere; item,  
*edicto finem afferre Calendas Ianuarias*, scribat Ctc.  
*Verr. fecunda*; nihilominus *rem edicti*, h. est  
jus eo propositum, durasse, neque licuisse  
fequentibus prætoribus novis edictis suis à de-  
cessorum propositis juribus temere diverfium  
proponere, eoque jus antèrius refeindere &  
convellere. Testatur hoc ( præterquàm quod  
in bene constituta republ. jus in arbitrio & qua-  
fi libidine magistratum collocatum esse non  
oporteat ) quod actiones prætoris, licet ad  
exitum anni præturæ cujusque natæ, tamen  
*annum vixerint*; quod *non continuam*, quo ab-  
solvebatur magistratus, sed utilem vixerint;  
quod & *post annum prætores actionem dederint*,  
ut *l. 1. pr. de vi & vi arm. l. 4. p. ff. vi bon. rapt.*  
quod & *perpetuæ fuerint pleræque actiones præ-  
toris*, *l. 35. pr. ff. de O. & A. in f. pr. Inft. de  
perpet. & temp. act.* Testatur denique id, quod  
loco hoc teste, jam olim & diu ante Hadrianum,  
qui prætorum edicta annua sustulit, & *ex edicto  
perpetuo jus reddi voluit*, Icti. in componen-  
do edicto prætoris ( h. est. omnium prætorum

edictis (quasi unum esset *jus prætoræ*) occupati fuerint. Frustrà id utique fuisset, si cum imperio cujusque prætoris jus ab quoque propositum exspirasset. Deinde sciendum, edicta prætorum quæ jurisdictionis perpetuæ causâ, non prout res incideret, proponerentur. l. 7. *pr. ff. de jurisd. perpetua* dicta fuisse. Hinc illæ leges, sub liberâ rep., quibus *jussi prætores ex edictis suis perpetuis jus dicere*. Ejusmodi legem anno U. C. 687. C. Calpurnio Pisone & M. Acilio Glabrione Consulibus, C. Cornelius tribunus pl. multis invitit: *quæres gratiam ambitiosis prætoribus, qui variè jus dicere solebant, sustulit*, ait Ascon. *ad orat. Tullii pro C. Cornelio*, cujus illic quæ habentur, fragmenta supersunt. Plenius hac de re Dio lib. 36. Verba hæc sunt ex interpretatione Xylandri & Leunclavii: *Legem perfecit Cornelius & alteram hujusmodi: Prætores omnes & jura, secundum quæ jus ipsi dicturi essent, albo inscripta proponebant. nec enim jura & leges omnes ad contractus pertinentes exprimebant, nec uno id eodemque tempore faciebant; nec ab se scripta servabant, sed albi scripturam mutabant sæpius, & in hac re multa, ceu facile creditu, ad gratiam vel odium quorundam fiebant. Igitur rogationem tulit, ut & statim à principio prætores prædicerent, quo jure essent usuri, & deinceps ab*  
eis

*eis nequaquam deflecterent.* Ex quo loco & hoc perspicuum est, quod Bachov. p. 1. *comm. ad P. pag. 56.* vix dubium esse, & ex orat. Cic. *in verr. qua est de jurisd. Sicil.* ferè colligitur, non tantum initio magistratus, sed etiam post, illo durante, prætores edicta jurisdictionis perpetuæ causâ, & actiones proposuisse, quod tamen, si Dioni fides habenda, lex Cornelia inhibuerit. Sed & plus 100. annis antequam illam Corneliam, L. Æmilio Paulo 1. i. & C. Licinio Crasso Coss. (anno V.C. sec. Onuphr. 586.) v. Kal. April. Senatusconsultum in Hostiliâ factum esse, uti prætores ex suis perpetuis edictis jus redderent, probat fragmento antiquissimi & elegantissimi diarii Romani Pigh. *ad ann. 387. pag. 265. & ann. 585. pag. 378.*

Deniq; ex his omnibus perspicuum est, quàm solida ratio sit Imperatoris, cur prætoriarum actiones plerumque intra annum vivant (si vel id verum esset. de quo alibi) ducta ab anni spacio quo daret prætoris imperium, d. pr. *Inst. de perpet. & temp. act.*

Porro A. Ofilius primus *diligenter*, h. est, cum majori cura, & latius atque plenius, *composuisse*, h. est, *collegisse, tractasse, disposuisse & illustrasse*, edictum prætoris, dicitur; cum Servius ante illum id leviori operâ atque valdè breviter facere tentasset.

*Ad edictum subscriptos* ] si recta lectio est,

& non potius, *scriptos*, legendum, *subscriptos* dixit pro *inscriptos*, illo nempe titulo [*ad editum*] vel *subscriptos ad Brutum*, pro, *Bruto inscriptos*. Porro istorum duorum librorum *Bruto inscriptorum* à Servio, primi, mentio est apud Ulpianum lib. 28. *ad Edictum*, in l. 5. §. 1. ff. *de instit. act.*

45. Fuit eodem tempore & *Trebatius*, qui idem *Cornelii Maximi* auditor: fuit *Aulus Cascelius*, *Quintus Mucius Volosij* auditor: denique in illius honorem testamento *Publium Mucium* nepotem eius reliquit heredem. fuit autem quæstorius: nec ultra proficere voluit, cum illi etiam *Augustus* consulatum offerret. ex his *Trebatius* peritior *Cascelio*, *Cascelius* *Trebatio* eloquentior fuisse dicitur, *Ofilius* utroque doctior. *Cascelij* scripta non exstant, nisi unus liber *Benedictorum*. *Trebatij* complures: sed minus frequentantur.

Fuit

Fuit eod. tempore & Trebatius ] C. Trebati-  
 us Testa. Pigh. ad ann. V. C: 706. ( in  
 quo Dictaturam Cæsaris , à cæde Pompeji  
 cognita in annum , unâ cum Consulatu in  
 quinquennium , & Tribunitia potestate in per-  
 petuum , absenti decretam ; & M. Antonii  
 Magisterium equitum , urbisque , dum Cæ-  
 sar in Ægypto & Asia bellum gereret , eu-  
 ram ponit. Dioni & Onuphrio est 707. mus )  
 illum inter Tribunos pl. numerat. Fuit Iuris-  
 consultus , eques Romanus , Ciceroni fami-  
 liarissimus , cui is inscripsit Topica sua. &  
 multæ ejusdem exstant epistolæ. Lib. 4. epi-  
 stolar. ad familiar. ep. 1. scripta Servio sulpi-  
 cio , vocat familiarem suum. Lib. 7. ep. 5. Cæ-  
 sari ipsum quàm diligentissimè commendat :  
 Hunc , inquit , mi Cæsar , sic velim omni tua  
 comitate complectare , ut omnia , que per me pos-  
 sis adduci , ut in meos conferre velis , in unum  
 hunc conferas. de quo tibi homine hæc sperando  
 non illo vetere verbo meo , quod , cum ad te de  
 Milone scripsissem , jure lusisti ; sed more Ra-  
 mano , quomodo homines non inepti loquuntur ;  
 probiorem hominem , meliorem virum , pruden-  
 tiorum esse neminem. Accedit etiam , quod fa-  
 miliaritatem inducit , in jure civili singularis  
 memoria , summa scientia. Hanc ego neque tri-  
 bunatum , neque præfecturam , neque ullius be-  
 neficii certum nomen peto , benevolentiam tuam &  
 liberalitatem peto ; neque impedio , que nuncas.



si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornes gloriose insignibus. totum denique hominem tibi trado, de manu, ut ajunt, in manum tuam istam & victoriâ & fide præstantem. Iustinianus imperator, princ. Inst. de codicillis, ejus meminit, ut cujus tempore Augusti maxima fuerit auctoritas, quique inter sapientes viros convocatos, eidem Principi suaserit codicillorum usum admitti, ut civibus utilissimum & necessarium.

Qui idem Cornelii Maximi auditor ] Quis ille Cornelius Maximus fuerit, non patet, sive Publum; cum Corasio, sive Quintum Cornelium Maximum cum Goveano legas. Maximo cognomen reperiti in Valeris, Andromis, Appis, Arteris, Cæsonis, Carviliis, Claudiis, Fabiis, Galeris, Junis, Laberiis, Manliis. Pupienis, Trebellis, testis est Pigh. in indice annal. verb. Maximi. In gente Cornelia non reperitur. Quintus etiam Maximus Q. Fil. reperitur aliquis Prætor. Pigh. ad ann. V. C. 706. Et doctorem tamen aliquem Cornelium Trebatium habuisse videtur, ex Cic. lib. 7. epist. 8. ad Trebatium; ubi, Quæstus, inquit, cum Vacerra & Manilio: nam Cornelio nihil audeo dicere; cuius tu periculo stultus es, quando te ab eo sapere didicisse profiteris.

Fuit Aulus Caselius ] Hujus mentio est apud Horat. de arte poet.

~~consulatus-juris & actor~~

Cas-

*Causarum mediocris abest virtute disertis  
Messale; nec scit, quantum Cascelius Aulus;  
Sed tamen in precio est.*

Cascelium vocat & Plin. lib. 8. c. 40. & Val. Max. lib. 6. c. 2, ubi is, *Age, inquit, vir juris civilis scientia clarus, quam periculose contumax? nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas Triumviri dederant, formulam componeret. hoc animi judicio victoriam eorum beneficia extra omnem ordinem legum ponens. Idem cum multa de temporibus Cesaris liberius loqueretur, amicique, ne id faceret, monerent, duas res, que hominibus amarissima videntur, magnam sibi licentiam præbere respondit, senectutem & orbitatem. Urbanitatis etiam laudatur à Macrob. lib. 2. saturn. c. i 6. Labeonis, Ofilii, Cascellii, & Trebatii, ab quodam testaturo in consilium adhibitorum, meminit Iavolenus in l. cum & filio. 39. de vulg. & pup. subst.*

*Q. Mucius Volusii auditor.] Corasius existimat; legendum, Q. Mucy. Volusii auditor; ut verba referantur ad Cascelium; ad quem utique referenda sunt sequentia de institutione heredis, de questura gesta, de oblato consulatu, & reliqua hujus §. confirmant, de Trebatia tantum & Cascelio, Jurisconsultis, hic auctori fuisse actum. At, quis ille Q. Mucius Volusius fuerit; Corasius ipse, se explicare non posse profitetur. Alii legendum censent,*

*Q. Mucij Scævole auditer*; melius certè; nam, *Volusius*, nomen gentis fuit, non cognomen. *Balduinus* putat, legendum, *Q. Mucij & Volcatij*, ut scilicet duo *Caselij* magistri nominentur.

Et *Volcatii* fuisse discipulum, prodidit *Plin. d. c. 40. Volcatium*, inquit, *nobilem*, qui *Cæselianum jus civile docuit*. Sed & *Q. Mucij* vel *Auguris*, vel *Pontificis*, auditor esse potuit. uterque enim ad multam senectutem vixit; & *Caselius* tempore *Triumvirorum* senex fuit.

*Denique in illius honorem*] *Illius*, ait, puta, quem priorem nominavit, *Q. Mucij*; primi præceptoris; si modò duos expressit.

*Nepotem ejus heredem instituit.*] Ipse namque, ut ex *Valerio* accepimus, fuit orbis liberis.

46. Post hoc quoque *Tubero* fuit, qui *Ofilio* operam dedit. fuit autem patricius, & transit à causis agendis ad jus civile: maxime postquam *Quintum Ligarium* accusavit, nec obtinuit apud *Gajum Cæsarem*. Is est *Quintus Ligarius*: qui, cum *Africæ oram* teneret, infirmum *Tube-*  
*ronem*

ronem applicare non permisit; neque aquam haurire, quo nomine eum accusavit, & Cicero defendit. exstat ejus oratio satis pulcherrima, quæ inscribitur, *Pro Quinto Ligario*. Tubero doctissimus, quidem habitus est juris publici, & privati: & complures utriusque operis libros reliquit. sermone etiam antiquo usus affectavit scribere: & ideo parum libriejus grati habentur.

*Post hoc quoque Tubero fuit, qui Oflio operam dedit ] post hoc, est in Florentino. Alioram est, post hos; utique melior lectio. Duo autem tunc Tuberoes fuerunt, pater & filius. Pater L. Aelius Tubero, propretore Africam ex SGo & L. Pompeja sortitus obtinuit Consulibus C. Cl. Marcello, & L. Corn. Lentulo, anno Reip. novissimo, ut scribit Onuphrius, U. C. 705. (sec. Pigh. 704.) & cum in Africam venisset, invenit in provincia cum imperio Attium Varum, qui ad Auximum amissis cohortibus protinus ex fuga in Africam pervenerat, atque eam sua sponte vacuam occupaverat, dele-*  
*tyque*

Etque habito 2 legiones effecerat, hominum & locorum notitiam, & usus ejus provinciae nactus. aditus ad ea conanda, quod paucis ante annis ex praetura eam provinciam obtinuerat. Hic venientem Utinam cum navibus Tiberonem portu atque oppido prohibet, neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur, sed sublatis anchoris excedere eo loco cogit. Verba sunt Caesaris lib. 1. de bello Gall. Patrem imprimis laudat Cicero ab ingenio, doctrina, & juris civilis scientia; in orat. pro Ligar. [cujus accusator apud Caesarem fuit Tubero filius) sub princip. Atque, inquit, in hac causa non nihil equidem, Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero, quod homo, cum ingenio, tum etiam doctrina excellens, genus hoc causae quod esset, non viderit. Et paulo post utriusque totiusque familiae laudes infert: Novi, inquit, te, novi patrem tuum, novi domum nomenque vestrum, studia denique generis ac familiae vestrae, virtutis, humanitatis, doctrinae plurimarum artium atque optimarum; nota sunt mihi omnia.

Filius est, de quo hic Auctor noster agit, P. Aelius Tubero; cujus fuisse filius videtur, qui

qui ejus nominis Consul fuit cum *Paulo Fabio Maximo*, anno U. C. 743. Dio *lib* 54.

*Fuit a. Patricius* ] Cicero *principio d. orationis* vocat propinquum suum, attamen ex affinitate, ut pōst *ead. orat.* indicat. c. 21.

*Transit à causis agendis ad jus civile* ] De hac studiorum methodo dictum.

*Doctissimus juris publici & privati, & complures utriusque libros reliquit* ] Libros historiarum *Tiberonis* memorat Gell. *lib. 10. c. 28.* ostendendis discriminibus, quæ fuerint iudicio moribusque majorum, pueritiæ, juventæ, senectæ; cum nempe *Servius Tullius* censum instituens existimasset *pueros qui minores essent annis 17.* ab hoc autem anno usque ad quadagesimum sextum *juniores*, supra hunc annum *seniores* appellasset.

*Is est Q. Ligarius, qui cum Africa oram teneret, infirmum Tiberonem applicare non permisit.* ] *Quinto Ligario* hæc culpa data à *Tiberonibus*, quorum filius, qui infirmus cum patre fuerat, ut ex *Cæsare* intellectum, *Ligarium* de hoc accusavit. *Cæsar* non *Ligario*, sed *Atto Vāro* hoc factum tribuit: & Cicero *d. orat. Ligarium, licet fuerit in provincia, fecisse negat.* Fuerat a. *Ligarius*, uti illic *Tullius* refert, legatus in *Africa* cum *C. Considio*, ab eodem decedente, ut moris erat, provincie invitus præfectus. Restiterat autem adhuc aliquandiu post *Vari* adventum, & postquam ille, ad pri-  
vationem

vatum, ait, clamorem multitudinis imperite, nullo publico consilio delatum, imperium arripuerat. quod illie Tullius multis excusat.

*Exstat ejus oratio satis pulcherrima* ] *Satis*, cum superlativo junctum etiam alibi reperitur; ut in l. 4. ff. de in integr. restit. [ *ne propter satis minimam rem.* ] Orationem hanc Ciceronis valde admiratur Quintil. lib. 3. Et memorabile est, quod de virtute orationis ejusdem & effectu in Cæsare ad absolvendum, quem damnare certissimum ei fuerat, refert Plut. in *Tullo*, commemoratum quoque à Budæo, & aliis interpretibus. si vera est narratio, erit & hoc oratori tribuendum, quod in commentatio, ut vidimus, ipse Cæsar factum, de quo accusatus erat Ligarius, non huic sed Varo imputavit.

47. Post hunc maximæ auctoritatis fuerunt *Atejus Capito*, qui *Ofilium* secutus est: & *Antistius Labeo*, qui omnes hos audivit, institutus est autem à *Trebatio*. Ex his *Atejus* Consul fuit: *Labeo* noluit, cum offerretur ei ab *Augusto* Consulatus, quo susceptus fieret &, honorem suscipere, sed plurimum studiis operam dedit.

dedit : & totum annum ita divisera-  
 rat, ut Romæ sex mensibus cum stu-  
 diosis esset, sex mensibus secederet,  
 & conscribendis libris operam daret.  
 Itaque reliquit quadringenta volu-  
 mina : ex quibus plurima inter ma-  
 nus versantur. Hi duo primùm ve-  
 luti diversas sectas fecerunt. nam  
 Atejus Capito in his, quæ ei tradita  
 fuerant, perseverabat : Labeo in-  
 geniî qualitate & fiducia doctrinæ,  
 qui & cæteris operis sapientiæ operam  
 dederat, plurima innovare instituit.  
 Et ita Atejo Capitoni *Massurius Sa-  
 binus* successit, Labeoni *Nerva*. ad-  
 huc eas dissensiones auxerunt. Hic  
 etiam *Nerva* Cæsari familiarissimus  
 fuit. *Massurius Sabinus* in equestri  
 ordine fuit, & publicè primus scri-  
 psit, posteaque hoc cœpit beneficium  
 dari à Tiberio Cæsare. hoc tamen  
 illi concessum erat. Et, ut obiter sci-  
 amus, ante tempora Augusti publi-  
 cè



cè respondendi jus non à principali-  
 bus dabatur : sed qui fiduciam studio-  
 rum suorum habebant , consulenti-  
 bus respondebant , neque responsa  
 utique signata dabant : sed plerum-  
 que Judicibus ipsi scribebant aut te-  
 stabantur, qui illos consulebant. Pri-  
 mus Divus Augustus , ut major ju-  
 ris auctoritas haberetur , constituit,  
 ut ex autoritate ejus responderent ,  
 & ex illo tempore peti hoc pro bene-  
 ficio cœpit. & ideo optimus princeps  
 Hadrianus, cum ab eo viri prætorii pe-  
 terent, ut sibi liceret respondere, rescri-  
 psit eis, hoc non peti, sed præstari solere,  
 & ideo, si quis fiduciam sui haberet,  
 delectari se : populo ad respondendum  
 se præpararet. Ergo Sabino concessum  
 est à Tiberio Cæsare, ut populo re-  
 sponderet. qui in equestri ordine  
 jant grandis natu , & ferè annorum  
 quinquaginta receptus est. huic nec  
 amplè facultates fuerunt : sed plu-

rimum à suis auditoribus sustentatus  
 est. Huic successit *Gajus Cassius Lon-*  
*ginus*, natus ex filia *Tuberonis*, quæ  
 fuit neptis *Servii Sulpitii*, & ideo  
 proavum suum *Servium Sulpitium*  
 appellat. hic Consul fuit cum *Quarti-*  
*no*, temporibus *Tiberii*: sed pluri-  
 mum in civitate auctoritatis habuit  
 eousque, donec eum *Cæsar* civi-  
 tate pelleret. expulsus ab eo in  
*Sardiniam*, revocatus à *Vespasiano*,  
 diem suum obit. *Nervæ* successit  
*Proculus*. Fuit eodem tempore &  
*Nerva filius*, fuit & alius *Longinus*  
 ex equestri quidem ordine, qui postea  
 ad præturam usque pervenit. sed  
*Proculi* auctoritas major fuit. nam  
 etiam plurimum potuit. appellati-  
 que sunt partim *Cassiani*, partim *pro-*  
*culeiani*. quæ origo à *Capitone*, &  
*Labeone* coeperat. *Cassio Cælius Sa-*  
*binus* successit, qui plurimum tem-  
 poribus *Vespasiani* potuit, *Procule*  
*Pega-*

*Pegasus*, qui temporibus Vespasiani præfectus urbi fuit, *Cælio Sabino Priscus Iavolenus*. *Pegaso Celsus*, patri *Celso Celsus filius*, & *Priscus Neratius*: qui utrique Consules fuerunt: *Celsus* quidem & iterum. *Iavoleno Prisco Aburnus Valens*, & *Tuscianus*, item *Salvius Julianus*.

*Atejus Capito* ] Is principem in civitate locum studiis civilibus affectus & cui consulatum acceleraverit Augustus, ut *Labonem Antistium*, iisdem artibus præcellentem, dignatione ejus magistratus anteiret, memoratur Tacito *lib. 3. annal. c. 75*. At idem eod. *lib. c. 70*. eidem improbitatem & adulationis flagitium disertè tribuit: *L. Ennium*, inquit, equitem Romanum, majestatis postulatum, quod effigiem Principis promiscuum ad usum argenti vertisset, recipi Cæsar, Tiberius, inter reos vetuit, palam aspernante *Atejo Capitone*, quasi per libertatem; non enim debere eripi patribus vim statuendi, neque tantum maleficium impune habendum; sanè lentus in suo dolore esset; rei publicæ injurias ne largiretur. Intellexit hæc Tiberius, ut erant magis, quàm ut dicebantur; persistitque intercedere. *Capito insignitior*  
infa-

infamiam fuit, quod humani Divinique juris  
 sciens egregium publicum & bonas domi ar-  
 tes dehonestavisset. Hactenus Tac. Ce-  
 lebratur in hunc Atejum dictum M. Pom-  
 ponii Marcelli, Grammatici, sermonis  
 Latini exactoris molestissimi, apud Sue-  
 ton. lib. de illustrib. Grammat. c. 22. Nam  
 cum Pomponius ex oratione Tiberium repre-  
 hendisset; affirmante Atejo Capitone, &  
 esse illud Latinum, & si non esset, futu-  
 rum: Certè, jam inde mentitur, inquit,  
 Capito. Tu enim, Cæsar, civitatem  
 dare potes hominibus, verbis non potes.  
 Idem refert Dio lib. 57.

Meminit Ateji aliquoties Gellius; ut, lib.  
 4. c. 14. ubi ex lib. 9, ejus collectaneorum, in-  
 scripto de judiciis publicis, decretum recitat tri-  
 bunorum pleb., gravitatis, ut æ, antique  
 plenum: lib. 10. c. 20. ubi eum pnblici priva-  
 tique juris peritissimum vocat; ejusque defini-  
 tionem Legis recenset & considerat: lib. 13.  
 c. 12. ubi ejusdem testimonium de Labeone  
 Antistio refert; quod mox videbimus. Consul  
 fuisse traditur, cum Ti. Jul. Cæs. Germanico,  
 Tiberii ex fratre Druse Germanico nepote, ejus-  
 demque filio adoptivo, anno U. C. 765. Dio  
 lib. 56. cui tamen C. Fontejus, non Atejus,  
 dicitur. prout & Cassiodorus, & fragmenta Ca-  
 pipolina, non Atejum, sed Fontejum memo-  
 rant,

rant. v. Onuphr. in comm. ad lib. 2. pastor. in d. anno. Horatius lib. 1. sermon. sat. 5. ita & Fonteji Capitonis meminit, & Cocceji Nerve & Mecenatis :

— Interea Macenas advenit, atque Coccejus, Capitoque simul Fontejus, ad unguem Factus homo.

Et Antistius Labeo ] Is ejus Antistii Labeonis, cujus §. 44. fuit mentio, filius est. Infanus hic badius, non quòd mentis vicium pateretur, sed quòd contumax esset in tuitione libertatis & recti, Cæsarique cum aliis blandiri nollet. Horat. lib. 1. sermon. sat. 3.

— Labeone insanior inter sanos dicatur. De hoc Sueton. in Aug. c. 54. Antistius Labeo, inquit, senatus lectione, cum vir virum legeret, M. Lepidum, hostem olim ejus (Augusti) & tunc exsulantem, legit: interrogatusque ab eo, an essent alii digniores; suum quemque iudicium habere, respondit. Tacit. d. c. 75. Antistium hunc Labeonem cum Atejo Capitone componens, illa, inquit, aetas duo pacis decora simul tulit. sed Labeo incorrupta libertate, & ob id famam celebratior; Capitonis obsequium a minantibus magis probabatur. Illi, quòd præturam intra stetit, commendatio ex injuria; huic quòd Consulatum adeptus est, odium ex invidia oriebatur. Ipsius Ateji de hoc iudicium

prodit

prodit Gell. lib. 13. c. 12. In quadam, ait, epistola Atteji Capitonis scriptum legimus, Labeonem Antistium legum atque morum pop. R. jurisque civilis doctum apprimè fuisse. Sed agitabat, inquit, hominem libertas quadam nimia atque vecors, usque eo, ut D. Augusto jam Principe, & republ. obtinente; ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi, quod iustum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset. Ac deinde narrat, quid idem Labeo per viatorem à tribun. pleb. vocatus responderit; Cum à muliere, inquit, quodam Tribuni pl. adversum eum aditi, Gellianum ad eum mississent ut veniret, & mulieri responderet, iussit eam qui missus erat, redire & Tribunis dicere, jus eos non habere, neque se, neque alium quenquam in causa vocandi, cum moribus majorum tribuni pl. prehensionem haberent, vocationem non haberent; posse igitur eos venire, & prehendi se jubere, sed vocandi absentem jus non habere. Idem Gellius isto libro, c. 10. illum laudat his verbis: Labeo, inquit, Antistius, juris quidem civilis disciplinam principali studia exercuit, & consulentibus de jure publice responsivis: cæterarum quoque bonarum artium non expertus fuit. Et in Grammaticam sese atque

dialec.

dialecticam, literasque antiquiores altioresque penetraverat, Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat: eaque precipuè scientiâ ad enodandos plerosque juris laqueos utebatur. Sunt adeò libri post mortem ejus editi, qui posteriores inscribantur, quorum librorum tres continui, tricesimus octavus, tricesimus nonus, & quadragesimus, pleni sunt id genus rerum, ad enarrandam & illustrandam linguam Latinam conducendum. Præterea in libris, quos ad prætoris edictum scripsit, multa posuit, partim lepide atque argute reperia; sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptum legimus: soror, inquit, appellata est, quod quasi seorsim nascitur, separaturque ab ea domo, in qua nata est, & in aliam familiam transfreditur. Alius ab hoc fuit Hadriani temporibus, Domitius Labeo, cujus item in Pandectis mentio, ut in l. 27, qui test. f. poss.

Labeo noluit, cum offerretur ei ab Aug. Consulatus, quo suffectus fieret ] De suffectis Consulibus supra visam.

Et honorem suscipere ] Particula copulativa emittenda, vel pro, &, legendum, cum.

Reliquis quadringenta volumine ] In Florontino ita est. cetera solum exemplaria, que interpretes sequuntur, habent quadraginta. Index Justiniani Pandectis præfixus, Labeo-  
nis

*nis περὶ Δαυῶν* libros octo, Posteriorum decem, tantum memorat. Et hi tempore Iustiniani fortè ex omnibus ejus libris superfuere. Gellius *d. c. 10. lib. 13. quadraginta posteriorum*, h. est, post mortem ejus editorum, meminit; ac præterea librorum ejus *ad Edictum*; item *lib. 1. c. 12. in f. commentariorum ad 12. tabulas*. Ulpian. in *l. 9. de V. S.* Laudat Labeonis *primum librum prætoris Urbani*; item *l. 9. §. 4. librum trigesimum prætoris peregrini*. Et Pomponius in *l. 30. §. 1. ff. de usurp. & usuc. libros ejusdem epistolarum* citat. Apparet utique, multo plures quadraginta fuisse libros hujus jureconsulti.

*Hi duo primum veluti diversas sectas ] Secta,* certa disciplinæ formula aut ratio, quam quidam pertinaciter sequuntur, quamque unicè tueri satagunt. *ἀίρεσιν* dicunt Græci, *Act. apost. c. 24. vers. 5. 14.* De sectis philosophorum eleganter Cic. *lib. 3. de orat. c. 69.* *Hec autem*, inquit, *ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium jugo sunt doctrinarum facta divortia.* Hujusmodi igitur *sectas & divortia* in juris civilis disciplina primi quasi *Atreus Capito & Antistius Labeo*, fecerunt: non, quasi ante illos nulla fuerint inter jurisconsultos sententiarum diffidia, sed quod h in apertiora ac frequentiora opinionum discrimina iverint, singulique *sectatoribus* repertis, ipsi factionum principes & *sectarii* ex-



stiterint. Tabellam de sectis hisce Iurisconsultorum posuit Contius *lib. 1. lect. subs. c. 12.* Plenior hæc est :

Principes sectarum  
fuere

*Atejus Capito. Antistius Labeo.*

Auxe dissensiones,

*Massurius Sabinus.*

*C. Cassius Longinus,*  
unde *Cassiani.*

*Nerva pater.*

*Proculus,* unde

*Proculejani.*  
seu *Proculeji.*

*Nerva filius.*

*Pegasus,* unde

*Pegasiani.*

*Celcius Sabinus,*  
unde *Sabiniani.*

*Iavolenus Priscus.*

*Aburnus Valens,* &  
*Iuscianus;* item

*Sabvius Iulianus.*

*Celsus pater.*

*Celsus filius,* &  
*Priscus Neratius.*

Frequens in jure nostro est harum sectarum memoria, & multa passim vestigia. Neque tamen minus quandoque consensisse illos qui diversarum sectarum, dissensisse, qui ejusdem fuerint, apparet ex *l. 1. ff. rer. amotar. l. 11. pr. & f. ff. de jurisd.* cujusmodi loca temere quidam depravata & restituenda autumant, ut rectè sentit Gotofr. *ad ista loca.*

*Labeo ingenii qualitate*] *Budæus* locum corruptum esse putat, & *qualitate*, scriptum fortasse pro, *facilitate.* *Mæretus* rectè judicasse *Budæum* ait, locum corruptum esse; at ipse  
lega

legi vult, *ingeni acritate*. Nihil causæ video in hac censura; & omnino cum Corasio, bene legi existimo, ut legitur. *Qualitas*, pro *conditione cujusque rei*, satis Latine dicitur: *Ingenii qualitate*, h. est, pro eo, quo fuit, ingenio.

Qui & cæteris operis sapientiæ operam dederat ] *Budeus* legit: ut qui cæteris temporibus. *Muretus*, quia exceptis, ut exceptæ operæ dicantur, ut *subsecivæ*. Vulgò legitur, quia præ cæteris sapientiæ operam dederat. quod utique melius est. Nec tamen longè abest hæc phrasis, dare operam cæteris sapientiæ operis (pro rebus aut partibus, in quibus opera collocari solet, ut apud *Plaut.* in *mercat. act. 4. sc. 5.* *Pol* haud censebam, istarum esse operarum patrem. pro, istis rebus sese miscere patrem.) ab illa, dare operam studio sapientiæ; quod constat *Ciceronianum* esse. Denique per sapientiæ philosophiam intelligit. Quid enim aliud est philosophia, si interpretari velis, præter studium sapientiæ & sapientiæ autem est, ut à veteribus philosophis definitum est, rerum divinarum & humanarum, causarumque, quibus hæ res continentur, scientia, ait *Cic.* lib. 2. offic.

*Massurius Sabinus* ] De hoc *Perfius sat. 5.* in persona liberti:

*Vindictâ postquam meus à Prætoris recessi,  
Cur mihi non liceat, jussit quodcunque voluntas,  
Excepto, si quid Masuri rubrica notavit?*

*Masurium* ~~per~~ *συμβουχὸν* pro *Iurisconsulto*

qui ostendat, quid juris patiatur auctoritas, quid impediatur, appellavit.

*Labeoni Nerva* ] *M. Coccejus Nerva*, *M. Cocceji Nerva*, ejus qui an. U. C. 717. cum *L. Gellio* Consul fuit, filius. Ipse an. 775. (Christi 23.) cum *Haterio Agrippa* ex *Cal. Jul. Sufsetus* Consul fuit. *Onuphr. in comm. ad 2. lib. fast. ad ill. ann.* Fuit avus imperatoris *Nerva*, & juris scientia illustris, ut ait *Iul. Frontin. lib. 2. de aquaed.* Ubi ipsum & inter aquarum Urb. Romæ curatores memorat. Auctor noster, hunc ait *Cæsari*, puta *Tiberio*, familiarissimum fuisse. Testatur hoc *Tac. lib. 4. ann. c. 58.* ubi cum cum paucis aliis à *Tib. comitem* in *Campaniam* assumptum narrat. *Profectio*, inquit, arcto comitatu fuit. unus Senator Consulatu functus, *Coccejus Nerva*, cui legum peritia &c. & amplius *lib. 6. c. 26.* ubi & exitum ejus refert: *Haud multo*, ait, post *Coccejus Nerva*, continuus Principis, omnis divini humanique juris sciens, integro statu, corpore inleso, moriendi consilium cepit. Quod ut *Tiberio* cognitum, adfidere, causas requirere, adde-re preces, fateri postremo grave conscientie, gratie fama sua, si proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret. Aversatus sermonem *Nerva*, abstinentiam cibi conjunxit. Ferebant gnari cogitationum ejus, quanto propius mala *Reip. viseret*, ira & metu, dum integer, dum intensus, bonestum finem voluisse.

Hujus

Hujus filius, *M Coccejus Nerva* (*Nerva filius* jure nostro vocatur) ætate 17. annorum, aut paulo majore, publicè de jure responsitasse perhibetur Ulpiano *in l. 1. §. 3. de postul.*

*Publicè primus scripsit* ] Publicè, h. est, *publica auctoritate*. Ita Tull. 5. *in verr.* *Quid enim, inquit, tibi nave opus fuit, cui si quò publicè proficisceris, & præsidii, & vectura causa sumtu publico navigia præberentur. & Philipp. 11. Bona ejus publicè censuit possidenda.* Cùm igitur cæteri, quorum in superioribus, quòd scripta & libros ediderint, mentio est, privatim doctrinæ suæ fiducia scripserint, hujus primi scriptis principis accessit auctoritas. Hoc ita, si rectè in Flørentino legitur, *scripsit*. In vulgatis est, *respondit*. & sic, quæ sequuntur: *posteaquam hoc cepit beneficium dari. à Tiberio enim Cæsare hoc tum illi concessum erat.* Zasius ita legit: *publicè primus scripsit, posteaquam hoc cepit beneficium à Tiberio Cæsare.* At Corasius ita: *publicè primus respondit, posteaquam hoc beneficium cepit à Tib. Cæsare.* Zasius *capisse*, h. est, *inccpisse*, sentit beneficium publicè scribendi, à Tiberio. Corasius, *accepisse auctoritatem respondendi* ab eodem. Cujacius suspicatur, pro, *scripsit*, legendum, *rescripsit*, ut est *in l. 44. ff. de re jud.* Omnino apertum est, Florentinam hujus loci lectionem vitiosam esse: præfero a. restitutionem Corasii. nam & *de respondendi jure locutum*

Auctorem nostrum, patet ex sequentibus, illic: *Ergo Sabino concessum est à Tiberio Cesare, ut populo responderet.* Zafii opinio est, beneficium publicè respondendi quidem cepisse ab Augusto, at, publicè scribendi, à Tiberio. Cæterùm si ita esset, ineptè Auctor & probationem ejus, quod de beneficio scribendi dixisset, petiisset ab eo quod Augustum constituisse narrat; & subjunxisset illud: *Ergo Sabino &c.* Hoc dubium relinquitur, an igitur post constitutionem istam Augusti nemo jus respondendi à principe petierit, & primus Massurius petierit. At hoc adversatur ei, quod ait, ex quo Augustus constituerit, ut ex auctoritate ipsius responderetur, id peti pro beneficio cepisse. An credemus, plures quidem petuisse, primum Massurium adeptum esse? an, plures accepisse beneficium, primum hunc illo usum esse? an denique credemus, primum Massurium, postquam à Tib. respondendi beneficium acceperat, scripto respondisse, h. est, responsa signata dedisse consulentibus?

*Et ut obiter &c. ante tempora Augusti]* Ante tempora Augusti dicit jus respondendi à Principibus datum non fuisse. Non cogitat Auctor, ante Augustam Principes non rexisse rempublicam. Sanè C. Julius Cæsar Imperator audit, & regimen reip. usurpavit ante illum. Sed & is unus erat ac primus.

*Respondendi jus]* Præcipuum Jurisconsultorum munus in hoc erat, ut vel iudicibus,  
vel

*vel partibus, de jure consulentibus responderent.*  
 cui & potissimum interpretatio inerat. *Respon-*  
*sa prudentum* Imperator §. 8. *Inst. de jure nat.*  
*g. & civ.* vocat *sententias & opiniones eorum,*  
*quibus permissum erat de jure respondere.* Re-  
 fertur igitur hoc ad Principum tempora, ex quo-  
 rum id concessum erat. Segregat autem in pa-  
 raphrasi illius loci Theophilus *opiniones* pruden-  
 tum à *Sententiis*, ut sententia sit *αυτοτελής &*  
*ἀναμφίβολος ἀπόκρισις; ὅιον, ἔξει*  
*τόδε ποιεῖν, οὐκ ἔξει τόδε ποιεῖν;*  
*opinio autem ὑπεσαλμένη & μετ' ἐνδοια-*  
*σμῶ προσφερομένη ἀπόκρισις, ὅιον,*  
*λογίζω, ὅτι ἔξει τόδε ποιεῖν, νομί-*  
*ζω, ὅτι ἐκ ἔξει τόδε ποιεῖν.*  
*Bachovius* hanc distinctionem, hoc loco qui-  
 dem, improbat, & opinionem ac sententiam  
 pro eisdem posita existimat, cum opinio aut  
 responsum ejusmodi, ut Theophilus descri-  
 bit, non potuerit consulentibus satisfacere,  
 nec auctoritatem illam, quam hic Imperator  
 asserit, *ut judici recedere non liceret*, habere.  
 Sed quid, si quis Jurisconsultus, *ita sibi vi-*  
*deri* respondisset, neque alius, *aliter sibi vi-*  
*deri* dixisset, annon id responsum fuisset cum  
 auctoritate? Annon & hodierna præstantissimi  
 cujusque Doctore Simò Facultatum, responsa  
 ejusmodi sunt, *Ita sentimus, alterius meliore*

*judicio salvo? Addit ibidem Imperator, Constitutum id esse, ut, eorum omnium, quibus à Cesare jus respondendi datum fuisset, quisque jura publicè interpretati sint, sententiæ & opinioniones, eam haberent auctoritatem, quam diximus. & Theophilus, ὡς περ ἔχ βασιλέως βοῶν διατάξις. At quænam illa, & cujus Principis constitutio? in Codice quidem Justinianico non reperitur. Possit a. aliqua fuisse, huc nos relatarum. Sanè in codice Theodosiano lib. 1. tit. 4. Superest constitutio notabilis Theodosii & Valent. Papiniani, Pauli, Ulpiani, atque Modestini, scripta universa firmamus, ita, ut Gajum atque Paulum, Ulpianum & ceteros, comitetur auctoritas lectianis, que ex omni parte recitatur. Eorum quoque scientiam, quorum tractatus atque sententiæ prædicti omnes suis operibus miscuerunt, ratam esse censemus, ut Scævola, Sabinus, Iulianus, atque Marcellus, omniumque quos illi celebrarunt; si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmentur. Vbi autem diversæ sententiæ proferuntur, potius numerus vincat auctorum: vel si numerus æqualis sit, ejus partis præcedat auctoritas, in qua excellentis ingenii vir Papinianus emineat; qui, ut singulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, præcipimus infirmari. Vbi autem pares eorum sententiæ*

*tentia recitantur, quorum par censetur auctoritas, quod sequi debeat, eligat moderatio judicantis. Pauli quoque sententias semper valere precipimus. Cæterum hæc constitutio non ad singulorum qui tunc essent, aut futuri essent, jurisconsultorum responsa, sed ad scripta & collectas sententias veterum pertinet. Et huc omninò & Bach. & alii plerique hoc dictum Justiniani referunt. Videri possit dictum Imperatoris ad singulos, saltem ex quo auctoritate Principis respondere cæperunt, pertinere, idque incrementum dignationis responsorum ex auctoritate Principis concedentis accessisse; dum tamen responsorum auctoritas, aliorum eadem facultate præditorum disputatione ac dissidio non imminueretur. Videatur in eam rem textus elegans in l. 43. de act. emti. Lectum fuisse, ait Ictus (puta in judicio, in tribunali, vel in auditorio. ut. l. lecta. 40. pr. de reb. cred.) responsum Domitii Ulpiani. Sed opponit illi Paulus sententiam Juliani, quod ad emti actionem emtori competentem, eamque, ut meliorem, probat. eademque ut sequenda, illic proponitur. Unde nec secundum Ulpiani responsum judicatum esse, probabile est. Ex auctoritate quam obtinuerunt olim, ex quo jus civile interpretatione prudentium constare dictum est (de quo supra ad §. 5. & 12.) juris conditores item juris auctores appellati sunt; etiam singuli, veteres Jurisconsulti, l. ult. in*



*f. C. de legib. l. 23. C. de procurat. l. 25. C. de nupt. l. 1. pr. ibi: Sext. Ælius juris antiqui conditor. C. de comm. serv. manum. quibus utique & singulis interpretandi jus majestas imperialis permisisse dicitur d. l. ult. f.*

*Augustus, ut major juris auctoritas &c.]*

Cùm non posset, nisi ex concessione Principis, de jure responderi, fiebat, & ut majus quidpiam videretur, quàm ante, non in cujusque arbitrio positum, sed à Principe dependens; & ut perinde quodammodo habendum esset, ac si à Principe ipso responsum, saltem, ac si ab hoc, quod responderetur, approbatum esset. ex quo rursus hoc sequebatur, ut non sine quadam injuria Principis responsa ejusmodi negligi aut rejici à judicibus posse viderentur. Imò, *ut major juris auctoritas haberetur*, ait Auctor, hoc significans, cùm de jure consulerentur prudentes, & pro jure haberentur, quod contineretur eorum responsis, consentaneum censuisse Augustum, ut ad ipsum hoc referretur, ac ab ipso profectum videretur, ut penes quem demum juris condendi potestas esset, & unde profectum esse deberet, quod juris auctoritatem habiturum esset.

*Constituit, ut ex auctoritate ejus responderent] De jure respondere, antè facultatis liberæ fuerat; ut responderent scilicet, quicumque fiduciam studiorum suorum haberent. Augustus*

*gustus jus respondendi fecit, idque selectis ac probatis dedit. Nequetamen respondendi libertatem fustulisse videtur, inhibendo, ne quisquam amplius, nisi quibus ipse hoc jus dedisset, consulentibus responderet; sed dignationem istorum responsis abstulit, horum addidit.*

*Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio capit.]*

An hoc significat Auctor, cum res meriti esset, cessisse ad abusum, ut peteretur ceu beneficium liberalitatis meræ, etiam ab minus meritis? An hoc, cum Augustus hoc intenderit, ut jus respondendi meritis concederetur, ex mora tamen concessionis, & quòd non omnibus, qui id sibi deberi censerent, concederetur, peti capisse? Neque enim, qui constituit, ut ex auctoritate sua responderetur, illicò constituisse censendus, ut à se peteretur.

*Et ideò optimus princeps Hadrianus &c rescripsit eis, hoc non peti, sed præstari solere. Corafius existimat, hac Hadriani sententiâ juris professores contra institutum Augusti in antiquam libertatem repositos; & quoniam sic verba, & ideò, non videbantur quadrare, illis expunctis legendum, at vero non idem, aut quid simile. Ego, si verum esset quod sentit de mente & facto Hadriani, simpliciter dicerem, illa duo verba expungenda esse, nullis aliis repositis, legeremque nova periodo, Optimus princeps &c Baehov. hic, item censet, Hadriano*

driano probatam magis fuisse veterem observationem; quamvis fortè principes sequentes non satis Hadriani sententiam probaverint, & rursus à se facultatem respondendi voluerint peti. Zafius planè aliâ sententiè est, putatque in verbis, *hoc non peti*, subaudiendam dictionem, *solum*; ut hoc voluerit Hadrianus, *peti quidem posse, ut de jure respondeatur; cæterum non decere, ut ad solam petitionem id concedatur, nisi is, qui petit, præstiterit, h. est, facto comprobet, se idoneum, ut eâ auctoritate præornetur*. Et hæc explicatio mihi priori illâ multo videtur melior. Existimavi, verbum, *præstari*, non ad illos qui juis peritiam profiterentur, sed ad *Principem* non incommodè referri, hoc sensu, ut indignius visum intelligeretur Hadriano, rem, quæ *præstanda*, h. est, in meritos spontè conferenda sit, *peti* debere. quomodo & modestè admodum rescripsisset Imperator; & cùm præcedentiâ, tum consequentiâ, in rescriptum hoc probè quadrarent. Inveni postea apud Venturam Cæcum in *catalexeos h. leg. lib. 3. excurs. 9. in f. eundem sensum* his verbis traditum: *Rescripsit igitur Adriannus, respondendi auctoritatem dari ab Imperatoribus, non peti in beneficii locum oportere.*

*Viri prætorii* ] Muretus legit, *jurisperiti*: Corasius, *viri periti*. Causam mutandi non video. *Prætorii a. dicuntur*, qui in Prætura fuerunt.

fuerunt. Et horum conditio, quòd jam reddendo juri operam dedissent, illam rescribendi modestiam Principi suasisse videri possit.

*Huic successit Gajus Cassius Longinus] C. Cassius Longinus, L. Cassii Longini, qui an. U. C. 764. consul successus fuit, filius; Consul fuit cum M. Vinucio Quartino an. U. C. 783. Christi 31. Onuphr. ad lib. 2. fast. in illo anno. Tempore Claudii cum Syriæ præfesset, Meherdatem à Parthis per legatos ad regnum expetitur, jussu Principis ad ripam Euphratis deduxit. Tac. lib. 12. c. 11. cui subnectitur elogium de Cassii studiis: Ea, inquit, tempestate Cassius ceteros præminebat peritiâ legum. nam miltitares artes per ocium ignotæ, industriosque ac ignavos pax in æquo tenet. Attamen, quantum sine bello dabatur, revocare priscum morem, exercitare legiones, curâ, provisu perinde agere, ac si hostis ingrueret. ita dignum majoribus suis & familia Cassiâ ratus, per illas quoque gentes celebratâ. Idem tempore Neronis in senatu severam in Pedanii Secundi, Præfecti Urbis, à servo suo interfecti, reliquam quæ sub eodem tecto mansitaverat, quadringentorum capitum familiam, sententiam dixisse memoratur Tacito *annal. lib. 14. c. 43. & seq.* quæ dicto illustri & celebratissimo clauditur: *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.**

U

Ufus hic C. Cassius mira fortunâ. Nam, cum C. Caligula oraculo (fortibus Antiatinis, ait Sueton. in Calig. c. 57.) monitus esset, ut à Cassio caveret, hic de C. Cassio Longino, qui tunc Asiæ Proconsul præerat, quippe qui & genus à C. Cassio, C. Iulii Cæsaris percussore, duceret, id interpretatus, vincitum illum Romam ad se adduci iusserat; adductusque illo ipso die, quo Cassius Chærea & Cornelius Sabinus, prætorianorum tribuni militum, Caligulam neci dederunt, incolumis evasit, non evaluus utique, nisi alterius Cassii & collegæ facinus prævenisset Dio lib. 59. in f. Suet. d. loco. At postea nihilominus crudelitatem Neronis experiri coactus; cuius, nullo crimine, sed quod opibus vetustis & gravitate morum præcelleret, imperio, objectantis, quod inter imagines majorum etiam C. Cassii effigiem coluisset ita inscriptam [Duci partim] Senatus ipsi exsili-um decrevit; deportatusque est in insulam Sardiniam. Tacit. lib. 16. c. 7. & 9. Suetonius in Nerone c. 37. C. Cassio Longino Iurisconsulto, ac luminibus orbato, objectum fuisse ait, quod in vetere gentili stemmate C. Cassii percussoris Cæsaris imagines restituisset. Acita hoc refert, quasi is prætextus necis ei ab Nerone illatæ fuerit. Nullus, inquit, post-hac adhibitus delectus aut modus interimendi quoscunque libuisset, quacunque de causa. Sed ne de pluribus referam & C. Cassio objectum est &c. Auctor noster demum à Vesp-

à Vespasiano revocatum ab exilio diem ait obi-  
isse. quod historici non tradunt.

*Proculus* ] Quis ille fuerit, incertum. Sanè  
apud Tacit. *histor. lib. 1. & 2.* crebra mentio  
est Licinii Proculi sub Othone præfecti præ-  
torio, & magnæ potestatis inter duces Princi-  
pis, sed ut hominis pravi & callidi, bonos &  
modestos ut anteiret, criminatione illorum  
adepti, imperitia rerum gerendarum præci-  
pitis, denique qui postea à Vitellio cum Pau-  
lino è vinculis causam dicere iussus, necessa-  
riis magis, quàm honestis defensionibus usus  
fuerit, & proditionis ac perfidiæ in dominum  
suum flagitium ultrò in se recipere non dubi-  
taverit. Vix hunc qui inter Jurisconsultos  
nomen habuerit, fuisse crediderim. Lauda-  
tur Proculus noster, ut non levis juris auctor,  
in rescripto Fratrum Imperatorum *M. Antonini  
philosophi & L. Veri*, quod exhibet Ulp. in  
*l. 17. ff. de jur. patronat.*

*Nerva filius* ] De hoc jam supra ad verba  
*Labeoni Nerva*, aliquid dictum. Existimant,  
hunc patrem fuisse *M. Cocceji Nerva* Impera-  
toris laudatissimi. De dignitatibus hujus, aut  
operibus, nihil apud auctores occurrit.

*Fuit & alius Longinus* ] Cùm quis ille sit, non  
satis alicunde constet, mentionem suspicando  
injiciunt hic interpretes *L. Cassii Longini*, illius,  
cui Tiberius filium Germanici, filii sui ado-  
ptivi, Drusillam uxorem junxisse refertur Ta-  
cito

cito lib. 6. *Annal.* c. 15. Cassius, ait, plebeji Roma generis, verum antiqui honoratique, & severa patris disciplina eductus, facilitate sapius quam industria commendabatur. Huic Drusillam conjungit. Eundem L. Cassiam Longinum Suetonius lib. 4. c. 24. Consulare dicit; cum ei collocatam Drusillam à C. Caligula Imperatore, fratre & jam antè stupratore ipsius, abductam, & in modum justæ uxoris propalam habitam narrat. Onuphrius *comm. in lib. 2. fast.* ex fragmento Capitolino Consulem suffectum testatur fuisse anno U. C. 764. quo eodem Servator noster, puer 12 annorum, in templo cum doctoribus disputans à parentibus repertus fuerit. Si verum est, quod auctor noster ait, hunc Longinum ad præturam usque pervenisse, apparet, non fuisse istum, qui Consul fuit, hunc ab Auctore indigitatum.

*Celius Sabinus* ] Tacit. *hist.* lib. 1. c. 77. *Celio & Flavio Sabinis ab Othone bimestrem Consulatum à Cal. Majis in Julias destinatum* ait. De hoc item Gellius lib. 7. c. 4. *Pileatos*, inquit, *servos venum solitos ire, quorum nomine venditor nihil præstaret, Celius Sabinus jurisperitus scriptum reliquit.*

*Pegasus* ] De hoc *Juveval. sat.* 4.

*Pegasus, attonitæ positus modò villicus urbi,  
Anne aliuc runc præfecti? quorum optimus  
atque;*

*Inter-*

*Interpres legum sanctissimus, omnia quamquam,  
Temporibus diris tractanda putabat inermi  
Iustitia*

*Villicum urbis dicit poeta, quomodo Cic. orat. pro Cn. Plancio, c. 62. magistratus dicit quasi reipublicæ villicos. Totus locus illustris est ac notatu dignus: Virtus, inquit, probitas, integritas in candidato, non lingue volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Vt nos in mancipiis parandis, quamvis frugi hominem, si pro fabro aut pro textore emimus, ferre molestè solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus, fortè nesciverit: sin autem emimus quem villicum imponeremus, quem pecori præficeremus, nihil in eo, nisi frugulitatem, laborem, vigilantiam, esse curamus; sic populus Romanus deligit magistratus, quasi reip. villicos, in quibus si qua præterea est ars, facile patitur; sin minus, virtute eorum & innocentia contentus est. Non abs re est, existimare, hunc Pegasum illum esse, quo cum Pusione Consule Senatusconsultum Pegasianum proditum memorat Iustinianus §. sed quia. 5. Inst. de fideicom. hered. Nec obest, quod hi inter Consules in fastis & alibi non reperiuntur. nam nec Trebellius Maximus & Annæus Seneca, illic reperiuntur, quibus Consulibus Sctum Trebellianum temporibus Neronis factum, ait item Iustinianus §. 4. Inst. eod. & Ulp. (qui & diem addit,*



addit, *ostavum Cal. sept. anni*, ut censes illic Gotofredus, 815.) in l. 1. §. 1. ff. ad SC. Trebelli. nec Rubrius Gallus, & Calius Hispo, quorum consulatu temporibus Trajani (anno U. C. secund. Gotofred. 854.) *Senatusconsultum Rubrianum* ( ut vocatur in l. 3. §. 3. de legit. tutorib. ) factum scribitur ab Ulp. in l. 26. §. 7. de fideic. libert. Fuerunt igitur hi *Consules non ordinarii*, initio anni qui magistratum inierint, quorumque nominibus anni insigniti, sed *suffecti*; quorum tamen nomina senatus consultis eorum magistratu factis non fuisse negata.

*Priscus Iavolenus* ] Hunc Antonino Pio Imperatori in jure constituendo inter alios magno usui fuisse scribit Capitolin. in *Antonini vita*. Julianus eum *praeceptorem suum* vocat & Africae item Syriae praefuisse tradit in l. 5. de manum. vind. Plin. junior lib. 6. epist. 15. narrat, quomodo Passienus Paulus, eques Romanus, in recitatione elegorum, ad verba (*Prisce jubes?*) ab ipso interpellatus sit his verbis, *Ego vero non jubeo*; ad magnum praesentium risum. scribit ibidem, *fuisse dubiae sanitatis, interfuisse tamen officii, adhibitum consilium, utque etiam jus civile publice respondisse.*

*Celsus, patri Celso Celsus filius* ] In l. 29. de legat. 2. Celsus filius mentionem facit patris, quod is fuerit in consilio Duceni Veri Consul.

**Consulis. Iuventius Celsus** respondisse dicitur *leg. seq. 30. quæ eidem Celso filio tribuitur à compilatoribus.* Jubentii Celsi liberum responsum Labeoni datum, sciscitanti, *an qui tabulas testam. scripsisset, testamenti testis esse posset,* proditum *l. Domitius. 27. ff. qui test. fac. poss. Aut non intelligo, quid sit de quo me consulueris, aut valde stulta est consultatio tua.* Corasius Jubentium Celsum, qui filius fuerit, sub Trajano primum cum Crispino, & sub Hadriano alterum Consulatum cum Neratio Marcello adeptum esse tradit. At hunc, qui an. U. C. 866. cum Crispino Consul fuit, non *Iubentium*, sed *L. Publilium Celsum*, & illum fuisse, quem Dio *lib. 69.* ab Hadriano sub initium principatus, unâ cum *Palma, Nigrino, & Lasio*, interfectum narrat, docet Onuphr. *ad lib. 2. fastor. in isto anno.* Sanè Ulp. *in l. 20. §. 6. ff. de hered. pet.* illustre Senatusconsultum Consulibus *Q. Iulio Balbo, & Publio Iuventio Celso, T. Aufidio, Oeno Severiano* (quorum duo posteriores proculdubio fuere designati consules) tempore *Hadriani* factum refert; item aliud referunt Imperatores *Dioclet. & Maximian.* *in l. 3. C. de servis reipubl. manum.* factum *Iubentio Celso iterum, & Neratio Marcello Consulibus.* Consulatus *Celsi & Marcellini* juxta *Cassiodorum, Marcelli & Celsi* secundum *Fastos Græcos*, ponitur ab Onuphr. *ad ann. U. C. 882. Christi. 130.* ibidemque is refert

refert tabulæ vetustæ æneæ Venetiis extantis inscriptionem, quâ memoratur Cōsulatus *P. Iuventii Celsi* 11. & *Q. Iulii Balbi* ad 12. Cal. Mart. item *Marcelli* & *Galli* ad 8 Cal. Ian. Porro diversitatis sententiarum inter *Celsum patrem* & *Celsum filium* proditæ ab ipso filio in commentariis, memoria est in l. 3. §. 7. de *condict. caus. dat.* Idem *Celsus filius* est *Celsus* ille *adolecens*, cujus notabile dictum, in *questionibus de bono & æquo plerumque sub auctoritate juris scientiæ perniciosè errari*, laudat Paul. in l. 91. §. 3. de *V. O.* Describit indignam *Licini Nepotis* & *Celsi prætoris* contentionem in Senatu Plin. jun. lib. 6. epist. 5. An hic pater, an filius, an planè alius ab utroque fuerit, non faciliè dixerim. *Spartianus Iulium Celsum* memorat inter eos, quorum consilio *Hadrianus* præcipuè usus sit. Meminit & *Dio* lib. 67. (ex *Xiphil.*) *Iuvenii* cujusdam *Celsi*, qui ob conjurationem cum quibusdam primariis viris in necem *Domitiani*, damnatus astu singulari evaserit, petito nempe secreto Principis alloquio; quo concesso illum, *dominum deumque* crebrò appellaverit, seque innocentem affirmans, omnia, si differret, se diligenter investigatarum, multosque delaturum promiserit. Et lib. 68. (itidem ex *Xiphilino*) *Trajanus Sossio*, & *Palme*, & *Celso* *statuas* posuisse narratur, ut, quos præ cæteris in honore habuerit.

Et

*Et Priscus Neratius* ] Etiam hunc inter Iurisconsultos Trajani & Hadriani Spartianus numerat, ac frequentem scribit opinionem fuisse, Trajano id animi fuisse, ut *Neratium Priscum*, non *Hadrianum*, successorem relinqueret, multis amicis in id consentientibus; usque eò, ut *Prisco* aliquando dixerit; *Commendo tibi provincias, si quid mihi fatale contigerit*. An a. idem ille cum *Neratio Marcello*, quem *clarissimum virum* vocat Plin. jun. lib. 3. *epist.* 8. cujusque cum *Iubentio Celso* Consulibus mentio est in d. l. 3. C. de serv. reip. manum? Ita existimat Corasius; ego in medio relinquo.

*Qui utrique consules fuerunt* ] Corasius legit, *utique*. Florentina lectio non planè hic improba est, nam & apud alios Latini sermonis probatos auctores, *utrique* & *utraque* pro ambo, etiam ubi substantivum, cui jungitur, singularis numeri terminationes admittit, dictum reperire est, licet infrequentius. Ter. *Heautontim. act.* 2. *sc.* 4. *Hoc beneficio utrique ab utrisque verò devincimini*. h. est, uterque conjux, vir & uxor, ab utroque. Virg. 5. *Aeneid.*

ramum

super utraque quassat,

Tempera

Et eod. lib.

Ni palmas ponto tendens utrasque Cleanthus.

Item lib. 6.

alacres palmas utrasque tendens.

Ab.

*Aburnus Valens* ] Alii *Aburnius*, vel *Eburnius*. Auctor Lexici juridici ait, in Florentinis libris *Aburnius*, non *Aburnus*, scriptum se reperisse. Taurellius expressit *Aburnus*. Quis autem & an idem fuerit, quem Capitolinus inter Iurifconsultos Antonini Pii *Salvium Valentem* nominat, incertum est. Est & *Valens* inter illos, quorum ex commentariis Pandectæ concinnatæ sunt; cujus *libros fideicommissorum septem* memorat index illis præfixus.

*Tuscanus* ] Quis ille, planè ignoratur. Auctor lexici suspicatur, nomen *Volusii Metiani*, corruptum esse. Possit & fuisse *Fuscianus* aliquis Iurifconsultus; nam & *Sejus Fuscianus* senatorii ordinis inter condiscipulos Antonini Philos. memoratur Capitolino, & *Alsius Fuscianus* reperitur Consul fuisse an. 941. *Onuph.* & Tryphoninus meminit constitutionis D. Pii ad *Tuscium Fuscianum Numidiæ legatum*, in *l. 7. de legat præst.*

*Salvius Iulianus* ] *M. Salvius Iulianus*, Didii Severi Iuliani Imperatoris, qui Pertinace à Prætorianis iuterfecto imperium diebus sexaginta sex tenuit, viri nobilis & jurisperitissimi, proavus secundum *Spartianum*, avus secundum *Estropium*. Ipse Iulianus in *l. 5. de manum vind.* Iavolenum laudat præceptorem suum; meminitque ibidem & præturæ & Consulatus sui. Composuit *Edictum perpetuum*, unde deinceps (si modò eousque Prætores edicta

edicta proposuerint. quod vix verisimile est )  
 prætores , cæterique magistratus jus redderent , sub Hadriano , qui auctoritatem dedit ;  
 ex quo *legum & edicti perpetui subtilissimus conditor* audit apud Iustinianum in l. 2. §. 18. C. de vet. jure enuc. *Sublimissimus testis , & summæ auctoritatis homo , & prætorii edicti perpetui ordinator* vocatur in l. pen. C. de cond. indeb. *Summus auctor juris scientiæ* appellatur in l. 15. C. de usufr. *Fratres Imperatores* in l. 17. de jure patronat. hunc , *amicum suum , clarissimum virum* , vocant. Interemtus tandem , præfectus urbi , unâ cum aliis viris clarissimis , à *Commodo* , teste *Dione lib. 72. (ex xiphil.)* item *Lamprid. in Commodo. Severum* , *Didii Iuliani* successorem , odio ejusdem decreta *Salvii Iuliani* aboleri jussisse , nec obtinuisse , auctor est *Spartianus in Severo*. Solet etiam *Iuliano* tribui memorabile illud dictum : *καὶ τὸν ἕτερον πῶδα ἐν τῇ σωρῶ. ἔχω , προσμαθεῖν τι βελοῖμην.* *Etsi alterum pedem insepulchro haberem , addiscere aliquid vellem.* ex l. 20. ff. de fideic. libert. v. *Gl. Accurs. illic. Forster in. hist. jur. lib. 2. c. 73. Lab. in indice jur. in Salvo. Iul.* Attamen , ut ex contextu illius capituli liquidò apparet , non est *Iuliani* , sed alterius cujusquam auctoris non nominati , à *Pomponio* citatum & laudatum. Denique non est hic *Salvius Iulianus* auctor *interdicti Salviani* , ut *Baro* ,  
Me-

Menochius, Cujacius, wesebecius, & alii existimant, cum & ipse Iulianus in *l. 1. de Salv. int.* illud isto nomine appellatum tractet ac interpretetur. unde omnino perspicuum est, quod non ipse in prætura sua illud proposuerit, sed olim propositum & ab auctore suo *Salvio quodam prætore* (plures enim *Salvii* fuerunt; & nota est ex historicis *Salviorum* familia. Pigh. *in indice*. Schott. *in indice sive idea annalibus Pighii subnexa*. Ipse *Iulianus* mentionem habet *Salvii Aristomis* in *l. 6. de legat. præst.* & passim apud auctores *Salviorum* occurrit mentio) sic dictum, in republica inveniit, & more Iurisconsultorum, ut cæteras juris partes, commentando illustraverit. Docuerunt idem post *Ferd. Mandoz. Tessaursus decis. 176. pr.* *Bach. de pign. & hyp. lib. 3. c. 20. pr.*

Ex his, quos hæctenus Auctor noster Iurisconsultos recensuit, decem sunt inter illos, ex quorum scriptis *Pandectæ* à *Triboniano* & collegis compositæ sunt, ut & paulo antè memoratus *Index pandectis præfixus* ostendit. Is celebrat viginti octo alios, quorum in hoc capite Auctori nostro nulla est memoria. & mirum tamen, vel, si *Pomponius* auctor hujus capituli fuerit, ipsum non & cæteros, qui usque ad sua tempora nomen honoratissimum Iurisconsultorum tulerant, ac dignitates partim summas post *Principes* obierant, scriptis  
item

item (quorum reliquias Pandectæ ostendunt) clarissimos, subjecisse; vel quisquis auctor fuerit, qui in Iuliano voluerit subsistere, cur is eos, qui Iuliano & quibusdam aliis nominatis coævi essent, præterierit, ut sunt L. Volusius Mæcianus Iurisconsultus nominatissimus (nisi paulo antè relatæ suspicioni locus esse, & ex Tusciani nomine hujus viri nomen exaudiri debeat) cujus consilio M. Antoninum Pium, & operâ in jure addiscendo M. Antoninum Philosophum usos fuisse scribit Capitolinus; cujus & idem Imperator M. Ant. Philosophus unâ cum Fratre Collega, honorificam faciunt mentionem in l. 17. de jure patronat. his verbis: *Vol. Mæcianus, amicus noster, ut & juris civilis præter veterem & bene fundatam peritiam anxie diligens.* item dictus Aristo, cujus ad se datum epistolum Iulianus retulit memorato loco. *Salvius Aristo* illic legitur. *Titus Aristo* vocatur Plinio lib. 1. ep. 22. Gellius lib. 11. c. 18. hujus, ut *Iurisconsulti* quoque & *haudquaquam indocti viri*, item ejus librorum meminit. At Plinius ipsum vehementer laudat d. ep. *Hunc, inquit, (T. Aristonem tunc graviter ægrotantem) singulariter & miror & diligo. Nihil est enim illo gravius, sanctius, doctius: ut mihi non unus homo, sed literæ ipse omnesque bonæ artes in uno homine summum periculum adire videantur. Quàm peritus ille & privati juris & publici? quantum rerum, quan-*



tum exemplorum, quantum antiquitatis tenet? nihil est quod discere velis, quod ille docere non possit. Mihi certo, quoties aliquid abditum quero, ille thesaurus est. Iam quanta sermonibus ejus fides? quanta auctoritas? quàm pressa & decora cunctatio? quid est, quod non statim sciat? Et tamen plerumque hæsitat; dubitat diversitate rationum, quas acri magnoque judicio ab origine causisque primis repetit, discernit, expendit. &c. Idem Plin. lib. 8. ep. 14. ad ipsum datâ, eum compellat, ut peritissimum & privati juris & publici, positque ab ipso erudiri. tum subjicit; ipsi Aristoni, semper fuisse curæ, sic jura publica, ut privata. sic antiqua ut recentia, sic rara, ut assædua, tractare. Non levis utique fuit hujus viri apud cæteros Iuriconsultos auctoritas, ut creberrima ejus sententiæ citatio in fragmentis, quas Pandectæ exhibent, ostendit. Sic & Servid. Scævola, & Tertullianus, viri & Iuriconsulti eximii magnique nominis, eisd. temporibus responsis, consiliis, & scriptis famam adepti; quorum Tertullianus (vel, ut alii legunt, Tertullianus) post Christianam religionem amplexus, scriptis ad hanc pertinentibus clarus factus, & nomen inter Doctores Ecclesiasticos adeptus est.

*Finis commentarii invit. de OI.*

Ad

Ad  
L. Princeps.  
De  
Legibus.

X 2

Lect.



## Lectori benevolo S.

**C**Um in titulo de O. J. non pauca de Principe, ad quem tandem jus in Rep. summum devenit, non nulla quoque de Lege Regia, decantatissima illa, per quam illa suprema auctoritas ac potestas ad Principem à pop. Romano translata dicitur, in medium afferenda fuerint, omnisque Reipublicæ conversio ad seriem partium, quas textus capituli secundi complectitur, breviter enarrata sit, apparet facile cum isto titulo affinitas tum capituli tricesimi primi tituli Pandectarum sequentis de Legibus [ Princeps legibus solutus est &c. ] tum proximi tituli, de Constitutionibus Principum; in quo & dicte legis Regiæ propria & ordinaria sedes est. Nec ergo abs re fecisse videbimur, quòd & capituli, Princeps &c. & alterius tituli enarrationes commentario prioris subjunximus. Tu fave studiis ac operis nostris.

*Ulpianus lib. 13. ad Legem  
Iuliam & Papiam.*

Princeps legibus solutus est. Augusta autem licet legibus soluta non est; Principes tamen eadem ipsi privilegia tribuunt, quæ ipsi habent.

Textus bimembris est. Primo membro agitur de Principe, de Augusta altero.

*Membr. I.*

Princeps ] Princeps, primus, loco & dignitate, cujusque ordinis dicitur. Princeps Senatus erat olim Romæ, qui primus à Censore peracto censu in lectione Senatus recitabatur. Qui honor ferè nemini, nisi Consulari & Censorio tributus: & qui semel principatum acceperat, tota vitâ, etiam apud alios Censores, retinebat. Rosin. antiquit. lib. 7. c. 5. Manus. de Senatu, pag. m. 33. Princeps equestris ordinis. Princeps juventatis (de quib. v. Rosin. d. lib. c. 10. 13.) Principes agentium in rebus, l. 1. C. de princip. ag. in reb. Etiam princeps delicti dicitur in l. 19. de servo corrupto. Occupatâ

patâ republica, & regimine ad unum traducto, *Principis* nomen isti uni, Reip. rectori, competere cepit. *Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere, qui cuncta discordis civilibus fessa nomine Principis sub imperium accepit.* Verba sunt Taciti *initio lib. 1. annal.* Princeps igitur non quilibet, sed Romanus est, de quo Ictus loquitur: ut alienissimi plane sint ab Ulpiani sententia, qui, quasi is Politicum, ac non potius historicum jurisque publici consultum, hic agere voluisset, generale in verbis illius, de reip. cujuslibet rectore, pronunciatum esse credunt.

*Legibus solutus est ] Legibus multi ex causis solvebantur in veteri republica, h. est, absoluebantur à legum obligatione, ut, cum ceteri cives illis tenerentur, illi, qui solvebantur, non tenerentur.* Refert Augustin. *de LL. & Scis c. 18.* unam genus legibus solutorum, eorum qui in legibus nominatim excipiebantur; ut, cum in ea lege, quâ peregrini Româ ejicerentur, Glaucippus exceptus esset; & in illa Pompeji de jure magistratum, eo capite, quo à petitione honorum absentes summoverit, exceptus sit Cæsar, lege jam in æs incisa & in ærarium condita, ut scribit Sueton. *in Cæs. c. 28.* At hi excepti in legibus, non propriè *soluti legibus* dicebantur. *Solvebantur*, qui à legum ante conditarum nexu eximebantur & liberabantur. Poterat hoc Senatus, cum

condere leges non posset. *Manut. de LL. pag. 60. & de senatu pag. 82.* Ita Scipionem itemque Pompejum legibus annalibus Senatus solvit, quo maturius, quàm per illas liceret, Consulatum petere & nancisci possent. *Man. d. pag. 82. Cic. pro L. Man. c. 62.* De Pompejo, quid, ait, tam singulare, quàm ut ex *SCto. legibus solutus Consul ante fieret, quàm ullum alium magistratum per leges capere licuisset?* At olim tamen non potuit id fieri nisi per populum, aut, si fieret per Senatum, de eo referendum erat ad populum. *Caj. Cornetius trib. pl. an. U. C. 687. C. Calpurnio Pisone & M. Acilio Glabrione Consulibus, legem promulgavit, quâ auctoritatem Senatus minuebat, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur; quod antiquo quoque jure erat cautum. idque in omnibus SCtis, quibus aliquem solvi legibus placebat, adjici erat solitum, ut de ea re ad oppulum ferretur. Sed paulatim ferra erat desitum, resque in eam consuetudinem venerat, ut postremo ne adjiceretur quidem in SCtis. de rogatione ad pop. ferenda. eaque ipsa SCta per pauculos admodum fiebant. Indigne eam rogationem tulerant potentissimi, & quorum ex SCto. gratia magno-pere minuebatur. Itaque P. Servilius Globulus trib. pleb. inventus erat, qui C. Cornelio obfisteret. Is, ubi legis ferenda dies venit, & præco, subjicente scriba, verba legis recitare cepit, & scribam subjicere, & præconem pronunciare pas-*

*sus non est. Tum Cornelius ipse codicem recitavit. quod cum improbè fieri Piso Consul vehementer quereretur, tribunitiâque intercessionem diceret, gravi convicio à populo exceptus est. Et, cum illos Consul, qui sibi intendebant manus, prehendi à lictore jussisset, fracti ejus faeces cuncti, lapidesque etiam ex ultima concione in Consulem jacti. Quo tumultu Cornelius perturbatus concilium dimisit. Actum deinde eadem de re in Senatu magnis contentionibus, cum Cornelius ita ferre rursus cepit, ne quis in Senatu legibus solveretur, nisi ducenti adfuissent, neve quis, cum solutus esset, intercederet, cum ea de re ad populum ferretur. Hæc sine tumultu res acta est. Ista refert his verbis Ascon. Ped. in argum. orationis Tullii pro C. Cornel.*

*Principem legibus solutum esse, ait Ulpianus, non ad eum præcise, cujus erat in ministerio. Alexandrum Severum, Mammeæ filium, respiciens, sed ad eos omnes, quibus id hæcenus contigerat. quod & membrum posterius hujus textus, de Augusta, (quo princeps dicit eadem illi privilegia tribuere, quæ ipsi haberent) clarissimè testatur. Sic & Dio, loco paulo post ex lib. illius 53. recitando, de Principibus loquitur, quòd legibus soluti sint; nempe illi, aut plerique saltem eorum, qui usque ad tempora Dionis fuerant. Nam Augusti tempore in cunctos Augustum subsequuturos id constitutum esse, ut Legibus soluti esse debe-*

X 5

rent.



rent, solideque tunc à S. P. Q. R. monarchiam in futura tempora introductam firmatamque esse, & historix non insinuant, & neminem prudentiorum hactenus tradidisse putem. Cæterum ipso facto in monarchicum regimen (quod nihilominus arbitrio imperantium in *δυαρχίαν* subinde abiit) itum esse constat. Unde & Ulp. & Dio sic loquuntur, quasi in futurum prospicerent.

Ait igitur. *principem legibus solutum*; puta à senatu populoque Romano. Quibus? Illis, quæ in Rep. Romana erant, olim latæ ad populum & ab hoc jussæ & constitutæ. An omnibus illis, an certis? Cujac. 15. obs. 30. refert, Græcos hunc locum interpretari de LL. *πενταρίο*, illis verbis; ἢ γυν ἀμαρτήσας ἔκολάζεται. At hoc non est idem, quod, *solutum esse legibus penariis*. Aliud, inquam, est non teneri pœnis legum, & aliud, non teneri legibus, quæ pœnam habent adjectam. Ecloga βασιλικῶν, ut & ipsa Basilica lib. 2. tit. 6. ita simpliciter: ὁ βασιλεὺς τοῖς νόμοις ἔὑπόκειται: sine isto commentario (qui Harmenopuli est lib. 1. tit. 1. n. 48.) vim verborum nequaquam exprimente. Verba utique textus, quibus istum commentarius applicuit, ad omnem obligationem legum pertinent. Commentarii verba principem non absolvunt ab obe-

obedientia legum. Imò, quod ἀμχαρτῶ-  
 σαυτα, ponunt, ad observantiam earum ob-  
 stringunt. Deinde ibidem Cujacius docet,  
 Latinos de quibuscunque legibus accipere tex-  
 tum, cum tamen ex inscriptione appareat, ac-  
 cipiendum esse de legibus caducariis, Julia &  
 Papia. Idem cum ipso sentit Anton. Augu-  
 stinus, de LL. & SCTis c. 18. Et post vir ce-  
 leberrimus Iacobus Gothofredus, in notis ad  
 L. Iul. caducar. eidem ad stipulari non dubita-  
 vit. Præter inscriptionem hujus textus, in præsi-  
 dium sententiæ suæ vocantur Cajo (à quo cæ-  
 teri non discedunt) l. quod principi. 59. de leg. 2.  
 (ubi tamen nihil est pro ipso, nisi rursus in-  
 scriptio) l. 4. C. ad L. Falcid. (unde colligit,  
 non fuisse principem solum lege Falcidia.)  
 l. 8. §. 2. de inoff. test. ex qua concludit, nec  
 fuisse solum lege Glia. Imò & Lege Voconia  
 non fuisse solum, ex eo probat, quod Au-  
 gustus veniam Leg. Voconia petierit à senatu,  
 apud Dion. Quinimò, subjicit, ut populus ipse  
 suis legibus tenebatur, ita & princeps, cui & in  
 quem populus omne suum imperium contulerat,  
 adeò, ut potestas principis & in ipsum principem  
 esset, l. 4. C. de Legib. Addit, caducariis igitur  
 fuisse solum principem ex SCTo. quo-  
 dam eorum, quæ facta esse ad eas leges Lu-  
 stinianus reterat; & aliis quibusdam, veluti  
 solemnibus manumissionum, l. apud eum. 14. de  
 manumission. & Servio auctore, lege quæ veteri,  
 in urbe mortuum seveliri. Conficit ex omni-

quod d. l. princeps. dicat, item quod Dio lib. 53. dicens, se illud ex Latino sermone transferre [ λείλυνται τῶ νόμων ] id non de omnibus legibus accipiendum esse. Locus Dionis apprimè huc faciens his verbis conceptus est:

ἢ ἢ δὲ κὶ ἕτερον τι, ὁ μὴ δὲνὶ τῶν παλαιῶν ῥωμαίων ἐς πάντα ἀντικρὺς ἐδόθη, ὠροῦσά τε, ὑφ' ἑπιερ κὶ μόνον κὶ ἐκείνα ἀν κὶ τ' ἀλλὰ αὐτοῖς ὠροῦσά τε ἐξῆν. λείλυνται γὰρ δὴ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ λατινικὰ ῥήματα λέγει. τῶν τε, ἐλέθεροι δὲ πᾶσι ἀναγκαῖας νομίσεως εἰσι, κὶ ἕδωκὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχοντα.

Latine ita habent: *At verò & aliud quid, nulli veterum Romanorum ad omnia [ universim ] aperte datum, acceperunt. Ex quo vel solo & ista & alia illis facere licet. Soluti enim sunt Legibus, ut ipsa Latina verba edicunt: h. est, liberi sunt ab omni obligatione [ necessitate ] legum [ legislationis, vel, legum unquam latorum ] & nullo eorum quæ scripta sunt tenentur. Mirandum, quid tanti viri hunc locum veteris fide dignissimi (ut qui jam sub Commodò floruit) historici, ad quasdam istas leges referre ausi sint. Eidem loco alius apud eundem historicum geminus est, quo de Augusto speciatim loquitur. d. lib. ad initium anni V. C. 730. Augusto X.*

*C. Nor-*

**C. Norbano Coss. Cal. Ianuariis**, *Senatus iuramento confirmavit, se ejus acta approbare. Cumque jam Vrbi appropinquare diceretur (nam propter morbum diuinus abfuerat) ac pollicitus populo viritim centenos esset denarios, negassetque se prius id proscripturum, quam senatus assensisset, omnium legum necessitate Senatus liberavit, ut, veluti demonstratum est à me (locum superiorem indigitat) reapse potestatis absolutæ, tamque sui ipsius Imperator, quam legum, agere aut non agere omnia suo posset arbitrio. Hæc absenti Cæsari decreta. Non dixerit quisquam, Augusto soli istiusmodi solutionem à LL. tunc obtigisse, cæteros caducariis & quibusdam aliis fuisse solutos.*

Sed nec argumenta reliqua Cujacij solidè, quod vult, inferunt. *Inscriptio unius & alterius textus, nihil efficit. nam non sequitur, si Jurisconsulti præcipuè tractauerint materiam Legis Iulie & Papiæ, ideo omnia illa, que toto commentario scripta sint, huc referrî debere. & quid, si ex illo quod generale est, procedant aut concludant Jurisconsulti ad speciem, veluti, si princeps legibus solutus sit, solutus erit quoque caducariis? Omnino leve nimis est, ex inscriptionibus istis (quas nè veras quidem semper esse credendum sit) declarandos aut restringendos textus existimare. Quid quod alii textus ad immunitatem Principis à legibus pertinentes, ex istiusmodi commentario ad*

certas

certas leges non sint sumti, ut *lex 23. de leg. 3.* Quid imò inconvenientius dici potuit, quàm, *absolutionem à legibus*, quam *Augusto* ineunte anno U. C. 730. ut paulo ante dictum, decretam esse memorat *Dio d. lib. 53.* (ad ejus exemplum cæterorum *absolutionem* fuisse, & ipsi illi *Doctores* tradunt, & reliquæ legis *vespasianno* latæ, de qua illicò, ostendunt) ad *LL. caducarias* referendam esse, quarum *nativitatem* triginta duobus annis illa prægressa est? Porro *Augustus* multa fecit *modestitæ* & *animorum devinciendorum* causâ: &, quod ad *L. Voconiam* attinet, *Dio l. 56. sub pr.* ita scribit verbis interpretis: *cumque L. Voconia mulieribus interdictum esset, majorem centum millibus numism hereditatem adire, quasdam eâ quoque lege solvit.* Item citati textus de *L. Falcidia* & *Glicia*, ostendunt, *facultatem istis legibus privatis datam, jure Principis non fuisse minuatam.* quod illuc pertinet, ut *absolutio à Legibus, quæ Principi contigerit, non eripiat civibus ius aliquâ lege questum.* Denique non *populus Romanus* magis fuit obstrictus legibus, cum penes illum *jura majestatis* essent, quàm possit *Princeps*; at *singuli de populo* tuere obligati.

Sanè *vetustissimum fragmentum Legis Vespasiano latae*; quod superest descriptum in ærea tabula Romæ in *Capitolio*, illuc è *Basilica Lateranensi*, jussu *Gregorii XIII. Pontificis*

tificis translata, indicare videtur, non planè omnibus legibus Principes solutos fuisse. Verba hæc sunt: *Vtique quibus legibus plebisve scitis scriptum fuit, ne divus Augustus, Tiberiusve Iulius Caesar Augustus, Tiberiusque Claudius Cæs. Aug. Germanicus, tenerentur, iis legibus plebisvescitis Imperator Cæsar Vespasianus solutus sit.* v. totum fragm. post ad l. 1. pr. de const. Princip. ubi de L. Regia ex professo agitur. Et hoc argumento Ant. Augustinus d. loco opinionem suam suffulcit, itemque Iac. Gothofredus in *dictis notis ad verb. Superioribus personis. in f.*

An dicemus, exceptas esse *sacratas leges*, ut quibus disertè solvere religio fuerit? Sane omnes *Resp. Romanae leges abrogari potuisse, præter sacratas*, traditum. Manut. de *legibus*, pag. 258. ut vel in generali solutione Principi facta illæ exceptæ intelligerentur? quamquam & vi cæterorum, quæ Principi concessa erant, conversâ planè Republicâ, etiam ipsæ illæ *sacrate leges* Principi subjectæ satis essent.

*Solutus igitur fuit legibus Princeps, illis, quæ olim à populo, cum Dominus esset Legum, constitutæ fuerant.*

At erat in Republica etiam *ius naturale & gentium*. Nam, ut scitum est, & *jura privata & publica* constant præceptis non tantum à Iustiniano collectis, sed ab omni ætate, *naturalibus; gentium & civilibus*. Illis utique, quâ-  
rum

rum Dominus non fuit populus, non liberavit Principem, nec liberare potuit. Quæ à voluntate populi pendebant, & nisi populus voluisset, juris vim in Republica non habuissent; ab illis demum solutus intelligi debet; idque non *pene* tantum respectu, sed *omnis obligationis*. Sed & ipsæ illæ leges *fundamentales*, quibus forma Reipublicæ constituta erat, licet earum Dominus esset populus, legum tamen solutione non fuere comprehensæ. quod & amplius patebit ex sequentibus.

Adversari adhuc videtur, quod in *l. 3. C. de testamentis*. mentio duntaxat *solemnium juris* fiat, quibus lex Imperii Imperatorem solverit. Dicendum, non totum illic expressum, sed illud tantum, quod ad rem istam pertinebat. Et de ipsa illic, & in *l. 23. de leg. 3.* adducta ratione mox. Nempe istotextu *legis 3.* Imperator Alexander sic ait: *Licet n. lex Imperii solemnibus juris Imperatorem solverit, nihil tamen tam proprium Imperii est, quam legibus vivere.* Sic. §. *fin. Inst. quib. mod. test. infirm.* *Licet legibus soluti simus, attamen legibus vivimus.* & in *d. l. 23.* *Decet tantæ majestati, eas servare leges, quibus ipse solutus esse videtur.* Et pertinet huc imprimis celebratissimum illud in *l. digna vox 4. C. de LL.*

Referrî forte hoc ultimum poterat ad illas leges, quibus omninò subest Princeps, quibusque aded alligatus, non absolutus, est Principatus; ut sunt.

sunt *leges naturæ*, & *pleræque gentium*, & quæ ipsa reipublicæ fundamenta violatæ convellunt, *fundamentalesque regni vel imperii* dicuntur: quæ vel disertè pactæ sunt cum Principe antequam imperium ineat, ut fit hodie cum Imperatore (quanquam is non ad eum modum jura majestatis possideat, quo olim Principes) & plerisque aliis in regnis; vel sub ipso regimine à Principe & populo vel ordinibus conduntur, ut est Aurea Bulla Caroli I V. & aliæ quædam, in Imperio Romano-Germanico; vel saltem tacitè Reipublicæ inesse videntur. At cæteri textus huc non pertinent.

Et istud & fortè reliqua, non incommodè referantur ad modestiam *exempli subditis præbendi*, præter id quod posse videretur Princeps jure suo. quo quidem exemplo suo validius regit quam legibus. Princeps exemplo suo si doceat parere, major hæc vis est ad obedientiam adducendi, quam si solis legibus id committatur. Herodianus *lib. 1. zelo*, ait, *subditos duci, vivendi ad normam Principis*. Tacitus *de Vespasiano, annal. lib. 3. c. 5* *æmulandi*, inquit, *æmor validior, quàm pœna ex legibus, aut metus*. *Vita Principis*, ait Plinius *in paneg. ad Traj. perpetua censura est. ad hanc dirigimur: nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo*. Paterculus *lib. 1. Princeps*, ait, *imperio maximus, major est exemplo*. Et Pacat. *ad Theodos. Exasperat homines imperata correctio; blandissimè jubetur exemplo*. Et elegans est illud Lævini *Consulii*



fulis apud Liv. lib. 26. c. 36. Si quid injungen-  
*inferiori velis, id prius in te actuos si ipse juris*  
*statueris, facilius omnes obedientes habeas. Sci-*  
*tum est denique illud Claudiani, de quarto*  
*Honori Consulatu:*

*In commune jubes si quid, censesque te-*  
*nendum,*

*Primus jussa subi, tunc observantior equi*  
*Fit populus, nec ferre negas, cum viderit,*  
*ipsum*

*Auctorem parere sibi; componitur orbis*  
*Regis ad exemplam, nec sic inflectere*  
*sensus,*

*Humanos edicta valent, ut vita regentis.*  
*Mobile mutatur semper cum Principe vul-*  
*gus.*

Illud nihilominus sciendum est, in dictis tri-  
 bus, l. 3. C. de testam. l. 23. de leg. 3. & §. fin.  
 Inst. quib. mod. test. infirm. nihil proponi, quod  
 aliter esse possit, si Princeps jure suo uti vel-  
 let; adeoque rationem illam, quod legibus vi-  
 vant, modestia, scilicet & exempli præbendi  
 causâ, ad istas species, si rectè illas intueamur,  
 non pertinere. Nam *litis causa*, vel *ex im-*  
*perfecto testamento*, ut Principi hæreditatem  
 aut legata capere non liceat, certa juris ratio  
 efficit, licet Princeps legibus solutus sit. nem-  
 pe is qui hæreditatem aut legata relinquit, ju-  
 ris legumque auctoritati subest, adeoque ad  
 observantiam eorum tenetur: quo fit, ut quod  
 aucto-

auctoritate juris illis casibus alteri, hæredi legitimo, jus quæsitum est, id à Principe non fit eripiendum. quod & ad illud de *L. Falcidia* & *L. Glicia* à Cujacio adductum, paulò ante respondimus.

Quod *legibus solutus* est Princeps, ita exaudiendum est, *salvo jure tertii*. Neque n. effectus hic esse potest illius abolitionis, ut Principi facere liceat quod lubet, etiam cum injuria alterius. quod vel naturâ prohibitum est. Non dissimulat hoc Jurisconsultus *in d. l. 23.* cum ait, *ex imperfecto testamento legata vel fideicommissa vindicare Imperatorem, invere- cundum esse*; item *in l. pen. de hæred. instit.* Imperatorem *litis causâ* hæredem institui, *invidiosum esse, nec calumnie facultatem ex Principali majestate capi oportere*. Et hinc est, quod *in l. 7. C. qui test. f. poss.* cum Imperator (vel Augusta) hæredes instituuntur, *jus commune cum cæteris habere jubentur: idque etiam in codicillis & fideicommissariis epistolis jure scriptis observandum esse* adjicitur. Nec obest his, quæ modò dicta sunt, *lex 56. de leg. 2.* Nam quod ibi legatum *Principi* relictum dicitur, non tam personæ quàm dignitati relictum existimandum est: idque ex nova Imperatoris Antonini constitutione, qui & ipse omnia caduca fisco, cum antè ad ærarium populi pertinerent, vindicari jussit, servato tamen jure antiquo liberis & parentibus. Ulp. *in fragm. tit.*

tit. 17. n. 1. Fisco igitur is consulturus, etiam quod principi relictum deficiente persona principis defecerat hactenus, id ad successorem dignitatis pertinere voluit. Tria denique partim hic inculcans repeto, partim addo.

(1) Principem legibus initio non solum semel & simul *pro ipso & omnibus ejus successoribus*; sed primùm *Augusto*, ut Dio refert d. lib. 53. deinde *Tiberio*, & aliis succedentibus Principibus *singulatim*, aliquanto tempore istam à legibus absolutionem decretam, eoque *singulos* legibus solutos fuisse. quod dictum fragm. legis Vespasiano latae, Romæ superstes, evidenter probat. Imò & hoc idem saltem incertum relinquit, *an omnibus ante Vespasianum præter Augustum, Tiberium & Claudium, absolutio solennis à legibus contigerit.*

(2) Non eo, quod legibus soluti fuerint Principes, potuisse eos *cetera omnia*; licet hoc Dioni visum fuerit. Nec enim qui solutus est legibus, propterea illicò & *legislatoriam*, exempli causa, *adeptus* intelligitur. ut adedò illud, quod Iustinianus Nov. 105. c. 2. in f. de Principis eminentissima fortuna dicit, *quod ipsas Deus leges Principi subjecerit, legem eum animatam mittens hominibus*, plus contineat, quàm remissionem legum. Summum utique Imperium tributum, ejusque *majestatem*, non poterat non sequi *immunitas à legibus*: attamen hæc non infert *jura majestatis & summi imperii*, sed dignitatem

nitatem præbet in se spectata. In *Augusta* id  
 quiddò apparet. de qua mox.

(3) Hodie *Imperatorem*, quamvis jurium  
 majestatis respectu non sit illo loco, quo fuit  
 olim Princeps Romanus, attamen à legum  
 civilium communium ( sic nunc voco, quæ  
 non sunt *fundamentales* ) obligatione non qui-  
 dem, ut olim Principibus illic Romanis factum  
 solenni à LL. Solutione, sed vi dignitatis suæ  
 quam obtinent, non minùs exemptum esse,  
 quam olim fuit Princeps Romanus. Nam li-  
 cet potiora majestatis jura solus aut suoapte ar-  
 bitrio non exercent, tamen illa *cum Imperio*,  
 h. est. *imperii ordinibus*, exercet; imò ceu ca-  
 put & director Imperii inter Proceres imperii  
 eminet, Imperium repræsentat, & quæ Im-  
 perii sunt, exsequitur. Nec minùs jurisdictio  
 à constitutis judiciis nomine ipsius expeditur:  
 & præterea quædam jurium majestatis solus  
 & suoapte arbitrato exercet. Unde & *majestas*  
 ipsi, nec sine re, tribuitur. quo utique fit,  
 ut nullatenus debeat non immunis à dictarum  
 obligatione legum intelligi. Imò, cum &  
*Augusta* legibus civilibus non teneatur ( quod  
 in textu nostro interpretandum restat ) qui Im-  
 perator noster magis teneatur?

*Members*

## Membr. I I.

*Augusta autem, licet legibus soluta non est* ]  
*Augusta* est conjux Principis. ut & in l. 17. de  
 legat. 2. l. 6. in f. de iur. fisci. l. 7. C. qui test. f.  
 poss. l. 7. C. de bonis que lib. & alibi. Nomen ab  
*Augusto*, qui est Princeps, maritus ejus. Pri-  
 mum id nominis *Cajo Octavio*, C. *Julii Caf.*  
 ex sorore natus, *Attia*, filio, filio C. *Julii Caf.*  
 adoptivo, & heredi, cui regimen Monarchi-  
 cum primò solidè firmatum, datum esse re-  
 fert Dio lib. 53. Sed posteaquam, inquit ver-  
 sione Latina Xylandri, ea que pollicitus fuit,  
 reipsa perfecit, ibi demum *Augustus* à Senatu  
 populoque appellatus est. Etenim, cum statuis-  
 sent peculiari eum quodam cognomento insignire,  
 ac alii alia referrent ac prebarent, *Cæsar* ( h. e.  
*Octavius*, qui & *Cæsar*is nomen propter ado-  
 ptionem assumerat ), quamvis *Romuli* nomen  
 vehementer appetebat, tamen cum sentiret, hinc  
 se suspectum affectati regni fieri, eo omisso *Au-*  
*gustus*, quasi hominis natura amplior, cognomina-  
 tus est. *Augusta* enim ea, que honore dignissima  
 ac sanctissima sunt, dicuntur: ideoque & *Ætæcor*  
*Greci* *augustum* interpretati sunt, quasi vene-  
 randum dicas. Retinuere nomen sequentes  
 Principes.

Conjux Principis, *Augusta*, legibus so-  
 luta non est, puta, à Senatu Populoque Ro-  
 mano. Prin-

*Principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, que ipsi habent.*] Qui solvuntur lege aliqua vel legibus, privilegia accipere intelliguntur, ut alio nempe ac singulari jure utantur, cum velint, præ aliis, qui ordinario jure, quod legibus continetur, obligati sunt. *Augusta igitur, quod non habet à Senatu & populo, hoc habet à Principe marito suo.* Etenim Principes, cum non tantum soluti sint legibus, sed & summum Imperium ac jura majestatis adepti sint, utique & quem volunt, à legum observantia absolvere possunt. *Hoc, inquam, posse, majestatis ac potestatis imperatoria est; solutum esse legibus, non est: nam si esset, Augusta legibus solvi non posset.* nec enim Princeps jura majestatis potestatemque Principalem cum Augusta communicat aut communicare per legem fundamentalem imperii potest. Specialia privilegia à Principe ad Augustam producta passim occurrunt jure nostro; ut d. l. 7. C. de bon. que liberis l. 6. in f. ff. de jur. fisci. l. 3. C. de præpos. sacr. cubic. lib. 12. l. bene à Zenone. 3. C. de quadrienn. præscript. l. pen. C. de donat. in a. vir. & ux.

Non adversatur *lex 57. de legat. 2.* Nam illicis casus est, quo & Principi relictum legatum deficeret, nisi, ut ante dictum, majestati aut dignitati principali; non persona, relictum videretur. *Temerè ex hoc textu Jac. Gothofredus d. loco concludit, etiam Augustam*

*stam caducariis legibus teneretur* quod vel ipsa hæc  
*lex, Princeps*, falsum ostenderit, etsi de *legi-*  
*bis caducariis* tantum exaudienda esset. Ait  
 textus, *legatum Augustæ relictum illa extincta*  
*ante diem legati cedentem, deficere.* Id salvis  
 omnibus privilegiis Augustæ, etiam immu-  
 nitate à legibus caducariis, aliter esse non po-  
 test, quia ante testatorem decessit, cum ne  
 vires quidem ullas habuisset testamentum:  
 aut, si jus vetus legum caducariarum (quod  
 in Pandectas referri non debuit) spectes, quia  
 saltem ante apertas tabulas, aut agnatum le-  
 gatum decessit, neque amplius ejus hæredum  
 interest, ut ad quos nec olim transmitti lega-  
 tum poterat ante apertas tabulas, nec hodie  
 potest, nisi in certo casu per constitutionem  
*Theodos. & Valentini. in l. un. C. de his qui ante*  
*apers. tab.* Non pertinebat immunitas à legi-  
 bus caducariis ad illos quibus relinquebatur,  
 sed ad eos eorumque hæredes &c. qui relinque-  
 bant. *v. l. un. C. de caduc. toll. & ipsa capita*  
*leg. Pap. Poppææ à Jac. Gothofr. edita.* Reperio  
 equidem, Gothofredum postrema editione  
 dictorum capitum, parte *de caducis*, in §. *Super-*  
*ioribus personis.* post verba, *cuiusque homini,*  
 injecisse vocem; *privato*; quæ in prima edi-  
 tione abest: ac ita nunc legi, quasi ita Lege  
 cautum fuerit: *Superioribus personis & causis*  
*cessantibus, cuiusque homini privato delata*  
*hæreditas legaturus, & ex sequentibus causis*  
*cadu-*

*caducum, caducave erit, populo defertor. At unde hoc? Certè nullus locus probatorum auctoritatum istud verbum illi suppeditavit. Respexit autem proculdubio ad suam, quam de sensu d. leg. 56. & 57. de leg. 2. conceperat, opinionem, quòd legibus caducariis Augusta, quam inter personas privatas numerat, teneretur, solus Princeps non teneretur; nempe immunitatem ab istis legibus ad eum, cui relinquitur, referendo. At error hic est, & reprobanda sententia viri excellentissimi. Planè uti effectus LL. caducariarum hic fuit, ut caduca ad populum pertinerent, nec revoluerentur ad heredes testatoris; aut, ne eorum essent, quibus antè Leg. Pap. Poppæam deferebantur: ita ab eis immunitas in hoc fuit, quod eorum, qui immunes essent, relicta (h. est, quæ ipsi illi immunes reliquerant aliis) caduca facta, non pertinerent ad populi ærarium, sed revoluerentur, atque illorum essent, quorum antè L. Papiam Popp. fuerant.*

**F I N I S.**





*Ad titulum 4. lib. 1. Pand.*

De

**Constitutionibus  
Principum.**

**TITULUS**

## TITULUS IV. lib. I. Pandectarum,

De

CONSTITUTIONIBUS  
PRINCIPUM.

Lex I.

*Ulpianus lib. I. Institutionum.*

Quod Principi placuit, legis habet vigorem: utpote cum Lege Regia, quæ de imperio ejus lata est, populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem conferat.

*Quod Principi placuit &c.*] Quandoquidem summa rei deducta esset à populo Romano ad Principem, Compilatores Pandectarum statuerunt titulum singularem de constitutionibus Principum subjicere. Ac primam quidem juris condendi supremam facultatem ipsi tribuunt hoc Ulpiani effato: *Quod Principi placuit, legis habet vigorem: Dein principium & causam hujus auctoritatis, legem Regiam, pro lunt; tum variam constituendi juris, qua Princeps utatur, formam; denique virtutem effectumque principalium placitorum adjungunt; interjecta cautione generali de rebus novis constituendis.*

*Quod Principi placuit*, ait Ulpianus, *legis habet vigorem*. Olim, quod populo. Nunc potestate in Principem à populo translata, quod Principi, puta, quod huic placuit, ut pro lege sit, ut subditi Reip. illo teneantur. Lepidè, & rectè tamen id annotavit hic Accursius; *quod Principi*, inquit, *placuit, ut esset jus generale & commune*; nam si placeret ei comedere, non est Lex. Ius generale & commune quod ait, pro exemplo accipiendum fuerit. cœteroque & certis locis, adeoque particularia jura condere potest Princeps. Eleganter Muretus hic, Olim, inquit, quod populo placuerat, lex erat. Postea in locum populi successit Princeps, omnisque populi potestas in eum translata est. Sicut igitur hæc analogæ, Princeps, populus, quod placuit Principi, quod populo; quorum ut primum ad secundum, sic tertium ad quartum. Ita, si Princeps habet potestatem populi, id quod Principi placuit, vim habet ejus quod populo placuit, h. e. legis. Et paulò post: Nihilò plus potest Princeps, quam olim potuit populus. Quod igitur populus sciscere poterat, id si jubeat Princeps, æque lex erit, atque si olim à populo scitum esset. quod, ne si populus quidem scrivisset, lex fuisset, id, ne si Princeps quidem jubeat, legis vim obtinebit. &c.

*Legis habet vigorem* ] *vigorem* ait, h. est vim & effectum. Ejus nempe, quod populus olim, aut plebs, sciscabat, quod lex vocabatur

tur (quæ de re actum à nobis in comm. ad L. 2. de O. J. §. 2. & §. 8.) vis, effectus, auctoritas omnis ad Principis placitum transit. Unde & ipsa illa Principum placita Ulpianus paulo post *leges* appellat. §. 1. h. text. Cessat igitur vetusta vocis illius appellatio, & alio planè sensu, quàm olim, *leges, legem ferre, legislator, dicuntur*. Usus Ulpiani & sequentibus temporibus fuit, qui *legem posuit, leges condidit, leges edictales* & alia formæ comprehensas, edidit; cùm olim *lex jussus* esset universonum.

*Vipera cùm lege Regia, quæ de imperio ejus lata est. &c.*] Merito Ictus istam, quam dixit, auctoritatem ex populi concessione deducit, quæ facta sit. Quibus a quasi gradibus illuc à primis Principatus Romani conditoribus pervasum, quibusque rationibus à Senatu populoque ejusmodi demum diserta concessio obtenta sit, ad §. 11. l. 2. de O. J. prælixius demonstratum est. Omnino constat, habuisse illos remum arbitriam, antequam à populo diserte concessum esset.

*Legis Regiæ, quæ de imperio ejus lata est*] Legis Regiæ illius mentio præterea est, in §. 6. Inst. de jure nat. & l. 1. §. 7. C. de vet. j. convul. *Lex imperii* vocari creditur Alexandro in l. 3. C. de testam. eandemque indigitari plebisque perstratum est per *legem Augusti* in l. 14. de manumiss. item per *Augustum privilegiatum* in l. un. §. 14. C. de caduc. toll. quod tamen  
rectius

rectius de privilegio fisci accipi ex illis. Ceterum de hac lege Regia, an unquam, quando, quibus lata, multa inter interpretes disceptatio est.

Sunt, qui planè aliquam unquam latam esse negant, & vel *χῆμα βασιλιου*, commentum Principum, tegendæ tyrannidi, cujus obtenta omnia pro libidine animi sui gererent, vel figmentum esse merum Ulpiani, in gratiam Alexandri Severi, cuià consiliis fuit, exstructum, pronunciare non dubitant. v. *Connan. comm. jur. civ. lib. 1. c. 16. n. 3. Paurmeist. de jurisd. Imp. R. lib. 1. c. 5. n. 3.* Fundamentum hujus sententiæ in eo est, tum, quòd historici nihil de hac lege literis mandarint, tum quòd constet ex historia, vi atque armis occupatum rempublicam.

Alii, ne citra fidem historiarum *legis Regie* videantur assertores esse, ex rerum Romanarum scriptoribus illam repetunt. Et plerique horum vel ad tempora Romulæ assurgunt, eamque *legem regiam* credunt esse, quæ populus omnem potestatem Romulo concesserit; quæ deinde regibus ejectis, cum aliis legibus regibus antiquata, demum occupatâ republicâ in lucem & vitam reducta ac renovata fuerit. Ita sensere Hotom. Cujac. Calvin. Barclajus, Giphani. Rittershus. Manut. & alii. Vide Limm. *de jure publ. lib. 1. c. 12. n. 60.* Etiam wesemb. *ad Instit. in §. 6. de jure nat.* ita censuit; in *paratistis h. a. aliter.* Hotomannus primus omnium.

manium, ut ipse gloriatur, legem regiam à tam multis & doctissimis & diligentissimis viris quaesitam, ex T. Livii lib. 34. sibi in lucem eruisse visus est, in d. §. 6. Inst. de j. nat. & lib. 1. Antiq. Rom. p. 1. lit. R. Verba apud Livium d. lib. c. 6. sunt L. Valerii tribuni pl. suadentis abrogationem legis Oppiae, Q. Fabio, & T. Sempronio Coss. anno U. C. 539. (secundum Pigh. an. 538) de ornatu muliebri coercendo latæ, in medio ardore belli Punici secundi [ne qua mulier plus semuncia auri haberet; neu vestimento versilatori uteretur; neu juncto vehiculo in urbe oppidove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa, veheretur] contra M. Porcium Catonem, qui pro L. Oppia ad populum graviter disseruerat. Legum Oppiarum istarum mentio est etiam apud Tacit. *annual. lib. 3. c. 33. 34.* Verba Tribuni hæc sunt: *Ex utro tandem, inquit, genere ea lex esse videtur, quam abrogamus? an Vetus Regia lex, simul cum ipsa urbe nata? an (quod secundum est) à Decemviris ad condenda jura creatu in 12. Tabulis scripta? sine quâ eum majores nostri non existimant, matronale decus servari posse, nobis quoque verendum sit, ne cum ea pudorem sanctitatemque faminarum abrogemus?* Opinionem Hotomanni probat Anton. Matth. senior, in *colleg. Pandect. Disp. 3.* quæ est de L. Reg. *nam. 1. et seqq.*

Henricus Bernhard. in *Romano suo Principe legem*

legem Regiam asserit ex illo capite legum Decemviralium; Regio imperio duo sunt, hi- que praeundo, judicando, consulendo, praetores, judices, consules appellantur.

Muretus hic ita commentatur; Lex Regia, inquit, appellatur, quam L. Flaccus interrex tulit de Sylla dictatore perpetuo, quâ ei summam & planè regiam rerum omnium potestatem in Civitate permisit. Nam cum C. Marius, Mari septies Consulis filius, Consul, per Q. Lucretium, Cn. Papyrius Carbo, ejus Collega, per Cn. Pompejum, Syllanos duces, occisi essent, eoque modo respublica ad interregnum rediisset, L. Flaccus interrex proditus, tulit legem, ut quaecunque Sylla egisset, rata essent; atque ei omnia lic. r. n. Hæc ipsa lex renovata est in C. Julio Cesare, cum dictator perpetuus creatus est. Interfecto Cesare Augustus, & post eum ceteri, non quidem Dictatores perpetui, sed, quod idem re & effectus erat, Imperatores perpetui creati sunt. Eis autem singulis, ut primum creati erant, eadem illa lex renovabatur. Et ejus fragmentum exstat; ut dixi, in aede Lateranensi. Sed id postea fieri desitum, cum etiam sine eo possent omnia, & omnis Senatus ac populi auctoritas prorsus exstima esset. Hactenus Muretus.

Denique Fr. de Amaya, Ictus Hispanus, observ. jur. lib. 1. c. 1. n. 25. ex Dionis lib. 53. illo loco, quo dicit, Augusto X. & Cajo Norb. Coff. Cal. Innuor. Senatum juramento firmasse, se acta ejus pro-



bare; cumque jam urbi appropinquare diceretur, Senatam eum legum necessitate soluisse &c. extruit legem Regiam hanc, censetque ad eod. eam anno U. C. 729. (secundum alios 730.) latam.

Inter argumenta sua, quibus conficere satagit, L. Reg. Augusto latam esse, istam à LL. absolutionem etiam ex Dione affert Lantius in disc. de L. Reg. th. 41.

Qui citra historiam aut Ulpiano credunt, aut alia rerum argumenta sequuntur, vel ad C. Julii Cæsaris, vel ad Augusti, vel ad Tiberii, vel ad Vespasiani tempora legem Regiam referunt. Ultimæ huic sententiæ planè confidit Clapmarius de ars. Rerump. lib. 2. c. 15. Quo-certior sum, inquit, legem regiam, quæ de imperio Principis lata dicitur, quæve populus ei & in eum omne imperium & potestatem suam concessit, ante Vespasiani imperium nullam fuisse, vel, si fuit, aut emendicata est, aut vi extorta, quicquid alii sentiant.

1. De singulis breviter exponam quod sentio.

Non potest per legem Regiam, de qua hinc agitur, intelligi lex aliqua quæ anterior ac vetustior sit Principatu, h. est, illo rei Romanæ statu, qui inductus est occupata republica. De principe enim, & potestate, quæ illuc usque apud populum fuerit, ad Principem translata, loquuntur textus, eamque legis regie sententiam esse dicunt, quod per illam Princeps imperium quod hæctenus in populo resederat, quoque

quoque populus hucusque usus fuerat, sit adeptus. Nihil igitur huc pertinet lex Romulo, vel de imperio Romuli lata. Deinde neque ejusmodi legem Romulo latam esse, ex qua vel Romulus, vel quisquam sequentium Regum, rexit rempublicam, scitum est, cum & Romuli, & omni regum tempore, tria illa, ut sæpe dictum, potissima majestatis jura, magistratuum creatio, arbitrium pacis atque belli, & *vopu-deoria*, fuerint (quanquam non sine aliquo moderamine. quod tunc sublatum est, cum Patres ante comitia auctores fieri juberentur) penes populum. Sanè lex Regia, cujus meminit Tribunus pl. apud Livium, non alia est, quam illa, non de imperio Romuli, sed à Romulo lata, qua is mulieres ad decentem modestiam redégisse traditur Dionysio lib. 2. uti contextus & tota rei series ostendit.

Multo minus illud Ciceronis (namque caput hoc non fuisse in legibus Decemviralibus, unanimes ac certis argumentis subnixa doctorum est sententia. v. Pollet. in hist. fori Rom. lib. 3. c. 4. à princip.) *Regio imperio duo sunt, hæc quadrat.* Lege equidem, ut Consules duo regio imperio essent, constitutum est, non à Decemviris, sed cum Reges ejicerentur. At hæc lex neque unquam regia dicta est, neque Principatum induxit, sed regium unius imperium in duos partita est, denique non, quod populi fuerat, in duos istos transtulit, sed auctori-

ratem populi reliquit, imò firmavit & auxit. Nec, ut ad Regum tempora, vel mentionem regni imperii eas, postulat appellatio, quod *Regia* dicitur. quandoquidem res ipsa, quæ regium imperium, regia potestas est Principis, spectata auctori censenda est.

Legem Flacci Interregis quod attinet, nec illa usquam regia dicta, neque ita dici merita. neque enim potestatem populi in Syllam, adeoque imperium verè regium contulit, sed id quod nunquam populi fuerat, quodque non regem, sed tyrannum absolvit. Audiamus de hac lege Tullium. Ita is lib. 1. de legib. c. 42. *Iam vero, inquit, stultissimam illud, existimare, omnia justa esse, quæ scita sint in populorum institutis aut legibus. Etiamne, si quæ sint tyrannorum leges, si triginta illi Athenis leges imponere voluissent? aut si omnes Athenienses deletarentur tyrannicis legibus? num iccirco hæc leges justæ haberentur? Nihilò, credo, magis illa, quam interrex noster tulit, ut dictator, quem vellet, civium, indicta causâ impune posset occidere. Ita idem tertia contra Rullum de lege agraria: Omnium, ait, legum iniquissimam, dissimillimamque legum esse arbitror eam, quam L. Flaccus, interrex, de Sylla tulit, ut omnia, quæcumque ille fecisset, essent vana. Nam cum cæteris in Civitatibus tyrannis institutis leges omnes extinguantur atque tollantur, hic reip. tyrannum lege constituit. Et cum hæc Tulliana hujus legis*  
 elogia

elogia Muretus ipse hic annotaverit, est quo-  
 plus mirer, & ipsi Legem regiam, qua de-  
 agimus, hinc deducendam videri, & alios,  
 interque hos acutissimum Bachovium (*comm.  
 ad prim. part. Paud. pag. 145.*) ei adstipulari  
 potuisse. Nec juvat Muretum, quod Appia-  
 nus *lib. 1. de bell. civil.* Syllam Regem existi-  
 tisse, & lege ista principem Romanorum sta-  
 tuisse, & regie egisse, memoret. Nam &  
*Regem & tyrannum* ait existisse potentia &  
 viribus adauctum, ante istam legem; &, non  
 principem solenniter & consulto factum, sed  
 petenti dictaturam donec Urbem & Italianam  
 fluctuantem stabilisset, concessum à civibus  
 oppressis, ut princeps eorum esset quoad vel-  
 let; &, non jus, sed factum Syllæ, tota re-  
 latione exponit. Denique omnis historia testis  
 est, Syllam, quantumvis cum amplissima ista  
 & monstruosa potestate, non principatum sic  
 propriè dictum, sed dictaturam reip. consti-  
 tuendæ accepisse. Et puduisset, ni fallor, Au-  
 gustum, quem Dictaturæ nomen, quippe  
 cui tyrannis jam inesse videretur, genu nixum  
 dejectaque ab humeris toga, nudo pectore,  
 deprecatum narrat Sueton. *lib. 2. c. 52. in f.*  
 isthac probrosa & à Cicerone sic depicta lege  
 Principatum sibi deferri. Sed & fragmentum  
 illud Romanum legis Vespasiano latæ (de quo  
 ad l. *princeps.* dictum, & plus illicò dicendum)  
 relatione sua ultra Augustum non adscendit,  
 neque

neque vel C. Iulium Cæsarem, tanquam illi quocquam vel liquisset, vel lege concessam aut datum esset, attingit. quod utique non potuisset non fieri, si lex ista Macti interregis, Regia illa, & in C. Iul. Cæsare renovata fuisset.

2. Extra corpus juris Iustinianici nulla apud aliquem historicorum, qui res Romanas istorum temporum memorie prodiderunt, quique ad manus nostras pervenerint, Legis istius, Regiæ, qua populus Romanus omne imperium suum & potestatem principi & in Principem contulerit, mentio est. Uade Scipio Gentilis *orat. vectorali* 3. de L. Regia, *Leges*, inquit, *et Sc. ta de fillicidiis, aquæ ductibus, de atatonibus, de fullonibus etiam, aliisque parvis de rebus, quamvis reip. utilibus ac necessariis, non obruit oblivio vetustatis: qua lege imperium orbis terræ atque possessio humani generis, ad unum hominem delata est, præter nomen nihil scitur.*

Hoc unum Dio Cassius *lib. 53. de absolutio-  
ne à legibus* memorat, quod jam ante ad l. *Princeps*. à nobis relatam est. &, quamvis vel hoc solo licentiam quidvis aliud agendi Principibus datam existimet, illudque post eod. libro, loco à Fr. de Amaya citato, repetat (quod quædam verum nobis videatur, ad dictam L. æque iudicatum est) nihilominus addit, illos, ne potentia magis, quam legibus, habere imperium videntur, *assumptis ex republica libera præci-*

principum ( una dictatura excepta ) magistratum, veluti *Consulum, Proconsulum, Imperatorum, Censurum, summorum pontificum, Tribunorum*, nominibus, illorum quasi virtute atque auctoritate omnem totius reip. potestatem, & plane regiam, nisi quod iudicium nominis vitarent, accepisse. De Augusto nominatim hoc narrat, quod, cum imperium senatui populoque se redditurum simulasset, eamque rem in Senatu, septimum Consulatam gerens ( an. U. C. 727. ) aptissimo quoque senatuum ad id sibi comparato, ex scripto graviter perorasset, multis omnes eum verbis precati fuerint, ut solus imperii summam gereret, eoque tandem vi argumentorum compulerint, atque hac arte, ait, Augustam, cum se velle imperium deponere finxisset, effecisse, ut ei à Senatu populoque confirmaretur: ac rursus tamen & partitum esse cum Senatu populoque provincias, & per decennia & quinquennia sibi imperium tribui & prorogari voluisse. Hæc quomodo cum *Legge* istiusmodi Regia, qualem jus nostrum nobis exhibet, consistant, intelligere pronum haud est.

Planè, nisi memoratum fragmentum legis *Vespasiano* latæ, Romæ superesset, idque præter nudam à *legibus absolutiorem* illa, quæ verè *majestatis ipsa* Principis faciunt, contineret, vix tanti mihi esset, quod *Tribonianus*, sub nomine *Ulpiani* ( nam *Alexandri* referi-

ptum

ptum in *l. l. 3. C. de testame* vim nullam aliam imperii, quam vocat, exprimit, quàm *immunitatem à solemnibus legum; & lex Augusti*, quæ memoratur in *l. 14. de manumission.* pro eadem *immunitate* allegatur) retulisset, quin potius cum Connano, Paurmeistero, & sequacibus, nullam unquam fuisse ejusmodi legem Regiam crederem, cum scitissimum sit ex ipsius Iustiniani professione *l. 2. §. 10. & l. 3. §. 10. C. de vet. jar. enuel.* quæ potestas concessa sit Triboniano & sociis circa responsa commentariaque Jurisprudentium, & constitutiones item Imperatorum, quamque adeo fidem mereantur inscriptiones singulorum capitum. Fragmentum igitur illud totum ita habet.

Coedusve cum quibus volet facere liceat ita  
 - uti licuit diuo Aug. Ti. Iulio Cæsari Aug.  
 - Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtique ei Senatum habere relationem facere remittere Senatus Consulta per relationem discessionemque facere liceat ita uti licuit diuo Aug. Ti. Iulio Cæsari Aug. Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtique cum ex voluntate auctoritateve jussu mandatuve ejus presentevē eo Senatus habebitur omnium rerum jus perinde habeatur servetur ac si è lege Senatus edictus esset habereturque.

Vtique

**V**tique quos magistratum potestatem imperium curationemve cuius rei petentes Senatui populoque Romano commendaverit quibusve suffragationem suam dederit promiserit eorum comitiis quibusque extra ordinem ratio habeatur.

**V**tique ei fines Pomerij proferre promovere cum ex Republica censebit esse liceat ita ut licuit Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico.

**V**tique quæcumque ex usu Reipublicæ maiestate diuinarum humanarum publicarum privatarumque rerum esse censebit ei agere facere jus potestasque sit ita uti divo Aug. Tiberioque Iulio Cæsari Aug. Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico fuit.

**V**tique quibus legibus plebeive scitis scriptum fuit ne diuus Aug. Tiberiusve Iulius Cæsar Aug. Tiberiusque Claudius Cæsar Aug. Germanicus tenerentur iis legibus plebisque scitis Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit quæque ex quaque lege rogatione diuum Aug. Tiberiumve Iulium Cæsarem Aug. Tiberiumve Claudium Cæsarem Aug. Germanicum facere oportuit ea omnia Imp. Cæsari Vespasiano Aug. facere liceat.

**V**tique que ante hanc legem rogatam acta gesta decreta imperata ab Imperatore Cæsare Vespasiano Aug. iussu mandatuve ejus à quoque sunt ea perinde iusta rataque sint ac si populi plebisve iussu acta essent.

**Sanctio**



## Sanctio.

SI QUI HUIUSCE LEGIS ERGO AD-  
VERSUS LEGES ROGATIONES PLE-  
BISVE SCITA SENATUSVE CONSUL-  
TA FECIT FECERIT SIVE QUOD  
EUM EX LEGE ROGATIONE PLE-  
BISVE SOITO. S. VE. C. FACERE O-  
PORTEBIT NON FECERIT HUIUS  
LEGIS ERGO IN EI NE FRAUDI  
ESTO NEVE QUID OB EAM REM  
POPULO DARE DEBETO NEVE CUI  
DE EA RE ACTIO NEVE IUDICA-  
TIQ ESTO NEVE QUIS DE EA RE  
APUD SE AGI SANITO.

Illud sane totum istud, quod legi Regie ju-  
re nostro adscribitur, liquidò comprehendit.  
Meminerunt hujus complures doctissimi viri,  
magnam partem *autóntas*; ut Iust. Eccard.  
*tract. de L. Reg. Curt. Pich, in not. ad lib. 4.*  
*hist. Taciti, n. 4. Iul. Cæsar Bülenger. de Rom.*  
*Imp. lib. 1. c. 36. Matth. Steph. de jurisditt. lib.*  
*2. p. l. c. 1. num. 73. Pigh. annal. lib. 18. ad*  
*ann. Sa r. Guther. de of. dom. Aug. lib. 1. c. 1.*  
*Muret in L. Præcept. de LL. Et hic. Hotomann.*  
*in indice LL. Rom. Gruter in inscriptionibus. pag.*  
*242. Onuphr. Panz. 2. fastor. ad ann. 727.*  
Covar-

Covarruv. *variar. quæst. c. 1. titm. 3.* Ant  
Vacc. *hic.* Georg. Fabric. *antiquit. lib. 1.* Ro-  
ñn. *de Antiquit. lib. 7. c. 12. inf.* Anton. Au-  
gustin. *sr. de LL. & SC. Mar. Salamon. de prin-*  
*cip. lib. 6.* Denique, qui ante omnes illos scrip-  
sit, fragmentumque hoc descripsit, Francisc.  
de Albertois, *de mirand. vet. urb. Roma, lib.*  
*5. 1. editio. Rom. anni 1510. &c.*

Cæterum fidem suam hæc ipsa tabula nulle  
parte suspectam facit, quicquid quibusdam aut  
olim visum aut adhuc videatur: omninoque in-  
prudenter ac planè temerarium quorum-  
dam hoc assertum existimo, *falsum id fragmentum*  
*esse, & ostendende antiquitatis causa, confictum*  
*esse, item, ob tædissimam falsitatis & vanitatis inde-*  
*cin fidem nullam mereri.* Offendit istos (1) quòd  
comitibus populi sue auctoritas in illa conser-  
tur, jubenturque candidatorum Principis extra  
ordinem rationem haberi; cum, ut illis vide-  
tur, usque à Tiberio, Augusti proximo suo  
cessore, omnia comitia jam obliterata & ever-  
sa fuerint. Sed quam grandis hic error comi-  
tatur, cum ex alibi dictis, tum ex commen-  
tario nostro ad L. 2. §. 2. verb. *Quistay. de Or.*  
*f. pag. 31. 32. 33. 34. 35. 36.* liquidè patet.  
Ac dato, vel nulla fuisse post Tiberium populi  
Romani, saltem magistratuum comitia, id  
Principatus & regentium Imperatorum respo-  
ctu accipiendum foret, non ad everisionem ju-  
ris constituendi respublicam referendum.

Lex

Lex utique ista Vespasiano lata ad dandam firmandamque ei potestatem à milite oblatam (de quo v. Suet. *in Vesp.* c. 6.) pertinuit. Movet eosdem (2) quòd spèciatim *Augustus*, *Tiberius* & *Claudius* aliquoties commemorantur, cum tamen & cæteris usque ad *Vespasianum*, eadem omnia, quæ huic, decreta fuisse constet. Ita Tacitus hist. lib. 4. c. 3. *At Roma Senatus cuncta Principibus solita, Vespasiano decrevit.* Ita & nominatim de Caligula Suetor. lib. 4. c. 14. *ius arbitriumque omnium rerum illi permissum est.* Veruntamen, etsi Vespasiano cuncta *Principibus solita*, decreta dicat historicus, non præcisè id ad legem aliquam Regiam, seu Imperii referendum est; cum plane adhuc incertum sit, annon primo Vespasiano lata sit. v. paulò post n. 3. Deinde non sequitur, ergo huic, Vespasiano, non etiam præter solita deinceps quid decretum esse. Denique, quòd ante Augustum C. Julius Cæsar (cujus tamen & ratio oppidò peculiaris est, ut qui sub nomine Dictatoris rexerit, interque cujus regimen & Principatum Augusti, qui post Triumviratum, dejectumque tandem Lepidum & debellatum Antonium, coepit, tot anni intercesserint) post Tiberium Caligula, post Claudium Nero, Galba, Otto, Virellius, in lege Vespasiani silentur, si vel omnibus illis eadem cuncta, quæ nunc Vespasiano, decreta fuissent, causam hanc probabiliter dari existimem,

mem,

mem, quod traduerit S. P. Q. R. istorum principum memorie. Movetur (3) & hoc, quod, cum, probante, id multis Lansio, Lex Regia Augusto lata sit, ipsiusque beneficio subsequentes omnes Principes gavisi sint, suffecisset vel unius Augusti mentio, nec causa fingi possit, cur toties Tiberius & Claudius superaddi debuerint. Sed nondum Lansius probavit legem Regiam Augusto latam; & si quæ lex lata Augusto, ipsius personæ, non etiam ex ipsius personâ simul hæc ad Tiberium & Claudium, & futuros omnes Principes pertinuit, quippe nullâ certa vel Principatus continuandi, vel successionis vel electionis ratione constituta, tum quæ ratio esse possit ceteros prætereundi, modo dictum est. Amplius (4) movetur, quod, cum de pomærio proferendo loquitur tabula, Cladii unius mentionem facit, non etiam Augusti & Tiberii, cum tamen haud soli Claudio id licuerit, constetque ex Tacito, *ann. l. 12. c. 23. & seq.* ac aliunde, etiam Augustum Urbis terminos, prolato imperio, propagasse. Imò & Tacitum illic jus hoc ex Ducibus Romanis solis Syllæ & Augusto usurpatum asserentem erroris notat, ex Gell. *lib. 13. c. 14. Dionis lib. 43. item Cicerone ad Att. lib. 13. ep. 29. [add. ep. 33. in f. & ep. 34.] Iust. Lipsius in notis ad Tacitum. Confer Onuphr. in Urbe Roma, pag. 26. & seqq. At, quicquid & C. Jul. Cæsar, & Augustus fecerint, ex ipsius*

pius tabulae verbis apparet, circa possessionem pro-  
lationem, seu Urbis augmentum (quae res  
nequaquam exigua fuit. quod vel paucitas ab  
historico annotata eorum, qui jus illud usur-  
paverint, loquitur) Claudio quid ultra jus  
vel privilegium priscum, quod hoc fuit, ut,  
qui protulisset Imperium, etiam Urbem au-  
gere posset, datum fuisse, nempe ut augere  
posset, *quoties ex republica confert esse. quod*  
jus utique nec Caesari, nec Augusto, nec  
Tiberio, licet omnia & possent & posse vel-  
lent (attamen, simulacris, fallendo Senatui  
& populo, utentes, & nihil singulare nisi ex  
consulto Senatus populique voluntate velle si-  
mulantes) unquam decretum vel concessum  
legitur. Denique (5) Iacobus Guther. d. loci  
restituto fragmento Romano, sic scribit. *Par-*  
*clarium hoc antiquitatis monumentum Ant. Au-*  
*gustinus explicavit, in quo mihi faciebat nego-*  
*tiis Tiberius Julius Caesar, qui alius à Tibe-*  
*rio, qui post Augustum tenuit imperium, primum*  
*videbatur. At subjicit illud, se cum attentius*  
*meditatus esset, in fastis consularibus reperisse*  
*hanc inscriptionem: TI. IULIUS. DIVI. AUGUSTI.*  
**F. DIVI JULI. N. CAESAR AVG,**  
*unde confert Tiberium Iulium D. Aug. filium*  
*esse verum Tiberium, tertium pop. Rom. Im-*  
*peratorem. Plenius ad hoc idem habet respon-*  
*sam Lector sub proximo n. 3. ubi opinionis*  
*Volcanii & Fauremestri inavitas ostenditur*

Scio

Scio quoque (6) verbum in tabula ante caput  
 extremum insertum, *sanctio*, aliquando cau-  
 sam suspicandi præbuisse, eo, quod *sanctio*  
*legis* illa esse videatur, *qua pena statuitur con-*  
*tra legem facientibus*, teste Marciano in l. 8. *pro-*  
*de rer. divis.* & Vlpiano in l. 9 §. 3. *ff. eod.* ex  
 Justiniano in §. 10. *Instit. eod.* & imprimis Pa-  
 piniano in l. 41. *de pen.* idemque probetur et  
 Cic. *ad. Attic. lib. 3. ep. 23 / in Ver. lib. 4. sub*  
*fin. c. 149.* [ *nisi legum sanctionem penamque*  
*veritatem* ] & orat. *pro L. Corn. Balb. c. 33.*  
 [ *sanctiones sacrauda sunt, aut genere ipso, aut*  
*obtestatione & consecratione legis, aut pena,*  
*cuem caput eius, qui contra facit, consecratur* ]  
 istud caput autem hujuscemodi pænæ sanctio-  
 nis nihil contineat. Sed fuit ista suspicio non  
 fat fundata, cum & Tullii pluribus locis, &  
 Festi in *sagmina*, & aliorum complurium clas-  
 sicorum scriptorum auctoritate, verba, *sanctio*  
*airé*, & *sanctio*, generaliori significato ad  
 cuiusque *jussi* vel *veriti firmamentum* referan-  
 tur; omninoque memorata loca benè habeant,  
 si pars legis, que pænã in contravenientes  
 edicit, *sanctio* esse intelligatur, nec tamen  
 magis, quam si qua alio modo, quam pænæ  
 appositione, stabilimentum & robur preceden-  
 tibus applicetur. Confer Ant. Augustin. *de LL.*  
 in *L. Reg. ad verb. sanctio*. ubi in fine paragra-  
 phi subjicit: [ *Non ignoro, aliam esse hujus na-*  
*minis interpretationem, isam in his ipsis sanctio-*  
*nibus* ]

nibus, non de pena solum, sed de impunitate, de abrogatione, atque aliis de rebus, que ad Legem ipsam pertinerent, perscribi solere. [Testatur d. episi. Tullius, ejusmodi, quale hoc tabulæ nostræ est, caput Legibus apponi solitum, idque *tralatitium* vocat, de impunitate, si quid contra alias leges ejus legis ergo factum sit

3. Denique an Vespasiano primùm, an cui alii Principum ante Vespasianum, saltem illorum qui ipso hoc fragmento nominantur, lata sit lex ejusmodi, fragmentum clarè satis, quod ad omnia quidem capita attinet, non exprimit. Tres utique soli, Augustus, Tiberius, Claudius, commemorantur. & oppidò jejunum est, quod Volmarus de jure Princip. c. 3. n. 5. ait: Iulii Cæsaris æquè in fragmento mentionem fieri, ac Augusti, ideoque & legem Regiam ad C. Iulium Cæsarem referendam contendit. Paurmeisterus itidem d. lib. 1. c. 5. n. 18. Iulii Cæsaris mentionem illic fieri autumat, cumque hunc nulla lege nec populi voluntate, sed rã aperta ac tyrannide imperium occupasse, ac præpterea crudeliter necatum esse constet, falsitatis & vanitatis fragmenti argumentum aliquod inde format. At verò cum Tiberius Iulius Cæsar Aug. nominatur, non nisi Tiberius Augusti successor indigitatur, qui, cum ab Augusto adoptatus esset, Augusti illa nomina assumpsit, uti moris fuisse docet

Dio

Dio lib. 46. & ex hoc Onuphr. lib. de antiquis Romanorum nominibus, ut adoptati adoptantium nomina gererent. Augustum autem ex adoptione C. Iulii Cæsaris, ipsum quoque C. Iulium Cæsarem Octavianum dictum, scribit Dio dict. lib. Si C. Iulius Cæsar indigitari debuisset, non potuissent ante illum divus Augustus & Tiberius nominari. Primus itaque qui exprimitur, est Divus Augustus, quo nomine neminem alium, quam C. Octavium, cui primo hoc nomen datum testatur Dio lib. 53. appellari hoc loco constat. Secundus Tiberius Iulius Cæsar Augustus, nempe Augusti proximus successor. Tertius Tiberius Claudius Cæsar Aug. quem & Germanici nomen, fratre in Iuliam familiam adoptato, assumpsisse auctor est Sueton. lib. 5. c. 2. Omittuntur ergo ante Claudium C. Iul. Cæsar, & Caligula; post Claudium Nero, Galba, Otto, Vitellius. Porro tres istos ea, quæ fragmentum continet, facere potuisse dicit, an ex lege lata, non dicit. Hoc unum, quibus legibus plebisve scitis teneri non deberent Augustus, Tiberius, Claudius, id scriptum fuisse prodit. Cætera vel solis magistratum titulis, ut ante ex Dione visum, potuisse Principes, indubium est. Nec Lansii paulò ante indigitata argumenta quicquam, ut ex dictis patet, evincunt. Ego in re obscura subsisto ac nihij definitio, in hoc pronior utique, neque Augu-

Z

sto



sto, neque sequentium cuiquam ante Vespasianarum latam.

Persistens igitur in hac sententia. *Legem* aliquam *Regiam* fuisse, non moror fundamenta illam pro figmento habentium. Nam (1) certum id est, argumentum à silentio historiarum per se haud esse solidum, imprimis, cum aliunde, testimoniis & rerum documentis res firmatur, parum aut nihil in eo ad probandum valoris esse. Deinde non sequitur, si armis & vi occupata sit primitus respublica, ergo legem nullam imperii translatorem latam esse. Simul hæc stare possunt. Et qui vis cum voluntate se in primordiis monarchiæ Romanæ sociaverint, legere est apud Dionem imprimis, & Tacitum, locis à nobis & hic & in comm. ad tit. de O. j, citatis. Illud verò planè dilutum est, quod nuperrimè vir doctus in præfatione scripti sui politici, adversus L. Regiam scripsit, *per unam tolerantiam populi Romani Principes imperium obtinuisse* (eoque scilicet frustra peculiarem legem jactari) fisis auctoritate verborum Strabonis, *scriptoris gravis & præ aliis fide digni*, in fine operis geographici, Ἐν δὲ ἐπαρχίαισιν ἰσθῆνται, ἄλλοτε μὲν ἄλλως, ἐν δὲ τῇ παρόντι ὡς καὶ σαφὲς ὁ Σεβαστὸς δυνάστην. ἐπεὶ γὰρ ἡ πατρίς ἐπέτρεψεν αὐτοῖς τὴν προσασίαν τῆς ἡγεμονίας,

νίας, ἢ πολέμου ἢ ἐρήνης κατέσθ κύριος  
 δια βίης, δίχα δ' ἔειλε πάσαν τὴν κώσαν,  
 ἢ τὴν μὲν ἀπέδειξεν ἑαυτῷ, τὴν τὲ τῷ  
 δ' ὄμῳ. Singularem illic ἔμφρασιν habere scri-  
 bit verbum ἐπιτρέπειν [ ἐπέτρεπε ἢ πατρίς  
 ἐπέτρεψεν αὐτῷ. cum Civitas, ut versio  
 habet in editione Casauboniana, ipsi regimen  
 imperii permisisset ] quod significet, *permittere*,  
*suadere*. quomodo & Budæus ex Demosthene  
 notaverit, ἐπιτρέπειν idem esse, quod *in*  
*arbitrium compromittere*. Et verò significet istud  
 verbum, *permittere*; estne *permittere* planè  
 idem quod *tolerare*? Qui permittit rem suam  
 alteri, a non consentit, consultò agit, tradit,  
 sæpe donat? ἐπιτρέπειν etiam esse *commit-*  
*tere, curæ aliquid tradere, demandare, testa-*  
*tor notissimus Græce linguæ Thesaurus ex ipsius*  
*Budæi manuscripto lexico restitutus. idque, sicut*  
*operæ præcium, compluribus bonorum au-*  
*ctorum locis ostendi posset. En unum, apud*  
*Dionys. lib. 1. 2. τῷ δὲ δημοτικῷ πλήθει*  
*τρία ταῦτα ἐπέτρεψεν. populari vero mul-*  
*titudini ( loquitur de Romulo constituente*  
*tunc novam Rempublicam ) tria hæc com-*  
*missi. Et qui in arbitrium compromittunt, quis*  
*hos nil nisi tolerare dicat? Miretur profectò*  
*quisque defæctam mentem possidens illum,*

qui ea omnia, quæ Dio, Suetonius, Tacitus, Principibus à S. P. Q. R. facta, decreta, data ac tributa testantur, *solius tolerantiae*, cum qua lex aliqua lata stare non possit, esse contendere audeat. Nec solus Ulpianus, *contulisse populum in Principem imperium & potestatem suam*, dixit, sed & Tacitus *initio libri 1. historiar.* sic scribit: *Postquam bellatum apud Actium, atque omnem potestatem ad unum conferri pacis interfuit.*

*Populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem conferat.* ] Loquitur Ulpianus temporis præsentis verbo, tanquam ex lege exstante, & quæ adhuc sit in manibus. *Ei, h. est. Principi. Et in eum.* hæc verba an de principe item, an de populo, ut relativum pro reciproco, *se*, positum intelligatur, disputatio interpretum est: Posteriores sensum amplectuntur Hotomandus *in d. §. 6. Duarenus hic. Wesembec. in d. §. 6. Inst. de j. nat. item in parat. l. 1. c. 1. Hugo Grotius de j. bel. & pac. lib. 1. c. 3. n. 8. & sequitur Wissemb. exercit. ad Pand. Disp. 4. th. 17. & complures alii. Duarenus firmandæ suæ opinionioni adducit verba Senecæ *ep. 14. Interdum populus est, quem timere debeamus; interdum, si ea Civitatis disciplina est, ut plurima per Senatam transigantur, gratiosi in ea viri; interdum singuli, quibus potestas populi & in populum data est.* Imò & Theophilus in paraphrasi verba hæc ita reddit: *ὁ**

(ὄμοιος)

(ἰσχυρος puta ῥηγίος. ita enim loquitur)  
 περι βασιλείας τῆς θεῆς, πᾶσαν βασιλείαν δὲ  
 δῶκε κατὰ τὴν δῆμῳ τὴν ἐξουσίαν. *qua de  
 imperio (vel regno) lata, omnem regi (sic  
 principem vocant plerumque Græci) dedit in  
 populum potestatem.* Acursius hic de Prin-  
 cipe utrumque verbum exponens, ei, inquit,  
*h. e. ad ejus honorem: in eum, h. e. ad ejus  
 onus, ut sustineat onus condendi jura.* Cujacius 15. observ. 30. ut *populus*, ait, *ipse suis  
 legibus tenebatur, ita Princeps, cui & in  
 quem populus omne suum imperium contu-  
 lerat, adeo ut potestas Principis & in ipsum  
 Principem esset.* quam quidem expositionem  
 omnibus aliis ineptiorem puto. Quæ est enim  
 potestas Principis in ipsum Principem, à popu-  
 lo in eum traducta? *Neque imperare sibi, ne-  
 que se prohibere quisquam potest,* ait Marci-  
 an. l. pen. de recept. qui arbitr. Limnæus d.  
 c. 12. n. 86. considerat, ut inconcinnè, si  
*per eum populus intelligi debeat, sensuque  
 planè abiurdò dicatur, populum Principi & in  
 se ipsum, omne imperium suum & potestatem  
 conferre: censetque adeo cum Giphano  
 & Rittershusio, ei & in eum, idem vale-  
 re, & totum versiculum nihil aliud pro-  
 bare, quàm, populum contulisse in Principem  
 suam potestatem.* Bachovius in d. §. 6. Inst.  
 de j. nat. Verba ista fuisse autumat formulam

plius legis, quâ populus usus fuerit ad ostendendam enixam suam voluntatem. quod & Vinnius ibid. sequitur.

Ego certissimum, non fuisse hæc verba Regiæ legis (quod & ipsum istud fragmentum antè relatum abunde ostendit, & si hoc non superfuisset, attentius consideranti facile patere potuit) sed esse verba Icti expressum compendio sententiam legis. Non potuit verò Ulp. per verbum, *sum*; nisi ineptissime, illa quidem verborum serie qua utitur, populum, h. est, singulos de populo, sive in quos populi antehac erat imperium (neque n. in populum universum sumtum magis erat populo imperium propriè loquendo, quàm post fuit Principi in se ipsum) indigitare; neque eo expressio opus fuit, ut rectè annotavit Bachovius, cum non posset concedi potestas Monarchica Principi, nisi ut in omnes potestatem haberet. De in verba hæc Ulpiani non debent componi cum istis Senecæ, qui aliis planè & clavis verbis loquitur. Non negatur quoque, pronomen relativum quandoque pro reciproco apud probatos auctores usurpari. Sed quis unquam idem pronomen eidem copulavit, ut hic, *ei & in sum*, primum relativâ, tum illico reciproca significatione? Declarandi planè, & amplitudinem vimque concessionis explicandi causâ, verba, *& in sum*, addidisse Ulpianum puto, ut nempe populus lege Regia non tantum

tum Principi imperium potestatemque suam tribuisse (quod *cumulativè*, ut loquuntur, factum esse poterat) sed & *in eum*, h. est, à se in principem, istam suam potestatem, adeoque *privativè* contulisse intelligatur. quem intellectum verborum & Franzkio *disp. de constit Princ. th. 13. n. 11.* & ante hunc Connano *comm. jur. civ. lib. 1. c. 16. n. 2.* & Goveano *2. var. jur. lect. 30.* & Ant. Matth. *in not. ad Instit. d. §. Sed & quod Principi.* placuisse deprehendi. quamquam Ant. Matth. fluctuaverit. nam & *in colleg. Inst. primo Herborna habito disp. 1. n. 22.* Theophili, Hotomanni & cæterorum expositionem secutus est, & rursus Groningæ *in colleg. Pand. disp. 3. n. 8. & 9.* eandem rejecit.

Atque ita quidem *privativè* populum imperium suum principi contulisse, h. est, à se in illum transfuisse, dubitari non oportet, cum omnis Romana historia, & rei irrefragabilis evidèntia hoc abundè demonstrat. Expressiùs quoque *translationem* illam edixit Iustinianus in l. 1. §. 7. C. *de vet. jure enucl.* nec minùs Arcadius in l. un. ff. *de off. pref. prætor.* ibi: *regimentis reip. ad Imperatores perpetuos translatis.* ut meritò Bach. *in d. §. Sed & quod principi. Inst. de j. nat. n. 2. & 6.* item *in comm. ad 1. p. Pand. pag. 43.* illos rideat, ac rejiciat, qui *cumulativam* concessionem statuunt. Sententiæ illius asseclas aliquot, Marium. Salo

monium, Foppium ab Aiffema, Baronem, Duarenum, Calvinum, Bocerum, Paurmeistenum, Hortlederum, laudat Limnæus d. c. 12. n. 91. eisque se, rationibus quibusdam subnexis, adjungit. Reasonibus uno atque altero verbo satisfaciemus.

1. Etiamfi ita promiscuè ac simpliciter verum esset quod dicitur, concessa jurisdictione eam cumulativè concessam intelligi (*vide Reinking. de reg. sec. & ec. lib. 1. cl. 5. c. 7. n. 21. & seqq. & c. 11. n. 31.*) nulla tamen à jurisdictione, quam is qui jura majestatis possidet, alicui suorum tribuit, recta illatio est ad *summi imperii concessionem* à populo in Principem.

2. Definitio Principatus apud Bodinum [*Principatus, inquit ille lib. 1. de rep. c. 1. inf. nihil est aliud, quam aristocratia vel democratia, cui unus de multis dignitate præest, majestas verò penes est populum vel optimates.*] aut alios, vel quod principatus apud Latinos quandoque opponitur regno, aut majoris modestiæ nomen fit principis, quam regis (*vide ap. Cæsar. de bello Gall. lib. 7. sub. princip. [Vercingetorix, cujus pater principatum Galliæ obtinuerat, & ob eam causam, quod regnum appetebat, à civitate erat interfectus.] Sueton. in Calig. c. 22. [Nec multum abfuit, quin statim diadema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret]* Grot. de j. b. & p. lib. 1. c. 3. n. 10.) nihil, inquam, hæc detrahunt evidenti veritati. Scitum.

tum est, Augustum (verba sunt Taciti *lib. 1. ann. c. 1.*) *cuncta discordiis civilibus fessa nomine Principis sub imperium accepisse.* Eundem omnes multis verbis precatos esse, ut solus imperii sumam gereret, paulo ante ex Dione relatum est. Idemque Dio *d. lib. 53.* pluribus ostendit, quomodo Principes omnem totius reip<sup>re</sup> potestatem acceperint, ac *regiam* etiam, nisi quod invidiam nominis vitarent.

3. Populum adhuc temporibus primorum Principum leges rogatum scivisse, docent historiae, non, quod illa populo auctoritas relicta & conservata esset, sed indulgentiam Principum (penes quos omne rerum arbitrium erat) ita, populi specie libertatis & auctoritatis pristinae fallendi causa, volentium. Olim non nisi per populum juberi lex poterat. Principes, cum possent ipsi sine populo, populo tamen id deferebant; & quod sciverat populus, ex mero Principum arbitrio valebat.

Sed neque ipsum hoc ex l. 32. de legib. quae Iuliani est, satis probatur, ut ex dictis ad illam leg. patet. Iustinianus autem Imperatori soli auctoritatem legum condendarum, disertè vendicat. *l. ult. §. 1. C. de LL. l. 2. §. 21. inf. de vet. iur. enucl. & Nov. 143. in primis.* Multo minus, belli indicendi aliaque majestatis jura sub Principibus penes populum fuisse, probatur ex l. 7. §. 1. & l. 24. ff. de captiv. & *peñ. rev.* vel ex l. 3. *pr. ne quid in loco publ.*  
*L. 5. vel*



vel ex l. 1. §. 1. aut l. 3. ff. ad L. Iul. Maj. quibus omnibus locis populi Romani appellatio totam remp. significat, & caput illius, Principem, cujus omnis dignitas omniaque gesta, ad populum, cujus causa atque bono cuncta sunt, merito referuntur, comprehendit.

Denique si umbratilia fortè comitia etiam adhuc tempore Nervæ, Hadriani, & quorundam sequentium Imperatorum haberi consueverint (de quibus egi pluribus ad l. 2. §. 2. verb. *curiatus*. de O. J.) hæc nullam populi potestatem veram ostendunt, quia à voluntate unjus Principis dependerunt.

4. Senatum sub Principibus, hoc ipso, quod jura condiderit, jus suum pristinum retinuisse, nemo historię antiquę gnarus dixerit, ut mirer, qui illud viro in historiis versatissimo exciderit. Imò, quod libera republica non potuerat Senatus, id sub Principibus demum posse capere, h. est, jura condere. Nunquam *νομοθεσία*, augustissima Senatorii juris particula, ut vocat Limæus, fuit, nisi sub Principibus. Attamen, ut antè pluribus expeditum est, nihil in hoc fuit veri & proprii, & majestatici juris, cum non nisi ex & sub arbitrio Principum, Senatus omne id, quod poterat, posset. Videtis hac de re Budæum in an. notis ad l. ult. de Senator. pag. 229.

5. Denique dictum leg. regia fragmentum licet comitorum populi creandorum magistratum

tuum causâ habendorum, & commendationis candidatorum à Principe ad populum, faciat mentionem, cùm tamen id respectu duntaxat ejus, quod indulgentiâ superiorum Principum factitatum sit, non solidi juris causâ positum intelligendum, cunctaque quæ ex usu reipublicæ, majestate divinarum, humanarum, publicarum, privatarumque rerum esse ceaseat, ipsi concedantur, Senatus ipsius jussis ac mandatis submittatur, omniaque adeò, etiam ipsa populi comitia, in voluntate & arbitrio Principis collocentur, nihil revera habet pro cumulativa concessione, sed imò totum demonstrat contrarium.

Ut autem hæc ita se habeant, omneque imperium olim L. Regia in Principem translatum sit, *privativè*, inquam, *non cumulativè*; id tamen haud latius accipiendum est, quàm de imperio summo, quo omnis *rectio* vel *administratio reipæ*. explicatur, h. est, ut vocant, de *juribus majestatis personalis*, quæ eis competere intelligitur, qui *regunt rempublicam*, sive unus sit, sive plures, *ex eo quod regunt*. Hoc verò summum imperium in unum, Principem, collatum, nihil impedit, quo minus populo ac reipublicæ sua maneat, quæ dicitur, *majestas realis*, quâ *regimen* illud *constituitur & vindicatur*. Hæc majestas realis nunquam à republica divellitur. quanquam Grotius *de j. b. & p. lib. 1. c. 3.* & alii contra sentiant. Hujus vis ex-

serta fuit, cum, quod pro sua sententia *Linnæus* urget, senatus populique Romanus Neronem Imperii hostem declaravit, cum & de aliis Principibus supplicium sumsit. Hujus vi Lex regia & primùm lata, & si modò unquam id tactum, successoribus toties repetita est. De majestate reali & personali vide diatribam non inelegantem *Matthiæ Bortii*, quæ est inter discursus *Arumæi* de jure publico trigesimo loco.

*Omne suum imperium & potestatem* ] *Accursius* imperium interpretatur merum & mixtum; potestatem jurisdictionem; ineptissimè. *Imperium & potestas* hoc loco idem valent: & non nisi rerum arbitrium, dominium juris, jura regalia vel majestatis, quorum explanatione regimen reipublicæ continetur, vocibus istis significantur.

Lex regia, de qua hætenus dictum, ad imperium & potestatem Principum, quam illi olim occupatâ rep. obtinere, pertinet. Hodie planè alia reip. facies est, & jura majestatis non ita, ut olim, ab Imperatoribus possidentur. Lex regia seu Imperii hodierna, non quid possit Imperator, sed quid non possit, quidque debeat, dicit, estque Capitulatio, ut appellant, in quam, siue cujus capita, noviter electi Reges Romanorum, antequam in administrationem Imperii eant, Principibus Electoribus, perque hos toti Imperio, solenniter jurare tenentur.

S. I. Quo.

§ 1. Quodcunque igitur Imperator per epistolam & subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit, Legem esse constat. Hæc sunt, quas vulgò Constitutiones appellamus.

*Quodcunque igitur Imperator* ] Præmissio, quod Principi placuit, id legis vigorem habere, nunc species principalium placitorum, variasque formas subjicit, easque omnes Constitutiones appellari dicit. Quinque formæ exprimuntur ab Ulpiano, 1. epistola. 2. subscriptio, 3. decretum cognoscentis. 4. interlocutio de plano. 5. Edictum. Tria meminit Tribonianus d. §. 6. Inst. de j. nat. Epistolam, decretum cognoscentis, & edictum; quæ tria & Theophitus illic, ἐπιστολήν, ἐδικτόν, δέκρετον, distinguit & explicat. quam eandem distinctionem & interpretes illic plerique retinent, cæteras species huc revocantes. Vultejus *ibid.* in duas species tribuit, Edictum & Decretum; ad decreti nomen (amplius utique acceptum, quam hoc loco fit à Icto. licet amplior etiam significatio decreti; jure nostro occurrat, ut l. 1. C. deprecib. Imper. off.) reliquas formas referens. Bachovius illic

item.

item in comm. ad P. pag. 44. ita constitutiones dispescit. Duo, inquit, sunt in univ<sup>er</sup>sum genera constitutionum. Primum, cum Imperator directe hoc agit, ut legem condat, quæ species dicitur Edictum, ubi scilicet, indefinite aliquid sancitur; quales omnes regulariter Leges esse solent. Sub quam speciem etiam recte referentur, quæ Imperator respondet ad relationem & consultationem magistratum super jure dubio. Alterum, cum Imperator indirecte hoc non agit, ut legem condat, sed ejus tamen dispositio propter dignitatem Principis vim legis habet. Hujus generis duæ sunt species, Epistola & decretum. Bachovii assecla hic est Vinnius. Dicam paucis de speciebus ab Ulp. relatis, quas singulas etiam Wesenb. hic in paratitl. consideravit.

Per epistolam ] Epistola (Græcè ἐπιστολή, ab ἐπιπέμπω, mitto) literas quæ ad absentem mittuntur, significat. Epistola igitur Principis, quam ad absentes, vel magistratus de jure consultantes (quam speciem Bach. & Vinn. edictis accensent; Theophilus in paraphrasi solum appellatione epistolæ accipit.) vel privatos, cujusmodi pleraque sunt rescripta in Codicem relata. Theophili sanè definitionem epistolæ angustio<sup>ri</sup> ac par est, existimo. neque enim minus epistola ulla ratione vocabitur, rescriptum ad privatos absentes datum. At nec Bachovi-

hoyum aptè satis puto rescriptum ad magistratus, sive illi de jure indefinite, sive in certa specie quæ judicio oblata sit, consultaverint, Edictis annumerare, vel ex definitione & naturâ Edicti, de quâ mox.

*Et subscriptionem* ] Particulæ copulativæ, *Et*, bene, puto, substitueretur segregativa. *Aut.* Et parum tamen refert, cum subscriptio hoc commune habeat cum epistola, quod ad petitionem apud Principem factam detur, rescriptique appellatione contineatur, eoque causa videatur esse conjungendi hæc duo, in oppositione ad reliqua. Subscriptio igitur est, responsum Principis ad libellum à præsentibus exhibitum, illi subnotatum. Exemplum hujus est in l. 19. §. 9. ff. locati.

*Vel cognoscens decrevit* ] Hoc loco, quandoquidem mox *interlocutia de plano* hinc separatur, diversum quidpiam ab illa significari evidens est. Diversitatem ex opposito, *de plano*, sumendam existimo. Erit igitur cognitio solennior pro tribunali (prout communiter hæc duo, *pro tribunali*, &, *de plano*, sibi opponuntur) hinc indigitata.

*Vel de plano interlocutus est* ] Interlocutus est, ait. an sententia, quæ litem non finit, quæque definitivæ contradistinguitur, *interlocutoria* vulgò dicta, hinc intelligenda est? Muretus hic, eam non præcisè intelligit, sed com-

pre-

prehendit. Ergo, inquit, & interlocutoria sententia Principis abtiquitus obtinebat vim legis, & videtur comprehendi nomine constitutionis in l. metum autem. 9. §. 3. in f. ff. quod met. caus. at postea id mutatum ait videri l. 3. C. de legib. Bachov. in comm. ad 1. p. P. pag. 45. ad conciliandum hunc locum cum l. 3. C. de LL. (de quo mox) ponit, quasi dubius, Ulpianum improprie verbo, *interloqui*, usum esse, & non intellexisse sententiam interlocutoriam in specie dictam, sed respexisse ad duplicem modum cognoscendi & pronuncian-di, & hoc igitur dicere voluisse, sententiam dictam à Principe, obtinere vim legis, non tantum si pro tribunali dixerit, sed etiam si de plano; ut tamen utrobique intelligatur definitiva. Ego, Ulpianum *interlocutionem Principis* pro *interlocutoria*, quam vocant, non dixisse, sed simpliciter sententiam Principis indigitasse, nihil dubito. Sed nec aliter *interlocutiones principis* dici in d. l. 3. C. de ll. mox pluribus docebo. Neque ista significatio hujus verbi impropria videtur. *Interlocutio* ab *interloquendo* dicta, quòd inter partes feratur. quo sensu tam late patet, quàm sententia. Interpretes ex rubrica, tum l. 9. & fin. C. de sentent. & *interlocat. omn. judic.*, ut & aliis quibusd. textibus, ut d. l. 9. §. 4. quod met. c. &c. quibus omnibus ad ea, quælitern non finiunt;

applicatur illud verbum, restrictam hanc significationem ejus formarunt.

Oppositio *res de plano*, demonstrat, de eisdem sententiis Ulpianum loqui, de quibus intellexit, quod proximè dixit, *cognoscens decrevit*. Nam & de plano æquè sententiam definitivam ferre princeps poterat. Deinde hujus rei argumento esse videtur, quòd in d. §. 6. Inst. de j. nat. verba illa, *vel de plano interlocutus est*, omiſsa sunt. Comprehendisse enim Tribonianus utramque formam, *pro tribunali*, & *de plano*, videtur illic verbis illis, *vel cognoscens decrevit*. At eis tamen definitivam sententiam duntaxat significari, & Accursii & ple-  
rorumque doctrina est, conformis etiam, ut illis quidem videtur, rescripto Iustiniani in *l. ult. princip. C. de legib.* Mureti igitur sententiam de comprehensa verbis Ulpiani interlocutoria, rectam, imò, & hic & in *d. l. fin. C. de H. 1.* sententiam interlocutoriam Principis comprehensam esse, sentio. Nam, cum neque hic, neque in *d. l. fin.* distinctio sit, sed simpliciter loquantur textus de sententia vel interlocutione Principis, tum nec ratio ulla sit, restringendi illos ad sententiam definitivam, cum æque interlocutoria ad quæ-  
stionem juris pertinere possit, Ex gr. de lite in causa certi generis non contestanda, de examine testium ad perpetuam rei memoriam, de admittendis exceptionibus peremptoriis ante li-  
tera



tem contestatam, de necessitate cautionum, de præstando juramento calumniæ, de dilationibus probandi, & compluribus aliis ejusmodi; temeraria utique fuerit ista restrictio.

Porro solitos olim Principes ipsos vel pro tribunali, vel de plano, causas, partibus, ut ait Justinian. *in d. l. ult. commus constitutis*, cognoscere, & sententias de illis proferre, & historiæ, & jura nostra passim testantur. De Augusto ita Sueton. c. 33. *Ipsè jus dixit assidue, & in noctem nonnunquam, si parum corpore valeret, lectica protribunali collocatâ, vel etiam domi cubans.* De Claudio idem c. 15. *In cognoscendo morem eum tenuit, ut continuis actionibus omnissis sigillatim quæque per vices ageret.* Idem de aliis Imperatoribus alii memorant. Exemplum de Antonino est in l. 3. *de his quæ in test. delentur.* de Marco in l. pen. *ad L. Jul. de vi priv.* quanquam ipsam illuc decretum generalibus verbis conceptum sit. Cæterum, quæ Principum sententiæ legis virtutem habere & ad similes causas produci jubentur, ex illarum causarum esse intelligantur, in quibus quæstio juris vertitur, nam si facti quæstio sit, illius veritate indagata secundum jura certa pronunciatur, nisi & factum simul & jus dubium esse contingat. Sic & Theophilus in juris quæstione, *an patruus fratri præferatur in hereditate defuncti*, exemplum ponit. Sic item in modò allegatis ex jure nostro

stro exemplis non nisi juris quæstio est. Et res ipsa amplius id quod dixi ostendit; cum, si jus, & quidem universale, intelligatur fieri quod pronunciatum est, antè id non fuisse, sed indagatum disputando fuisse, consequitur.

De nique sententiam Principis inter partes latam vim legis habere, eoque jus facere & in alijs causis (quod de magistratuum cæterorum & judicum sententiis secus est, ut quæ jus faciunt non nisi inter partes, quibus latæ sunt. t. t. C. inter alios acta vel judic. al. non noc. l. nemo. 13. C. de sentent. & interl.) controversum fit ex l. 2. & 3. C. de legib. Lex 2. sanè loquitur in specie, quâ Principes ad relationem vel suggestionem, aut consultationem judicantium de negociis in commune Palatii procerum auditorium introductis statuerint, in quâ specie cum totam causam ipsi Principes præsentibus non cognoverint, id singulariter accipiendum censet Bachovius d. pag. 45.

At lex 3. generalius de omni interlocutione principum in certis negociis loquitur. Bachovius igitur illam explicat de sententiis interlocutoriis cum Mureto, qui tamen hætenus à Bach. hic dissidet, quod Ulpiani pronunciatum, de interlocutoriis principis sententiis acceptum, hac lege tertiâ mutatum autumat, cum

cum Bach. Ulpianum tantum de definitivis accipiendum putet, ut paulo antè relatum.

Ego cum Ant. Vacca hic, Theodosium & Collegam modestiæ causâ ita statuisse censeo, & noluisse, ut sententiæ vel res inter partes certas judicatæ Principum, vim legis obtinerent. Totus contextus hunc sensum clarissimè prodat. nam (1) nulla in illo oppositio est definitivæ & interlocutoriæ sententiæ, sed ejus quod generaliter præceptum, aut expressius ad universos pertinere jussum, & ejus quod in uno aliquo negotio statutum, in terminis & forma sententiæ merè inter partes dictæ constitit, aut quod certis civitatibus, provinciis, corporibus tributum sit. (2) tum demum illis, quæ in certis negociis statuta sint, edictorum vim inesse jubetur, cum expressè dictum sit, velle principes eadem similium fata causarum componere. Iustinianus itaque constitutione sua novâ jus pristinum olim ab Ulpiano proditum restituit. Ait Bachovius, hac sententiâ admittâ, cui aliòquin tubens assensurus sit, stultitiæ vel certè socordix insignis, postulandos fore compositores juris, quod sub unum titulum contrarias constitutiones retulerint. At respondeo, non esse hoc insolitum compositoribus istis. Exemplum occurrit in l. 5. & l. 10. C. de natur. lib. Item aliud in l. 9. & l. fin. in pr. & f. C. de sentent. pass. & restit. Et fortè alia plura passim. Est autem hæc constitutio

tutio leg. fin. C. de ll. ( ut rectè observavit Duarenus hic ; qui utramque constitutionem Theodosianam , legis 3. & 2. à Iustiano per illam abrogatam dicit. quod tamen de l. 2. non admittimus , sed potius , quod ad illam , in sententiam Bachovii concedimus ) post primum Codicem demum facta , & Codici repetitæ prælectionis inserta.

*Vel edicto præcepit ]* Edictum ab edicendo dictum , quod in publicum quovis modo edicitur. *Edicta prætorum & edilium* quæ publicè jurisdictionis suæ causâ proponebant. *Edicta Principum* , quæ ut vim legum generalium habeant , à Principibus , sive motu spontaneo ( vel proprio , ut loquimur ) sive ad relationem , vel preces , vel occasione litis motæ , edicuntur aut quoquo modo publicantur , vel edicti nuncupatione ceusentur. d. l. 3. C. de ll. vid. *constit. Summa reip. turis. de Inst. Cod. confirm. in f. Legis edictalis* , pro ea , quæ vel edicti formâ solenni proposita , vel quæ edictum saltem nuncupata est , mentio est in l. *Hæc L. edictali. 6. C. de sec. nupt.* Edicta 13. Iustiniani sunt in Corp. juris Novellis subjecta. Vid. alia exempla in l. 8. de quest. l. 13. de jure fisci l. 15. ad L. Cornel. de fals.

*Legem esse constat ]* quæ diximus supra ad princ. h. o. verb. *Legis habet vigorem.* Hoc tantum addo , censuram & hoc mereri , quod paulo antè indigitatus scriptor , cujus opinionem de L.

Re-

Regia & fragmento ejus Romano paucis consideravimus, *th. 66. scripti sui memorat, observatum ab aliis, Imperatores post Ulpianum mentionem facere legis vigoris, & non dicere legem. Adeò enim, subjicit, civiles fuerunt Principes, ut, licet omnia possent, non tamen voluerint omnia facere, & quæ illic sequuntur. Inutilis observatio quæ Auctori isti placet. quasi non sint paria, legis vigorem habere, & legem esse, sive effectum, sive opinionem populi illis temporibus, quibus omni imperio suo destitutus, & simulacra admodum tenuia erant, spectes. Non est major civilitas, si is, qui cuncta jura suæ potestatis esse vult, jussa sua legis vigorem habere dicat, quàm, si eadem leges appellet. Denique verum non est, Imperatores Ulpiano posteriores placita sua non vocare leges. Contrarium plures Imperatorum, Theodosii, & Valent. Valentiniani & Martiani, Leonis, Anthemii, aliorumque, constitutiones in Codicem Justiniani relatæ, demonstrant. ut de ipso Justiniano, quem fortè auctor ille exceptum vult, nihil dicam. Fortè autem cum suis observatoribus intellectum istud vult de Imp. Ulpiano proximis. Quod si ita est, adhuc, nullam esse istam jactatam observationem, non dubito.*

*Hæc sunt quas, vulgò Constitutiones appellamus*] Constitutionum nomen peculiare factum placitis Principum. At strictiori etiam signifi-  
ficatu

ficatu *constitutio* distinguitur à *Decisione. const. Cordi nobis est. de emend. Cod. §. 1. Constitutio* tunc est, quâ jus novum, quod hæctenus non fuit, inducitur, aut pristinum obsoletum vel abrogatum restituitur; *decisio*, quâ ex jure dubio & controverso certum constituitur.

*Hæc sunt*, ait IC.tus. At sunt tamen & alia passim placitorum Principalium nomina, ut *Pragmatica sanctio, annotatio, rescriptum, mandatum, orationes, Principum. Quæ omnia Vultejns d. loco. decretis Principum annu-*merat.

*Pragmatica sanctio* vel *Pragmatica forma* (cujus multa in *Cod. Nov. & Edictis Iustiniani* mentio est. *v. tit. & l. ult. Cod. de divers. rescript. & pragmat. sanctionib l. ult. C. si cont. jus vel ut. publ. l. 10. C. de sacros. Eccl. l. ult. C. de pet. bon. subl. l. ult. C. de proximis sacror. scri-mor. lib. 12. Edict. Iustiniani 12.*) fit de consilii sententia solenniter, suggestione aliena precibusve. vel, cum princeps tractatu consiliove adhibito, diligentius diffusiusque respondit ad preces, relationem vel suggestionem judicum vel aliorum. Ita Cujac. *in paratist. C. de Divers. rescript. item ad d. l. ult. C. de pet. bon. subl. auctoritate d. l. ult. C. de proxim. sacr. scriin.*

*Pragmaticarum sanctionum usum restringit l. ult. in f. de divers. rescript. ad casum, quo à corpore aut schola, vel officio, vel curia,*

veq

vel civitate, vel provincia, vel quadam universitate hominum, preces ob causam publicam datæ sint. Puto autem ab exemplis passim clarere, non ad juris tantum, sed & facti causas, pragmaticas functiones pertinere.

*Annotatio* (Vultejus, malè ni fallor, *pragmaticas annotationes* vocat) eodem Cujacio auctore *d. loco*, est, quæ fit ad libellum breviter, annotato nomine principis. *d. l. ult. C. de pet. bon. subl.*

*Rescripti* vox generalis significati est. Nam & pragmaticam functionem, & epistolam, & subscriptionem, & annotationem, adeoque & illud, quod in certo negotio responsum est, comprehendit.

*Mandatum*, jussum vel præceptum est. quod utique non tam ad quæstiones juris (quanquam earum causâ quoque jubeatur) quàm ad facta, quæ fieri debent, pertinet.

*Orationes Principum* passim jure nostro memorantur, ut §. 7. *Inst. quib. mod. test. infirm.* l. 8. *de transact.* l. 3. *inf. de fugitiv.* l. 16. *pr. de ritu nupt.* l. pen: *ad SC. Tertyll. & Orphis.* l. 32. §. 1. 2. *de donat. int. v. & ux.* l. 20. §. 6. l. 22. *de hered. petit.* l. 1. & 2. *de fer.* l. 16. *de sponsal.* l. 1. §. 3. *ne de statu def.* l. 4. *si ingenuus esse dic.* l. 1. *de reb. eor. qui.* & alibi. *Orationes hæc à Principibus, Senatus auctoritatem in speciem, cum omnia ipsi possent, neque refragari, nisi illi permitterent, fas esset,*

con-

conservantibus, in Senatu habebantur (vel ad Senatum mittebantur, per quæstorem, aut si cui alii id principes injunxissent, recitandæ. Sueton. in Nerone c. 15. in fin. Orationes ad Senatum missas, præterita quæstoris officio per Consulem plerumque recitabat. Item in Tito c. 6. receptaque ad se propè omnium officiorum curâ, cum patris nomine & epistolas ipse dictaret, & edicta conscriberet, orationesque in Senatu recitaret, etiam quæstoris vice. Sic Tac. lib. 16. ann. 6. 27. Oratio principis per quæstorem ejus audita est. Et hæc tamen Neronis oratio nihil ad jus constituendum pertinebat. v. & d. l. 3. sub princ. C. de LL.) de rebus, quæ ipsis justæ & æquæ, atque à Senatu probandæ viderentur.

Orationes: Senatusconsulta sequebantur. Jus ita constitutum, inde nunc orationi Principum (qui sanè ipsi sibi suisque orationibus id vendicant, in modò d. l. 3. C. de LL. d. l. pen. ad SC. Tert. & Orph.) nunc Senatui tribuitur d. l. 8. de transact. junctâ l. 23. §. 2. de condict. ind. item l. 1. junctis l. 12. de reb. eor. qui sub sus. l. 1. l. 7. C. d. gradus min. item l. 59. l. 60. §. 5. junctis l. 64. §. 1. l. 67. §. 1. ff. de ritu nupt. l. 1. C. de interd. matr. inter pupillans & tut. l. 4. C. de excusat. tut.

Neque tamen hinc fit, ut uspiam Principum rationes Senatusconsulta dicta sint jure nostro, ut voluit Viglius ad §. fin. Inst. quib. mo-



dis test. infirm. & secundum hunc Vinnius ad  
 d. §. 7. Inst. eod. uterque perperam id probans  
 ex d. l. 20. & l. 22. de hered. petit. quarum hæc  
 verba orationis, illa verba secuti S. C. tractat. Sa-  
 ne Iul. Capitolinus, cum Pertinacem legem tulisse  
 dixisset, ut testamenta priora non prius essent  
 irrita, quam alia perfecta essent, neve ob hoc  
 fiscus aliquando succederet &c. ait, addidisse  
 Senatus consulto hæc verba: *Sanctius est, Patr.  
 Conscripti, inopem rempublicam obtinere,  
 quam ad divitiarum cumulum per discrimina  
 atque dedecorum vestigia pervenire. Et legem  
 & Senatus consultum hinc vocat orationem  
 Pertinacis; legem ob effectum; et senatus con-  
 sultum plane improprie & novo more loquen-  
 di, eo quod Senatus oratione principis consu-  
 leretur; cum non inde, sed a consilio, vel con-  
 sultatione Senatus, dictum sit *Senatus consul-  
 tum*; quomodo & *Consulta patrum*, pro decretis  
 & statutis eorum, *Consulta divalia* l. 23. princ.  
 C. de testam. pro Principum iussis aut placitis.*

*Oraculum caeleste* (ut vocatur d. l. 10. C. de  
 SS. eccles. l. 2. C. de navib. non excus.) vel  
*Divinum*, (ut in d. ult. C. de pet. bon. subst.  
 l. pen. C. de emancipat.) generali significato  
 pro quolibet Principis placito, dicitur vel ipsis  
 illis textibus testibus; non pro simplici iussio-  
 ne Principis, subnotata a quaestore *Isis* vel  
 magistro scriniorum, ut visum C. Jacio in d.  
 l. ult. Notabile circa hanc materiam de vir-  
 tute

tute placitorum Principalium, est, quod Iulius Capitolinus in Opilio Macrino refert. Fuit, inquit, *in jure non incallidus, adeo ut statuisset, omnia rescripta veterum Principum tollere, ut jure, non rescriptis, ageretur; nefas esse dicens, leges videri, Commodi, & Caracalli, & hominum imperitorum voluntates; cum Trajanus nunquam libellis responderit, ne ad alias causas facta praeferrentur, quae ad gratiam composita viderentur.*

Denique non semper id agunt Principes, ut quoad magistratum vel partium consultationes rescribunt, vel quod annotant ad libellos exhibitos, vel, cum pragmaticas sanctiones, jussionesve impertiunt ac edunt, legis vice esse debeat, sed plerumque juri, quod sit, ostendendo comparata haec sunt. Unde est, quod ab Anastasio in l. 6. C. si contr. jus vel utilit. publ. & à Grat. Valent. & Theod. in l. 1. C. de petit. bon. subi. & à Iustiniano in Nov. 82. c. 13. derogatum est omni Principum jussioni, rescripto, annotationi, sacrae formae, pragmaticae sanctioni, legibus & juri publico contrariis.

Unum hoc adjicio, hodie, cum alia sit forma reipublicae, quam vel Ulpiani, vel Iustiniani, & quorundam sequentium Imperatorum tempore, sitque *νομοθεσία*, non penes Imperatorem amplius, sed penes hunc & Ordines Imperii (ut sine quorum concursu &

assensu Imperator nihil hac in re potest, licet, de quo inter ipsum & ordines conventum, id ab ipso publicetur, sanciat, & executioni detur) ista, quæ de placitis Principum jure nostro traduntur, quæque nunc exposuimus, non amplius ita se habere.

§. 2. Planè ex his quædam sunt personales, nec ad exemplum trahuntur. Nam quæ Princeps alicui ob merita, indulget, vel, si quam pœnam irrogavit, vel, si cui sine exemplo subvenit, personam non egreditur.

Planè ex his quædam sunt personales] Alia constitutionum distinctio. Personalia dicuntur, quæ ad personam pertinent; Constitutiones personales, quæ non in rem vel causam, sed personam, latæ sunt. quæ ad eam personam non egrediuntur, nec, ut hinc Ulp ait, ad exemplum trahuntur. exempla talium placitorum ipse Ictus subjicit. At *personalia* tamen haud uno modo dicuntur. Vel enim sunt, quæ ad certam personam, certum individuum hominis, Petrum, Paulum, Titum, Gajum, pertinent; vel, quæ ad certæ conditionis, certæ ordinis personas referuntur. Utrouque

oppositio est ad rem vel causam. Hic primo sensu personales constitutiones dicuntur. Ceterum quæ in singulos statuuntur, *privilegia* olim dicta, quasi *leges singulares*. Veteres enim *priva* dixerunt, quæ nos *singula* dicimus, ait Gell. lib. 10. c. 20. Et *privilegia* sunt, sive prerogativam & beneficium contineant, sive in odium comparata sint. Notandum & hoc, in Legibus Decemviralibus etiam hanc fuisse. *Privilegia ne irroganto*. quam præclarissimam vocat Cic. de LL. 3. sub fin, ibidemque illam *privilegia* tollere ait; quanquam quæ paulò post subjicit, ei non convenire videantur [ *tum Legis hæc vis sit, scilicet esse & jussum in omnes, ferri de flagulis, nisi conturiatis comitibus, no- luerunt* ] quo ipso loco utitur Oldendorp. in *comm. ad L. 12. tab. ad evincendum*, privilegia non planè vetita illis LL. sed ad comitiatum maximum relata esse. At valdè vereor, locum istum planè corruptum esse. Nam & verba legis, *nisi maximo comitiatu*, manifestò ad judicia populi in caput civis pertinent, [ *de capite civis R. nisi per m. com. ne ferunt* ] non ad privilegia, de quibus simpliciter [ *Privilegia ne irroganto* ] quæque tolli per L. 12. tab. dixit. Sic idem Cicero pro P. Sextio, c. 65. *Ceterum* ait, *& sacratis legibus, & 12 tabb. fundum esset, ut neque privilegium irrogari liceret, neque de capite, nisi comitiis centuriatis, rogari.*

Item pro domo sua ad Pontif. c. 43. Vetant, ait, leges sacratae, vetant 12. tabb. leges privatis hominibus irrogari. Id est enim privilegium. nemo unquam tulit: nihil est crudelius, nihil perniciosius: nihil quod civitas haec minus ferre possit. Eandemque sententiam tuetur Cujac. 15. obs. 8. item Rittersh. ad LL. 12. tab. cl. 2. c. 2. Noluit itaque lex privilegia irrogari, sed, si in capita singulorum per modum judicii, causa cognita statuendum esset, id ad maximum comitatum populi rejecit. Non fuit igitur sententia populi de capite civis R. privilegium. At fuisset, si non causa cognita, non per formam judicii, sed quomodo leges rogari solent (quomodo Clodius trib. pl. adversus Ciceronem rogavit) in singulos rogatum & scitum esset. quod vetitum. An. a. verbum, *irrogandi*, odium tantum in 12. tab. continet, an & beneficium? Prius vult Rittershuf. d. loco. Latius accipiunt Oldend. & alii. Et purem omnino latius significare, esseque hanc sententiam legis, æqualitatem conservari debere in republ. & leges non nisi universim, nequaquam in singulos, sive in favorem, sive in odium, conceptas esse oportere. Quod tamen ad personas, simpliciter & præcisè consideratas, pertinuisse intelligendum fuerit, non etiam, si qua persona singularem favorem meruisset. Porro verbum *irrogare*, ab *in* & *rogare* factum, *rogationem* significat

in certum aliquem. Tò in æqui significatùs in  
 utramque partem est.

Sub Principibus, rogationibus cessantibus,  
 privilegiorum alia constat ratio.

Quod ad *personalia* alterius sensus, non vi-  
 dentur illa tempore conditarum LL. Decemvi-  
 raliùm privilegiorum appellatione comprehensa  
 fuisse, prout nec cætera illa, singularia iura  
 rerum & causarum, quæ nunc item privilegia  
 dicuntur, ut *privilegium fisci* & *privilegium exi-  
 gendi ob causam datum*, *privilegium quo ex-  
 tra ordinem alicui subvenitur* (l. 4. in f. ex quib.  
*caus. maj.*) *privilegium actionis funerariae*,  
*privilegia creditis certis data*, & quæ sunt alia  
 ejusmodi, de quibus in l. 68. in f. l. 196. ff. de  
 R. jur. l. 3. §. 3. de censu. Sane legis l. 2. tab.  
 illud, de quo egimus, caput, nihil ad hæc  
 pertinet.

Dixi, ad merita certarum personarum quo-  
 que non pertinuisse istud caput. Ita nec ad cau-  
 sam præsentis temporis, ut si qua occasio aut  
 necessitas Reip. rogationem singularem ex-  
 posceret, quò referendum illud Quintiliani  
*declam. 154.* Negant, inquit, rogationem  
 esse recipiendam, quæ ad singulos homines  
 pertineat. Ego porro hoc in eo jure, quod  
 perpetuum, & in omnia tempora scribitur,  
 existimo esse servandum. Quotiens ad præsens  
 tantummodo tempus rogatio fertur, ne ferri  
 quidem, nisi de singulis potest. quod si hanc tol-

Annus consuetudinem, nec vires ad exercitum  
ducemus, nec provincias decernamus, nec  
imperia prerogabimus. Omnia enim ista ro-  
gationibus ad singulos pervenientibus consu-  
muntur.

Vel si quam penam irrogavit ] Intelligendum  
de pena insolita, & quam lex illi delicto non  
præstituerat. Si qua secundum legem pena  
dicta sit, nihil est personale.

Personam non egreditur. ] non tantum per-  
sonalia istiusmodi, sive favorem, sive odium  
contineant; cum personis cadunt, ut ad hære-  
des & successores non porrigantur, d. l. 68.  
de reg. jur. l. 19 r. & d. l. 196. ff. eod. d. l. 3.  
§. 1. de cessib. sed & ut in exemplum non pro-  
ducantur. Fit minime ex accidenti quan-  
doque, ut producendum sit, cum, si id non  
fieret, ad injuriam alterius pertinere videretur.  
Exemplum illustre est in l. ult. C. de fruct.  
& lit. expens. ubi privilegium ratione spou-  
larum actori etiam beneficio Principis compe-  
tens, commune est Reo, ne huic non liceat,  
quod actori permissum est, contra l. 41. pr.  
de reg. jur.

*Ulp. lib. 4. fideicommissorum.*

In rebus novis constituendis evidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum visum est.

*In rebus novis constituendis*] Nova jura in republ. conduntur, vel priorum, quæ olim obtinuerunt, loco, sive per abrogationem priorum; vel de speciebus noviter incidentibus, de quibus hætenus nihil juris fuit constitutum. De illo, non de hoc agit hoc caput, ut patet. Estque salubris admodum regula, ei, penes quem *recepta* est, ut hinc, Principi, ejus placita legis vigorem habere dictum est, data, ne quid priorum jurium tettere. h. est, citra evidentem utilitatem, immutet: politicum, inquam, præceptum plane, non magis ad remp. Romanam pertinens, quam ad omnem aliam. Quam malè frequenter in rep. legitur mutatio, de eo jam & alibi non nihil adpersum est. Pauca afferemus hoc loco in eandem rem. *Pacem habenti republice, immota vertæque leges apprime concordant*: quibus verò hinc inde evagandam est, novis evidens inventionibus opus habent, ait Thucyd. lib. 2. Idem egregie lib. 3. *At verò, inquit, de*



gè perniciosissimum est, si nulla consiliorum decretorumque sit constantia. Melior enim ejus civitatis fortuna est, quæ deterioribus, modò firmis immotisque, regitur legibus, quàm quæ bonis iuconstanter utitur. Imperitia siquidem modestiam habens, utilior est industriâ cum levitate conjunctâ: ac plerumque qui humilioris sunt ingenii, melius, quàm solertiores, rempublicam administrant. hi enim sapientiores legibus videri, & plura, quàm quæ vulgò de rep. consultari solent, incredibili cum incommodo Civitatum, nosse volent, tanquam non in majoribus vires ingenii ostentare queant: illi verò diffise suis ingenius, dum legibus se subjiciunt, dum rectè suadentibus obtrectare verentur, dum ex æquo judicare, quàm verbis contendere malunt, prospere plerumque res gerunt. Locus prudentissimi auctoris notabilis est in novitatis avidos; qui vel, cum ipsi possunt, contemnunt quæ alii invenerunt, novaque substituere, ut omnia ex se profecta, & à se pendere intelligantur, sagunt; vel cum ipsi clavum non teneant, omnia tamen ingenio ac sapientiæ suæ subjicere studentes, moderatoribus novandi consilia suggerunt. Aristoteles lib. 2. politicor. c. 8. postquam argumenta pro legibus quandoque mutandis attulisset, illustri tractationem istam clausulâ finit. Verba ex versione Leonhardi Aretini habent: *Ex his, inquit, ergo vide-*

ita, & quasdam leges, & quandoque esse mutandas. Alio autem modo considerantibus cavendum videtur esse maxime. Cum enim utilitatis quidem accessio parva sit, assuescere vero faciliter leges mutare improbandum, constat, errata quaedam esse toleranda & legumlatorum & magistratum. Non enim tantum proderit qui corrigere pergat, quantum nocebit assuetudo superioribus non parendi. Et rursus: Lex nullam vim habet ut ipsi pareatur, nisi ex more; mos autem non fit nisi temporis longitudine. quare faciliter mutare leges ex presentibus in alias novas, infirmam facere est vim legis.

In frequenti legum mutatione assuetudinem autem esse non parendi, merito. Nam & imprudentiae aut ineptiae auctores legum, quae abrogantur, arguit; quod auctoritatem illorum convellit; & cum spem refractariis tribuat, non fore diuturnum quod positum est, ostendatque, superiores ad vim illius tuendam non magnopere laboraturos, hoc ipso ad non parendum, atque ad contemnendum animos addit. Quis utique magni aestimet praeceptum, quod superiores ipsos, dum ad tollendum proni & faciles reperiuntur, non magni facere appareat?

Vim quoque legis omnem ex more seu usu, non est, observantia, petit, non, quod auctoritas superiorum vim praeceptis non indat, sed,

quod effectus virtutisque legum in observanti consistat, neque operari leges intelligi possint nisi dum observantur.

Bodinus lib. 4. de repub. c. 3. eandem Philosophi sententiam ita exprimit: *Lex optima sit perniciosa, si sua novitate ceterarum legum differat contentum: ipsa vero necessitatis species dum clara cuique est, ut lex antiqua sine magistratibus se ipsam doceri facili possit. legum vero novitas vix ulla praevidendum spe, aut metu penarum, aut magistratuum officio consistere potest. quo fit, ut ea, quae promittuntur, novae legis utilitas, non tanta sit, quanta sunt incommoda, quae ex unius aut omnium legum contemtu profectura sunt.*

Veterum quarundam rerum publicarum fundatores singularibus cautionibus in hanc rem consulere. Solon, referente Plutarcho in vita ejus, promulgatis legibus Athenienses iurejurando adiecit, ut eas centum annis stabiles esse paterentur. Lycurgos, eod. auctore, Spartiatis suos in leges quas tulerat, ut quae tandem illis viverent, donec Apollinis oraculo rediret, iurejurando obstrinxit, posteaque cum discessisset, redire noluit, ut perpetua iurisjurandi religione cives obligatos haberet. In Locrensi republica ex Zaleti instituto severus actum, quippe in qua legem ad populum latorus laqueum collo insertum gestare debebat, quo gula et sanguis, nisi legem

repu-

reipublice vallem persuasisset. Quo factum, ut Civitas illa antiquissimis institutis ac legibus utens quam diutissime floureret, cum qui leges novas rogaret, nullus reperiretur. Inventus tandem luscus aliquis, qui, cum ipsi adversarius minatus aliquoties fuisset, oculum se ei erepturum, etiamsi penam legis laturus, et oculo altero cariturus esset, tulit ad populum hanc rogationem, ut, qui scions prudens oculum lusco eripuisset, utroque oculo orbaretur. populus aequitate, vel potius necessitate rogationis, persuasus legem iussit. Refert hoc institutum Locrensi Demosthenes *orat. contra Timocratem*, item Stob. *form. 37. in f.* denique Bodin. *de rep. lib. 4. d. c. 3.*

Denique tandem de legib. non temere mutandis doctrinam complexus est Imper. Augustus oratione sua pro deponendo imperio in Senatu ex scripto recitata: *Leges, inquit, firmiter retinete, neque quaequam in his mutare. nam quae aeterna semper manent, et si sunt nonnihil vitiosa, utiliora tamen sunt his, quae subinde, etiam si in melius, mutantur.* Dio lib. 53. sub pr.

Certum itaque hoc sit, reip. nihil magis obesse ad auctoritatem legum (sine qua consistere nequit) quam earundem inconstanti-  
am; *nam tollendo legem, ut Cato ait in gravi sua oratione pro L. Oppia, apud Liv. lib. 34. c. 3, admodum infirmari;* meliorem esse statum reipublicae, quae legibus veteribus, sed

sed firmis, quàm ejus, quæ frequenter illas  
commutat, ut & dixit Cleon, referente Con-  
zio politic. lib. 5. c. 13. §. 3.

Imprimis autem id tenendum in legibus,  
quæ ad statum reipublicæ pertinent. Nam,  
ut rectè & eleganter Bodin. d. loco, qui lego,  
inquit, quæ ad statum reip. pertinent, muta-  
re salva republ. conatur, perinde facit, ut ii,  
qui edium altissimarum substructiones & fun-  
damenta renovare se posse putant salvis edibus;  
quæ nisi ruant, plus tamen ipsa concussio domus  
incommodi, quam nova materia utilitatis est  
allatura; eoque magis, cum Civitas, quasi  
vetusta & caduca domus, diutissime stetit in  
eodem statu. Est enim ab antiquis acccepta, &  
posteritati deo probata Civitatum conservanda-  
rum disciplina, scilicet, in ea republica, quæ  
diutissime floruit eodem statu, quantacunque  
utilitatis species appareat in sperata conversione,  
nihil esse mutandum. Hæc. Bodin.

Evidens esse utilitas debet. Omnino ita sine  
evidenti utilitate nihil mutandum. At neque  
ubi illa evidens esse videtur, non nisi summa  
cautione opus esse ostendunt, quæ dicta sunt.  
Sunt sanè quædam ejusmodi in republica,  
ut mutationem facilius admittant, quo perti-  
net illud L. Valerii tribuni pl. in oratione de  
abroganda lege Oppia, cujus antè mentio facta,  
ap. Liv. d. lib. 34. c. 6. Ego, inquit, quæ-  
dammodum ex his legibus, quæ non in temp-

pus aliquod, sed perpetuæ utilitatis causa in  
 æternum latae sunt, nullam abrogari debere  
 fateor, nisi quam aut usus coarguit, aut status  
 aliquis reip. inutilem fecit; sic, quas tempora  
 aliqua desiderarunt leges, mortales, ut ita  
 dicam, & temporibus ipsis mutabiles esse video.  
 Quæ in pace latae sunt, plerumque bellum  
 abrogat, quæ in bello, pax; ut in navis-admini-  
 stratione alia in secunda, alia in adversa  
 tempestate usui sunt. Et in hujusmodi tamen  
 etiam haud temere & citra evidentem, eamque  
 tantam, ut incommoda quæ cum omni mu-  
 tatione quasi naturaliter conjuncta sunt; supe-  
 ret, utilitatem, ad novationem procedendum,  
 qualem quantamque tunc temporis utique ex  
 abrogatione legis Oppiæ tribunus pl. nequa-  
 quam demonstravit. quin potius multo sanior,  
 reipublicæque utilior fuit Consulis, M. Porcii  
 Catonis; suasio relinquendæ legis; quamvis  
 Tribunus, sublata per contentiones importu-  
 nas fæminarum intercessione quorundam  
 ipsius collegarum, vicerit.

Unum est, quod sine exceptione mutatio-  
 nem flagitat, quod contra legem naturæ,  
 rectæque rationis dictamen (qualia multa  
 sunt in populorum institutis, etiam Cicerone  
 lib. 1. de leg. teste, cum æquitatis & justitiæ  
 rationibus manifestè pugnantia, neque aded  
 legum aut juris nomen merita) inductum sit.  
Hoc etenim sine vitio & peccato in Deum &  
Rem

Republicam retineri non potest. Licet neque hic prudentia absesse debeat, si motus ex subita & in oculos omnium incurrente mutatione timendus sit, quod fieri potest. quo casu lento gradu progrediendum, priusque jus non jus vetustum negligendum, ac, ut maximè fieri potest, in deuetudinem deducendum, quàm mora lege contrarium sancendum.

## L. 3.

*Paulenus lib. 13. epistolarum.*

Beneficium Imperatoris, quod à divina scilicet ejus indulgentia profiscitur, quàm plenissimè interpretari debemus.

*Beneficium Imperatoris* ] Beneficium finitur Senecæ lib. 1. de Benefic. c. 6. beneuola actio tribuens gaudium, capiensque tribuendo. in id, quod facit, prona, & sponte sua parata. qui locus refertur ab Obero de Otto lib. 2. feud. t. 23. Verba priora ferè arripiunt interpretes, beneficiumque dicunt esse beneuolam actionem tribuentem gaudium capientibus. v. Joh. de Selva tr. de Benefic. p. 1. qu. 1. n. 1. ubi textum illam juris feudalis dicit valde notabilem & à toto mundo celebratum. Describere Stipendam beneficii, aut potius beneficentiam.

ficentia, naturam existimo, quam accusa-  
tam beneficii definitionem ponere. Beneficium  
jure nostro favorem impertitum generaliter  
significat, sive ex lege aut jure constituto re-  
cepto, sive à Principe aut magistratu, sive  
à quolibet alio proficiat. l. 68. l. 69. l. 79. l.  
aff. de Reg. jur. Beneficia juris sunt restitutio  
in integrum, beneficium SC. Velleiani, epi-  
scopale Di. Hadriani, cedendarum actionum,  
recessus seu ordinis, competentia, casso-  
nis bonorum, beneficium hypothecae certis  
creditis datum, beneficium seu privilegium  
exigendi, & quae plura sunt hujusmodi.

Beneficia quae juris non sunt, à voluntate  
stantium citra obligationem juris procedunt.  
In horum censu sunt etiam, quae beneficia  
ecclesiastica dicuntur, de quibus jus canoni-  
cum c. 1. X. de reg. jur. in 6. [Beneficium  
ecclesiasticum non potest licite sine institutione  
causae obtineri.] tit. de parochiis. Et di-  
gnitas, & passim alibi v. Ioh. de selv. d. 12. Peck:  
in d. c. 1. & alios ab his citatos. Feuda  
omnia veniunt & nomine beneficiorum,  
quanquam & in his, quibus juris ratione de-  
beri caepa sunt, beneficiorum naturam ex-  
ille videantur.

Beneficium Imperatoris generalius acco-  
ptum, est favor jure communi non compe-  
tens, à Principe singulariter datus, quo sensu  
& privilegium continet. Strictius favorem  
à Prin-



à Principe datum ex re vel circa rem ipsius principis, h. est, meram liberalitatem & largitionem ejusdem, significat.

Quod à divina scilicet ejus indulgentia profiscitur ] Pauci ad hæc verba, præter prædicta illa magnifica de Principibus, divinæ indulgentiæ, celestis vel divini oraculi, numinis, eternitatis, & quæ ejusmodi sunt alia, quid consideraverunt, quæ quidem ego hic non moror (videatur de horum usu Bachov. hic, in eom. ad 1. p. Pand pag. 154. & quæ notavi in differat. 1. de j. & j. c. 4. exemplo 8.) at hoc mereri considerationem videtur, quòd Iavoleno non sufficit, dicere, Beneficium Imperatoris, sed quòd addere voluit eum particula, scilicet (quæ vel declarativa, vel determinativa est) verba ista, quasi in eis declaratio aliqua necessaria, vel determinatio contineretur. Sanè in Basilicis lib. 2. tit. 6. n. 4. ita simpliciter id redditum: τὰς βασιλικὰς φιλοτιμίας πλατύτερον ἑρμηνεύειν. Beneficia Principum latius interpretari debemus. At puto tamen, non sine causa verba ista injecta esse. Dn. Wissenb. vir eximius, amicus meus, in exercitiis. ad Pand. disp. 4. th. 20. Iavolenum illis verbis causam reddidisse aut latioris beneficiorum Principalium interpretationis. An hoc potius illis indigitare voluit ICTus, de illis Imperatorum beneficiis se loqui, quæ ab In-

indulgentia illorum profecta, haec est, spontaneo  
 vel proprio, ut loquatur, motu, non ad  
 petitionem vel preces inhiantium collata sint.  
 Et in his demum latiori isti vel plenissimæ in-  
 terpretationi locum esse rationis est. Nam,  
 cum neminem magis deceat, quam Principem,  
 bonitas, benevolentia, gratia, (quod  
 & illud pertinet, quod Imper. in l. fin. C.  
 de don. int. v. *Grux. ait; nihil tam peculiare im-*  
*perialis majestatis, quam humanitas, per quam*  
*solam Dei servatur imitatio* item illud l. un.  
 §. 14. C. de cad. toll. *Quod communiter omnibus*  
*prodest, hoc private nostra utilitati preferen-*  
*dum censemus, nostrum esse proprium sub-*  
*jectorum commodum, imperialiter existiman-*  
*tes.*) causa est, beneficium Principis largius  
 interpretandi: at tum demum verè benefi-  
 cium esse, & ex bonitate illius procedere intelli-  
 gitur, cum sponte venit (etiam hoc ex de-  
 scriptione Senecæ) non, cum in alienæ vo-  
 luntatis obsequium. Confer, quæ scripsit  
 Tapia p. 2. legis hujus, c. 2. n. 127.

Quam plenissimè interpretari debemus] Ex-  
 empla, quibus regulam hujus capituli ex jure  
 nostro illustrare satagunt interpretes, varia  
 sunt; nescio, an ulla rectè habeant.

(1) Accursius exemplum ponit ex l. 2. C. de  
 bon. vacantib. lib. 10. ut, si princeps concesserit  
 domum, adjacentia etiam concessisse videatur.  
 cui applicat in argumentum, legem 3. §. ult.

cuzo

non l. *Teq. de penu leg.* ubi illa legato penus contineri dicuntur, sine quibus illa haberi non potest.

2) ex l. 1. §. 2. *ad municipal.* ubi ait ICtus, Ponticis ex beneficio Pompeji Magni competere, ut, qui Pontica matre natus, esset, Ponticis esset; idque beneficium non secundum quorundam opinionem ad vulgè quæsitos, sed ex Celsi sententiâ rectiori, ad eos, qui ex diversarum civitatum parentibus oriantur, pertinere.

(3) ex l. *ex facto.* 43. *princ. ff. de vulg. & pup. subst.* ubi concessio Principis, ut pater filio suo pueri tuto substituere possit, explicatur in casu, quo filius ille post mortem patris uxore ductâ filium susceperit.

(4) ex l. *fin. C. que res pign. obl. pass.* ubi constitutione nova Iustiniani formulæ generales obligandi res suas, producuntur ad res debitoris futuras.

Muretus, & qui illum sequitur, Bachovius, prius duo exempla rejiciant, neglectis reliquis.

Nullum omnium aptum. Primum quod attinet, Imperator in d. l. 2. interpretatur verba donationis suæ, ut, *si domum integro statu donaveris.* Neque huc, ad interpretationem beneficiorum principalium quisquam facit. l. 3. *vans. l. Teq. de penu leg.*

De secundo interpretatur ICtus benefici-

um

ut à Pompejo Ponticis datum, quòd ad legimos pertineat, non ad vulgò quæfitos, ut qui aliam originem quàm maternam non habeant: nulla igitur hic plenior interpretatio ex conditione dantis.

In tertio determinatio & restrictio beneficii Principalis est, non largior interpretatio.

Quartum nullius beneficii est, nullius beneficii interpretationis.

Bartolus exemplum petit ex l. 1. §. 4. de offic. pref. urbi. At interpretatur illic Ictus, commissionem præfecto urbi factam, quò usque pertineat, ad ea nempe, quæ intra urbem facta sint, & quæ intra centesimum lapidem. Latioꝝ interpretatio nulla hic est ex conditione concedentis aut committentis. Ex eo, quòd epistola Principis ita dicit [Cum urbem nostram fidei tue commiserimus] concludit Ulpianus, quicquid intra urbem admittitur, ad præfectum urbi videri pertinere. Subjicit, sed & quod intra 100. miliarum admissum sit, ad præfectum urbi pertinere, non quod ultra. Non hoc deducitur ex commissione urbis, factave illa beneficio principali.

Muretus & hoc exemplum meritò rejicit; Bachotius præterit.

Ipse Muretus, & secundum hunc Bachotius, exempla ponunt (cui vera & apta, ut ille ait, cuj quæ ratione videantur, ut hic) ex l. 57. in f. de re judic. & l. 38. in quib. caus.

*caus. major. Et l. princeps. 21. de Verb. sign.*

In l. 57. *de re. jud.* ait Ictus, principem qui magistratum minori dederit, omnia eum gere decrevisse (puta, quæ ad magistratus illius munia explicanda pertinent) ideoque minoris illius sententiam valere.

At non est hæc largior interpretatio beneficii Principis ex ista conditione dantis, sed collectio ex natura muneris, quam totam Princeps, qui munus tribuit, contulisse intelligatur.

In d. l. 38. item nulla beneficii principalis interpretatio est ex conditione dantis, sed ex rei natura, & æquitate, quæ circa illam naturaliter est, definitio.

Sed & in d. l. 21. Princeps bona concedendo, etiam obligationes concedere dicitur, non eo, quod Princeps concessit, sed, quod bonorum appellatione etiam obligationes & actiones continentur. l. 49. *de r. s.* l. 41. *de jure fisci* l. 9. *de Scto Silan.* Quam rationem & Accursius illic rectè annotavit, licet paulo post ibidem ad hanc regulam nostram delibatur.

Dn. Wissemb. in exercit. ad Pand. *disp.* 4. n. 19. post Cujac. ad c. 12. lib. 1. feud. exemplum petit ex. 14. §. 1. *de aliment. & cibariis legat.* Sed, quæ illic interpretatio pubertatis est, non ex conditione Principis concedentis, sed

festi pietatis intuitu in alimentis, usque solis locum habere dicitur ipsi Icto.

Carolus Tapia Iureconsultus Neapolitanus (qui adolescens 18. annorum, iusto & eleganti commentario, biennio post recognito, renovavit hanc legem, unaque rubricata de constitutionibus principum) prima parte Legis, cap. 2. m. 2. exemplum ponit, omnium, ni fallor, aptissimum; ex l. un. C. *de liberalitat. Imperial. socius sine her. decess. lib. 10.* qua statuitur, ut, si eorum, quibus à Principe quid communiter donatum sit, quisquam sine herede decesserit, huius pars ad socium superstitem perveniat, quanquam dici possit, non per interpretationem, sed vi constitutionis gratior hoc ita esse. Textum autem huc pertinere, post complures alios, quos citat, scribit. Videri de sententia & præxi huius capituli tractatus à Tapia poterit, ut qui latissime beneficia Principum interpretanda, quod ad verba, quod ad res, quod ad personas, tempus, locum, solennitates, validitatem, ac omnia beneficii, ut ait, favorem spectantia, fuse exsequitur; licet haud omnia æquè quædam dicenti inter quæ & illud pono, quod donationes Principis in conjugem, & huius Augustæ, in Principem maritum, reseruantur à donationum inter conjuges privatos, iure resp. C. *de donat. vir. & un. quod donata cum Principe vel Augusta revertit in filios aut filias*

filias familiæ, usufructus non pertineat ad parentes, l. 7. C. de bon. qua lib. quod donationes imperiales infirmatione non indigent, l. 34. princ. C. de donationib. In quibus utique nihil est largitionis interpretationis, sed privilegium de prerogativa Principis atque Augusti.

Pontifex in c. olim. 16. de V. S. allegat regulam hanc [ cum beneficia principum, ait, sint interpretanda largissime ] & ad se suaque beneficia applicat. At in c. quia circa. 22. x. de privileg. item c. cum dilecti. 6. x. de donationib. regulam eandem non beneficiis principum, sed generaliter omnibus omnium beneficiis accommodat, conferens (in d. c. 6.) contractus & ultimas voluntates, in contractibus nempe plenam, in testamentis plenioram, in beneficiis plenissimam interpretationem esse adhibendam, cujus commentum (neque enim verum est, omne beneficium largissime interpretandum) auctor est Accurs. in d. l. principis. a i. de V. S. si modo non appellatione beneficiorum beneficia Principis intellexit; quod videtur; prout & Cyn. hii, x. 6. eandem doctrinam ponens, istud de beneficiis non nisi in beneficio Principis exemplificat.

In h. nostra lege pro beneficiis, Accursus dixit rescriptis, quæ utique tantum sunt principum, & tamen in rescriptis largam interpretationem adhibendam esse negat. qd. in d. x. olim. in verba

argissimè, & meritò; nam nec rescripta omnia continent favorem, tantum abest, ut sint idem, *beneficium & rescriptum*. Perversè Dd. veteres rescriptum sub generali appellatione *beneficii* collocant, ut videre est imprimis apud Cyn. *hic*, n. 5. Cujacius *ad d. c. 12. lib. 1. feudor.* regulam nostram de liberalitatibus & largitionibus principum exponit, de privilegiis accipiendam etiam negat, eaque restrictè interpretanda docet. Contrarium, auctoritate Molinæi, & cæterorum qui in rebus agendis, ut ait, versati sint, defendit Mornacius hîc, tandemque subjicit, *imò legem ultimam C. de præpositis agent. in reb. lib. 12. totam esse contra eos, qui astuta interpretatione privilegiis officiant*. Non possum non accedere ad Cujacii sententiam, quæ etiam Cyni est in lectura super Digesto veteri, *in h. lege*, n. 5. & Bartoli *in l. liberorum. 220. n. 7. de V. S. & in h. l. n. 3*. Nam cum Privilegia sint favores contra jus commune, adeoque jura singularia (quod ipse Mornacius docet *in l. 16. de Legib.*) apparet, non de suo largiri Principem privilegia concedentem, adeoque beneficii principalis propriè & strictè sic dicti nomine, privilegium non contineri. Detrahit quadantenus reipublicæ, qui jus commune restringit, aut ab observantia illitis absolvit. Jura singularia non producenda ad consequentias, traditum l. 14. *de legib. constitutione*.

B b

perfe.



personales, privilegia personis data, non ad exemplum trahenda, personas non egredi, docent l. 1. in f. h. t. l. 196. de Reg. jur. Causa non alia, quam quod jus commune afficiant, eoque latiore interpretationem non admittant. Taceo, quod privilegia legibus 12 tabb. prohibita fuerint. qua de re ante, ad. l. 1. h. t. Imò & privilegium strictius interpretandum esse, ostendit exemplum in d. l. 43. princ. ff. de vulg. & pup. subst. Nèc juvat Mornacium d. lex ult. C. de pæposit, agent. in reb. Verba, quibus nititur, hæc sunt: [*Cum parabsurdum perque temerarium sit, hanc nostræ liberalitatem pietatis quemquam astuta interpretatione non ad augmentum anteriorum privilegiorum, sed deminutionem convertere, concedi.*] ex quibus utique & Tapia d. 6. 7. n. 3. cum aliis regulam extruit, principum concessionem in augmentum interpretandas esse. secundum gl. primam Accursii in illam textum, verbo, *convertere privilegia extendantur.* At inconveniens hoc glossema est. nihil enim vel ista verba, vel tota constitutio de interpretatione vel lata vel stricta privilegiorum, continet, sed hoc dicitur, *non debere nova privilegia astuta interpretatione ad deminutionem veterum trahi;* non obliterari pristina per nova, sed nova cedere in augmentum priorum. quod & Accursius in d. verbo, secundo loco rectè annotavit.

Deni-

Denique lepidum occurrit pleuissimæ interpretationis liberalitatis regiæ exemplum, è republ. extera, apud Herodot. lib. 6. Historia ita habet verbis Latinis interpretis. *Alcmaeon Megacelis filius, iis Lydis, qui Sardibus à Cræso Delphos ad oraculum ierant, administrum se præbuit, eosque comiter accepit. Cujus beneficentiam Cræsus à Lydis, quos ad oraculum miserat, cum audisset, hominem accersit, & ubi advenit, eum donavit tanto auro, quantum semel corpore suo ferre posset. Ad istam doni conditionem Alcmaeon hanc astutiam attulit. Pergrandem tunicam amictus, ingenti in ea sinu relicto, cothurnisque quos laxissimos reperit, calcæatus, ad thesaurum perrexit, ad quem ducebatur. Ibi in acervum ramentorum procumbens, primum cothurnos, quibus erat indutus, auro, quantum fenebant, referat. deinde omnem sumentium, atque etiam crines ramentis subigens, eorum parte in os desumpta, è thesauro processit, agnè trahens cothurnos, cuius alteri rei, quam homini similis, Cujus os cum turgidum esset, & omnia onusta, id cernens Cræsus in sacchimumque erumpens, ea omnia illi donavit, nec minora his alia dona dedit.*

Sed & hoc annotandum, interpretationem beneficiorum principatum, etiam privilegiorum, primum & ante omnia ipsis Principibus, qui dederint, Ictos remississe. Id ostendit d. lex 43. pr. ff. de vulg. & pupill. substit. & l. Neratius. 191. de reg. jur.

*Modestinus lib. 4. excusationum.*

Ἄι μεταγενέστεραι διατάξεις ἰχυρότε-  
ραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσὶν. *Constitutiones*  
*tempore posteriores, potiores sunt his,*  
*quæ ipsas præcesserunt.*

Hæc in Florentinis Pandectis quarto loco  
habetur, uti & in Basilicis *lib. 2. tit. 6. n. 5.*  
In vulgatis ab Accursio & aliis vetustis interpre-  
tibus expositis libris deest; unde & Tapia in  
*leg. 3.* tanquam finalem hujus tituli, commen-  
tatus est.

Ἄι μεταγενέστεραι διατάξεις &c. ]  
*Constitutiones tempore posteriores potiores, seu*  
*potentiores, sunt anterioribus. Intelligendum*  
*hoc de constitutionibus contrariis. Idemque*  
*in legibus & præceptis quibusque populi, ple-*  
*bis, Senatus, & omnium, quibus jubendi*  
*auctoritas fuit, ac est, obtinuit, & etiam-*  
*num obtinet. In legibus 12 tabb. caput illud*  
*huc pertinuit: quod postremum populus jussisset,*  
*ratum. vel, ut Cic. refert pro L. Corn. Balbo,*  
*c. 33. quod populus postea jussisset, ratum.*  
*Apud Liv. lib. 9. c. 34. Sempronius trib. pl.*  
*ita in oratione ad Appium; ubi due contrarie*  
*leges sunt, semper antiquæ abrogat nova. Con-*  
*trariæ leges aut constitutiones sunt, quæ simul*  
*stare*

stare & observari non possunt. Ejusmodi sunt, quarum posterior planè & omnibus partibus aliud statuit, eoque priorem abrogare dicitur. Item, si non totam evertat, sed partem ejus vel tollat, vel mutet, relinquendo reliquum (quorum illud *derogare*, hoc *obrogare* est. Ulp. in *fragm. tit. 1. §. 2.*) hoc ipso, quo tollit vel mutat quidpiam, priori contraria, eoque illâ potior est.

Exemplum collatæ legis posterioris ut prioris, cum anteriore mutata, est in *l. fin. de servis export.* ubi constitutio Marci Antonini, Philosophi (quæ & Marco ejusque filio Commodo simul, tribuitur in *l. 3. qui sine manum. ad lib. perven. l. 2. & 3. (si mancip. ita fuer. alienat.)*) opponitur constitutioni Hadriani.

Porro ratio, cur leges & constitutiones priores cedere oporteat posterioribus, hæc est, quòd ita inter homines comparatum sit, ut in eis, quæ à voluntate & arbitrio hominum pendent, voluntas posterior prævaleat, ne potestatem liberam aliter volendi voluntas anterior deminuisse, aut cum voluntate unâ potestas omnis periisse intelligatur.

Ex eodem principio est, quòd pacta novissima servari oportere, rescriptum est in *l. 12. C. de pact.* quòd ultima hominum elogia, ultimæ voluntates, testamenta vel codicilli novissimè conditi, suprema judicia valere præ anterioribus jubentur, *l. 1. de injusto, rupt.*

§. 2. *Inst. quib. mod. test. inf. l. 5. in f. de jure codicill. l. 1. C. de codicill. l. 4. de adim. vel transf. legat. l. 22. pr. de leg. 3. l. 32. §. 3. de don. int. vir. & ux.* quoddam juramentum novissimum de latione partium mutua præstitum potius habetur in l. 28. in f. de jurejur. quoddam in contractibus non compatilibus id quod novissimè factum, potius procedere dicitur in l. 10. pr. ff. de acquir. vel amitt. poss. & quæ alia sunt ejusmodi.

Denique una est omnibus aliis anterior constitutio, cui tamen cæteras posteriores cunctas cedere oportet, quippe semina, & fundamenta, & bonitatis, rectitudinisque suæ principia in illa reperientes, normam illam, & regulam agnoscetes, cui adaptari & componi debeant, si nomen & jus constitutionum legumque tueri velint; *lex recte rationis aut nature*; quam Tullius lib. 2. de L.L. *legem principem* vocat & *ultimam*, quæ neque hominum ingenio excogitata, neque scitum aliquod sit populorum, sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret, imparandi prohibendique sapientiâ; *vis ad rectè facta vocandi & à peccatis avocandi*; quæ non modo senior sit, quam ætas populorum & civitatum, sed æqualis illius cælum atque terras tuentis ac regentis Dei. quam eandem illic *legem sempiternam* vocat, dicitque *nec tolli nec abrogari posse*. De qua lege nobis egregiam ejusdem Tullii locum ex libro

tertio

tertio eorum sex, quos de republica scripsit, quorum pauca fragmenta restant, conservavit Lactantius, scriptor antiquissimus & nitidissimus, qui vixit temp. Constantini M. lib. 6. institut. divinar. c. 8. Verba Lactantii sunt: *Suscipienda igitur Dei lex est, quæ nos ad hoc iter dirigat, illa sancta, illa cælestis, quam M. Tullius in libro de rep. tertio penè divina voce depinxit, cujus ego, ne plura dicerem, verba subjeci.* Tum subjicit verba Tullii. *Est quidem vera lex, recta ratio, naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna; quæ voces ad officium jubendo, vetando à fraude deterreat: quæ tamen neque probos frustra jubet aut vetat neque improbos jubendo aut vetando movet. Huius legi nec obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet; neque tota abrogari potest: nec verò aut per senatum, aut per populum solvi hac lege possumus. neque est querendus explana- tor aut interpretes ejus alius. nec erit alia lex Romæ, alia Athenis; alia nunc, alia posthac; sed & omnes gentes, & omni tempore una lex & sempiterna, & immutabilis continebit; unus- que erit communis quasi magister & imperator omnium Deus, ille legis hujus inventor, disceptator, lator; cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernabitur; hoc ipso luet maximas pœnas, etiamsi cætera supplicia, quæ putantur, effugerit.* Hactenus verba Tullii.

At hæc constitutio non inter, sed supra  
Constitutiones Principum, de quibus hic  
agimus, est. & de illa à nobis actum  
pluribus *in diff. de iust. & iure.*

F I N I S.

I N D E X.

## I N D E X R E R U M



## Verborum.

- A** Burnus Valens, 478.  
 Achaja Provincia, 356.  
 Acilius, 400.  
 Actiones an juris Civilis, 61.  
 Actiones dabant Magistratus, aliter Pontifices, 69. 70.  
 Actiones Prætorizæ quamdiu vixerint, 437.  
 Adoptivi nomina adoptantium assumebant, 528. 529.  
 Ædiles, 206. 207. 208.  
 Ædiles Cereales, 363.  
 Ædiles Curules, 295. 296. 297. 298. 299.  
 Ædilitas Ciceronis, 298.  
 Q. Fabii M. Rulliani, 299.  
 Ædilitium edictum, 298.  
 Ælii, 400.  
 Ærarium, 208. 209. 221.  
 Ærario Præfuerunt post quæstores ædiles, 228.  
 Prætores & Prætorii, 229.  
 Præfecti, 230. 231.  
 Ærarium militare, 211. 214.  
 Ærarium populi seu Reip, 216.  
 Ærarium Principis, 216.



# I N D E X.

- Ærarium sanctius.** 210. 211. triplex. 215.  
**Æ signatum Romæ.** 331. fudo. grave. 331.  
 332. 333.  
**Africa Provincia.** 356.  
**Agrarii triumviri, quinqueviri, decemviri.**  
 321.  
**Alexandri Severi Consiliarii.** 7.  
**Alfenus Varus.** 428. 429. 430.  
**Anarchia Rom.** 290.  
**Andriscus Pseudo-Philippus.** 356.  
**Angelicus. Angelot.** 330.  
**Animadvertere in caput Civis Romani.** 146.  
 149. 153.  
**Annonzæ præfectus. Annona.** 375.  
**Annotatio Principis.** 552.  
**Annulorum usus apud Romanos.** 79.  
**Antipater.** 412. 413.  
**Antistia Labeonis filia, Pompeji uxor.** 434.  
**Antistius Labeo.** 431. 432. 433. 434. 435.  
 Filius, insanus habitus ob libertatis  
 pertinaciam. 454. 455. 456. 457.  
 458.  
**Antonii lex de provocatione.** 48. 49.  
**Antoninus omnes Imperii Romani subditos**  
**Cives Romanos fecit** 174.  
**Anquirere.** 256.  
**Appellatio in Civilibus & Criminalibus.** 49. 50.  
**Appia via & Appii aqueductus.** 387. 388.  
**Appius Claudius Cæcis.** 72. 73. 74. 75. 76.  
 384. & aliquot seqq. Eiusdem Cen-  
sura

sum. 75. ejus sententia de captivis  
Pyrrhi. 391. de pace cum Pyrrho  
facienda. 386. 387. 388. 389. 390.

**Appius Claudius Decemvir** inter juris Con-  
sultos. 384. seipsum nominavit po-  
pulo Decemvirum futurum. 265.

**Aquilii.** 284. 285.

**Aquilius Gallus.** 417. 418. 419.

**Aquiliana stipulatio.** 418.

**Arcopagus.** 5. 342.

**Arelatense regnum.** 351.

**Argentum Romæ signatum.** 333. 335.

**Aristo.** 480. 481. 482.

**Aristonicus.** 355.

**Arrogationes in Comitibus factæ.** 17. 36.

**As. asses librales, unciales & semunciales.** 331.

**Asia provincia.** 355.

**Asylum Romuli.** 10. 11.

**Ætatum discrimina. pueri, juniores, senio-  
res.** 447.

**Atejus Capito.** 448. 452. 453.

**Attilius.** 400.

**Auctores.** 121. **Auctoritas patrum.** 24. 115.  
116.

**Aufidius Namusa.** 431.

**Aufidius Tuca.** 431.

**Augusta.** 502. soluta LL. à Principe. 503.

**Caducariis LL. non tenetur.** 503.

504. 505.

**Augustum privilegium.** 510. 511.

# I N D E X.

- Augustus.** 109. 110. ejus simulatio. 519. cui  
 nomen Augusti primò datum. 502.  
**Aulus Cascelius.** 442. 444.  
**Aulus Ofilius.** 428. 431. 439.  
**Auræ bulla.** 497.  
**Aureus.** Ungaricus. 329.  
**Auri proportio ad argentum.** 329.  
**Aurum Romæ signatum.** 335.  
**Auspicia in Comitibus adhibita vel non.** 19.  
 20. 24.

## B.

- Balbus Lucilius.** 419.  
**Basilica Porcia.** 240.  
**Belli jus non fuit apud populum sub Principibus.** 537. 538.  
**Beneficium.** Principis. 568. 569. 570. jura  
 569. quæ à volunt. libera dantium.  
 569. ecclesiastica beneficia: *ibid.* feuda,  
*ibid.* Beneficium *ab indulgentia Pr. profectum*  
 quodnam intelligatur. 570. 571. beneficiorum Pr.  
 interpretatio. 571. 572. 573. 574. 575.  
 576.  
**Beneficia pontificis R.** 576.  
**Beneficiorum omnium interpretatio.** 576.  
**Beneficij Pr. interpretatio ante omnia ipsis**  
**Principibus competit.** 579.  
**Brutus Regum ejector. unde nomen habuit.**

FIN

# I N D E X.

rit. 130. ejus sapientia. 131. an fuerit tribunus celerum 131. ejus munus sub Tarquinio. 40. 131. an dixerit vindicias seruo Conjuracionis indici. 281. 282. 283.

**Brutus Jurisconsultus.** 405.

## C.

**Caduca.** 215.

**Caducarix leges.** ab eis immunitas relinquentium est, non eorum, quibus relinquuntur. 504. 505.

**Cælius Sabinus.** 472.

**Cæsar institutum de provocacione.** 49.

**Cæsar nomen.** 113. 114.

**Camilli dictatura.** 295.

**Campani superbiunt nominibus & insignibus magistratuum urbis Romæ.** 301. 302.

**Campus Martius.** 23. 35.

**Cancellarius.** 236.

**Candidati.** 28. 29. 35.

**Candidati Principis.** 232. 233. 234. 235. 236. 363. 364.

**Capitales res vel causæ.** 253. 254. 255. 315.

**Capite censi.** 169. de Capite civis Romani jus dicere. 146. 153. 244.

**Capitolium.** 23.

**Capitulatio.** lex imperii hodierna, 540.

**Carbo.** 246. 436.

Carcera

# I N D E X.

- Cancer.** 155. 156. 157.  
**Carni.** 355.  
**Caecilius.** 443. v. *Caestius*.  
**Cassius Longinus.** 469. 470.  
**Cato.** 401. **Censorius:** ejus laus. 401. 402. 403.  
**Causidicus** an peritium juris habere debeat.  
 424. 425. 426.  
**Celeres.** 90. **celerum tribunus.** 126. 127. 128.  
 129. **Celer Remi interfector.** 128.  
 130.  
**Celsus pater & filius.** 474. 475. 476.  
**Censi capite:** v. *Capite*.  
**Censores.** **Censura.** 157. 158. 161. 162. 163.  
 165. 166. **censozum civium numeri.**  
 167. 168.  
**Censor ex plebe primus.** 162. **qui plebejorum**  
**primus lustrum condidit.** 168.  
**Censores ambo de plebe primi.** 171. **ultimi ex**  
**privatis à populo creati.** 173.  
**Census.** 10. 14. 157. 158. 159. 160. 161.  
**Centemmanus.** **Centimanus.** **Gentumalus.**  
 - 384. 385.  
**Centesima rerum venalium.** **centesima auctio-**  
**num.** 214.  
**Centumviri.** **centumvirale judicium.** 307.  
 308. 309. 310. 311. **causæ illius.**  
 309. 310. **dabatur à prætore,** isque  
 ei præfidebat. 314.  
**Centumviralia judicia unde capite illa dicta.** 315.  
**Centuriæ Romanæ.** 14. 15.

Cen-

# I N D E X.

- Centuria prærogativa.** 21.  
**Centuriæ jure vocatæ.** 21.  
**Cesellius. v. Casellius.** ejus libertas libertatisque præsidium. 443.  
**Cicero imperator dictus.** 228.  
**Cineas, legatus Pyrrhi.** 388. ejus ælogium de Senatu Romano. 390.  
**Cinna.** 435.  
**Circus Flaminius.** 23.  
**Cis & Uls.** 343. 344. 345.  
**Cistiberes.** 377.  
**Civis hostibus deditus nec acceptus, an sit adhuc civis.** 408.  
**Civitatis jus prolatum.** 174.  
**Classes populi R.** 14. 21. 22. 159. 160.  
**Classis ultima, sexta.** 160.  
**Classici testes.** 17.  
**Claudia gens.** 73. 74. 75.  
**Claudius Imp. censum egit.** 174.  
**Clavi figendi religio.** 176. Lex. 301.  
**Codicillorum usus.** 442.  
**Coereæ.** 154.  
**Collatinus.** 282.  
**Columna Mænia.** 339. 340.  
**Comitatus Rectoris Provincie.** 358.  
**Comitia.** 14. Calata. 17. 18. Centuriata. 14. 15. 16. 18. 20. 21. 22. Curiata. 14. 16. 17. 18. 19. Tributa. 14. 19. 22. 23. 24.  
**Comitiorum centuriatorum mysterium.** 20.  
Comi-

# I N D E X.

- Comitia per edictum intimata. 18.
- Comitorum jus quousque Romæ duraverit.  
29. 30. & seqq.
- Comitiatus Maximus. 20.
- Comitia umbratilia sub Nerva., Hadriano &c.  
538.
- Comitiū. 19. 58.
- Consilium prætoris. Præsidis. 318. 319.
- Constitutio naturæ & rectæ rationis omnibus  
aliis anterior & potior. 582. 583.
- Constitutionum Principalium species. 541.  
542. 550. 551.
- Constitutiones posteriores derogant anteriori-  
bus. 580. Quæ hujus rei ratio. 581.  
de Constitutionibus & placitis Prin-  
cipum, quodolim obtinuit, id hodie  
mutatâ Reip. formâ non obtinet.  
555. 556.
- Consulatus interruptio varia. 141. 142. 289.  
294. ratio post Cæsaris dictaturam.  
142. 143.
- Consulatus cum plebe communicatus 288.  
294.
- Consulatus quando initus. 136. 137.
- Consules Ordinarii, majores, suffecti, Hono-  
rarii. 143. à suffectis etiam S. C. T.  
denominata. 474.
- Consules. 135. unde dicti. 137. 138. Cur duo.  
139. & reliqua de Consulibus. 140.  
& seqq.

Con-

## I N D E X.

- Consulum Comitia. 31. 33. 35. 137.  
 Consules ambo de plebe primi. 170.  
 Consul primus ex plebe. 294.  
 Consulta Divalia, Consulta Patrum. 554.  
 Consultare pro *consulere*, 383.  
 Contubernales. 358.  
 Corinthus excisa. 356.  
 Cornelii lex de solvendo legibus. 488.  
 Coriolanus. 16.  
 Coruncanius. 382. 399. 400.  
 Crassus. 413. 414. ejus cum Quinto Sexvola  
 comparatio. 414.  
 Cumulative factæ Principi concessionis argu-  
 menta refelluntur. 536. 537. 538.  
 539.  
 Curiz in quas populus Romanus tributus. 10.  
 11. 12.  
 Curia Hostilia. 19. Conflagravit. 427.  
 428.  
 Curiales. 12.  
 Curulium appellatio unde. 297. Curules Ma-  
 gistratus. Curulis sella *ibid.*  
 Custodes in Comitibus. 28.  
 Custodia. Custodia libera. 155.

## D.

- Decemviri. 43. 44. 46. 47. 258. 259. 260.  
 261. 262. 263. tempus eorum im-  
 perii. 267. 268.

De-



# I N D E X.

- Decemviri agrarius, 321.  
 Decemviri Litibus vel stlitibus judicandis. 307.  
 313. 317. 318.  
 Decisio Principis. 551.  
 Decreta Principum inter certas partes an pro  
 Lege generali sint. 547. 548. 549.  
 Decretum Principis. 543. 544. 545. 546.  
 Demaratus Corinthius. 37.  
 Dialecticæ Laus & necessitas. 422. ejus stu-  
 diosus Labeo. 456.  
 Dictator. dictatura, ejus occasio & causa. 175.  
 176. ratio Dictatoris constituendi.  
 177.  
 Dictator primus. 178. 179.  
 Dictaturæ vis & autoritas. 180. 181. & ali-  
 quot seqq.  
 Dictator optimâ Lege. 183.  
 Dictatoris alia nomina. 177.  
 Dictator questionî exercendæ. 223.  
 Dictator sine Magistro equitum. 186. 187.  
 Dictaturam Augustus deprecatus est. 194.  
 Dictatura sublata. 194.  
 Dimidium plus toto. 4.  
 Diribitor in Comitibus. 28.  
 Disputatio fori. 55. 56.  
 Δοκιμασίη. 335.  
 Domitius Labeo. 456.  
 Donationis insinuandæ quantitas. 331.  
 Drachma. 14.  
 Drusilla filia Germanici, L. Cassii Longini  
 uxor,

# I N D E X.

uxor , pòst à fratre Cayo Caligula  
pro uxore habita. 471. 472.

*Δουαρχία.* 490.

Ducatus. duplex. simplex. 329. 330.

Ducentesima. 214.

Duellius Tribunus pl. 48. ejus lex de Tribu-  
nis plebis & provocatione. 48.

Duumviri perduellioni judicandæ. 47. 248;  
249.

## E.

Edictum perpetuum. 437. 438. 439. à Sal-  
vio Iuliano compositum. 478.

Edictum prætoris. 437.

Edictum Principis. 549.

Electio suiipfius. v. *nominatio.* 265.

Electrum. 326.

*Επιτροπή* quid. 531.

Epistola Principis. 543.

Equites. 90.

Existimationis causa capitalis. 315.

## F.

Fabius Maximus. 46. v. *Q. Fab. Max.*

Fasti. fasti nefastique dies, 68. 69. 82.

Fenestella. 292. 293.

Feriæ Latinæ. 372. 373. 374.

Fiscus. 217. 218. 219. 220.

Flami-

# I N D E X.

- Flaminia prata. 23.  
 Flatores agri, argenti, æris. Flare. Flatap-  
 cunia. 337.  
 Flavissæ. 337.  
 Flavius vulgator actionum & factorum. 72.  
 77. 78. 79. 80. 81.  
 Flavius Priscus. 431.  
 Flocci scriptum, male Fenestellæ tributum.  
 292. 293.  
 Fæderati. 353.  
 Fontejus. 453. 454.  
 Formulæ agendi. Formularis jurisprudentia:  
 61. 62. 82. 83. 84.  
 Fortuna reorum. 316.  
 Forum. forus. fora Romana. 57. 58. 59.  
 Fungi. functio. 345.  
 Fuscianus. 478.  
 Fusio nummorum an percussione antiquior.  
 337. 338. percussione melior. 338.

## G.

- Gajus. 429. 431.  
 Gajus Attejus Pacuvius. 431.  
 Galbæ comitia secundî consulatus. 33. comi-  
 tia imperii, *ibid.* & 34.  
 Gallia. Narbonensis. Braccata. Comata. 351.  
 Cis-Alpina. 355.  
 Gellus Publicius. 435.  
 Gellius Lucius. v. *Lucius. Gellius*:

Gra-

# I N D E X.

Græcoſtaſis. 58.

Grammatici Pomponii Marcelli dictum. 453.

## H.

Hasta. 311. hasta cælibaris. *ibid.* hasta pura.  
312 donativa. *ibid.* hasta censorum,  
fiscalis, auctionalis. 312. 313.  
314. 317. ſignum jurisdictionis  
prætoriæ. 313. centumviralis hasta.  
313. hasta decemvirorum ſtitibus  
judicandis. 318.

Hastæ judicium. 313. 314.

Hastam cogere. 318.

Hermodorus. 50. 51.

Hispania. 350.

Horatius. de hoc judicium ob ſororem occi-  
ſam. 47.

## I.

Iavolenus. 474. 478.

Idæa mater, idolum. 396. 397.

Illotis manibus, pedibus. 5.

Illyricum provincia. 356.

Imperatoris nomen. 113. 114.

Imperator Romanus an hodie legibus solu-  
tus. 501.

Imperium militare. 359.

Imperium à S. P. Q. R. principi concessum,  
quodnam. 540. Imj

# I N D E X.

- Impressio nummorum.** 337, 338.  
**Informatio.** processus informativus. 256.  
**Interpretatio prudentum.** 55. 56. 61.  
**Interpretatio plena, plenior, plenissima, contractuum, ultimarum voluntatum, beneficiorum; commentum.** 576.  
**Inscriptiones textuum leve argumentum præbeat pro declarandis vel restringendis legibus.** 493.  
**Inquisitionis via.** 256.  
**Interlocutio Principis quid.** 543. 544. 545.  
**Intercessio.** 201.  
**Interrex.** 19. 379.  
**Iosephus Pharaonis præfectus prætorio.** 189.  
**Iudicia.** 19. capitalia & non capitalia. - 255. populi. 100. senatorum, Equitum, Tribunorum ærariorum. 237. 238. 239. 240.  
**Iudicium publicum.** 252. 255.  
**Iudicium *privatum* in comparatione ad *centumvirale*.** 314. 315.  
**Iudicium quadruplex.** 309. 310.  
**Iudicium decurie.** 240. 241. 242.  
**Iulianus.** v. *Salvius Iulianus*.  
**Iulii Cæsaris dictatura.** 184. 186. 187.  
**Iulius Cæsar in fragmento Leg. Regiæ non commemoratur.** 528. 529.  
**Iulius Cæsar jus creandi magistratus cum populo divisit.** 29. 30. **consulatum mirè tractavit.** 142. **censum egit.** 173.

Iunius

# I N D E X.

- Iunius Brutus.** v. *Brutus.*  
**Iuno Cures.** 311.  
**Juris conditores, juris auctores jurisconsulti dicti.** 465.  
**Jurisconsultus. Jurisperitus.** 121. 122. 123.  
**Jurisconsulti domus.** 397.  
**Jurisconsultorum munus præcipuum.** 462. 469.  
**Jurisconsulti quàm graviter tulerint vulgationem juris Civilis & factorum.** 811.  
**Jurisconsultus quid.** 83.  
**Jurisconsultorum munus in formulis.** 381. 382.  
**Jurisconsulti, summi, clarissimi viri, principes, à quibus jura civilia orta.** 382.  
**Jurisdictionis.** 302.  
**Jurisdictionis à concessione ad concessionem imperii à populo in Principem factam, non est recta illatio.** 536.  
**Jurisdictionis latior appellatio, & strictior.** 368.  
**Jura regere, juris applicatio.** 120.  
**Ius civile.** 59. 60. 64. 381. fuit apud Pontifices. 68. 69. 71. vulgatum à Flavio: v. *Flavius.*  
**Ius dicere.** 367.  
**Ius honorarium,** 106. 107.  
**Ius privatum & publicum ex præceptis naturæ, gentium, & civilibus.** 495.  
**Ius Ælianum.** 72.  
**Ius Flavianum.** 72. 81.  
**Ius Papirianum.** 39.

# I N D E X.

Ius sine scripto veniens. 59.  
Iuventius. 419.

## L.

- Labeo. 431. 432. 433. 434. 435. 454. 455.  
Lælius. 401.  
Latiar. Latiare. 374.  
Latomix. 157.  
Laudiceni. 394. 395.  
Lege Falcidia & Lege Glicia an princeps fuerit solutus. 491. 494. 498.  
Legem ferre. Legislator. Leges, quo sensu dicta sub Principibus. 510.  
Legem ferre, quid. 12. legis lator quis. *ind.*  
Leges *centuriata*. 13. *curiata* 13. 15. *tributa* an rectè dicantur. 13. 97.  
Leges caducariæ. 491. 493. 494. solutione Augusti à Legibus longè posteriores. 494.  
Leges condere quatenus potuerit populus sub primis Imperatoribus. 537.  
Leges fundamentales. 496. 497.  
Leges fundamentum reip. 44. 45.  
Leges in æs incisæ. 45. 46.  
Leges Iunii Bruti. 15. *Iulia*. 30. *sacrate*. 95. *sacrate* in LL. solutione exceptæ. 495. *tabellaria*. 25. *regie* vel Romuli & regum cæterorum. .8. 32. 41. 42. 125. 126.

Leges

# I N D E X.

Leges 12. tabularum. an in ære; an ebone, an  
 ligno proposita. 45. 46. legis 12.  
 tabular. elogia. 53. 54.

Legis actiones. lege agere. 60. 61. 62. 63. 64.

Legibus solvere. v. *solvere legibus*.

Legis regie veritas vindicata. 530. 531. 532.

Legis regie Vespasiano late fragmentum.

494. 495. 520. 521. 522. vindicatur  
 ab impetitionibus quorundam. 522.

per legem regiam aut 8. P. Q. Ro-

manum Principi facta concessio an

*cumulativè* an *privativè* facta intel-

ligenda. 535. 536. 537.

Legis regie verba an fuerint, *Ei & in eum &c.*

& quid hæc significant. 532. 533.

534. 535.

Legis vigorem habere. 509. 510. an id minus

sit, quam esse legem. 549. 550.

Legum scribendarum, promulgandarum, fe-

rendarum ratio. 13.

Legum vitium. 121. 122. mutationes & pe-

riodi. 122.

Lex. quid sit. 97. 98.

Lex Æbutia de LL. 12. tabb. 55.

Lex Antonia, de judiciis. 241. de dictatura

tollenda. 194. de provocatione.

48. 49.

Lex agraria Nervæ. 32. Atinia de tribunis

pl. 80.

Lex Augusti. 510.

C c

Lex



# I N D E X.

- Lex Buzbia. 362.
- Lex Cornelia de edictis prætorum. 438. 439.  
de iniuriis. 360.
- Lex Cornelia de solvendo legibus. 488. 489.
- Lex de Dictatore creando. 194.
- Lex Domitia. 19.
- Lex 12. tabb. 43. 44. 45. 46. 50. 51. 52. 53.  
54. 266. abrogatur. 55. finis æqui  
juris. 260.
- Lex Falcidia. 30.
- Lex Flacci Interregis Syllæ lata. 513. 516.  
517.
- Lex Fusia Caninia. 30.
- Lex Horatia. 86. 87. 94. 95. 96. 116.
- Lex Hortensia. 87. 96.
- Lex imperii. 510.
- Lex Julia & Papia. v. *Leges caducariae*.
- Lex Iunia Norbana. 32. Iunia Petronia. 32.  
Papia Poppæa. 30. 215. v. *Leges  
caducariae*.
- Lex Lætoria. vel Lectoria. 16. 96. 116. 301.
- Lex Licinia de consulatu. 294. Livia. 243.  
Maria nummaria. 335. 336.  
Oppia de ornatu muliebri coercendo:  
512. quatenus ea abrogabilior aliis,  
& an rectè abrogata. 566. 567.
- Lex Pompeja de parricid. 191.
- Lex Regia. 34. 35. an, quando, quibus lata,  
511. 512. 513. & seqq. ante Ve-  
spasianum nulli istam legem latam  
verosimilius. 529. Lex

# I N D E X.

- Lex Romuli de ornatu mulierum. 515.  
 Lex Servilia. 415.  
 Lex tribunitia. 40. 41. 42.  
 Lex Valeria. 144. Voconia. 491. 494. Vo-  
 leronis. 15. 16. 23. 96. 116.  
 Liberi populi. 353.  
 Licinius Stolo. Liciniae rogationes. 290. 291.  
 Liga in nummis. 328.  
 L. Cassius Longinus. 471. 472.  
 L. Licinius Crassus. 413. 414.  
 L. Gellius. 435. philosophorum contentio-  
 nes tolli voluit. 435. 436.  
 Lucumo, qui postea dictus L. Tarquinius  
 Priscus. 39.  
 Lustrum. 19. 165.

## M.

- Macedonia provincia. 356.  
 Magister equitum. 177. 178. 186. 187. 191.  
 192. magistratus legitimus. 191.  
 192. 193.  
 Magister populi. ~~177.~~ 179.  
 Magistratus. 106. 118. 119. quasi villici ur-  
 bis. 473. ceteri cessarunt Dictatore  
 creato. 181. & quatenus. 193.  
 Magistratus legitimi & non legitimi. 133. 191.  
 192. an fuerint sub Regibus. 132.  
 133. 134. 135.  
 Magistratus ordinarii seu legitimi, soli, ma-  
 gistratus quandoque dicti. 377.

## C C A

Ma-

# I N D E X.

- Magistratum creatio. 15. 16. 22. 24.  
 Majestas realis. 35. translato in Principem  
 imperio non transit. 35. 539. 540.  
 Malleolus matricida. 150.  
 Mancinus deditus hostibus, nec acceptus. 408.  
 Mandatum Principis. 552.  
 Manilius. 405. 406.  
 Manu regere. manus. 8.  
 M. Pomponii Marcelli Grammatici dictum.  
 453.  
 Massurius vel Masurius Sabinus. 459.  
 Maximorum cognomen. 442.  
 Menia columna. 339. 340.  
 Mensarii triumviri. quinqueviri. 333. 334.  
 Merum imperium. 251. 252.  
 Mina. 14.  
 Moneta. 323. 324. Iuno moneta. 324. 325.  
 Mons sacer. 197. 198.  
*Mores majorum.* 152.  
 Mors. naturalis. civilis. 253. 254.  
 Multitudo civium Rom. 104. 105.  
 Mutatio legum & jurium quam periculosa.  
 561. 562. 563. 564. Quarundam  
 rerump. in hanc rem cautiones. 564.  
 565. mutatio earum legum quae ad  
 statum reip. pertinent. 566. aliquae  
 mutationem facilius admittunt. 566.  
 567. mutanda omnino quae in ju-  
 raturae peccant. 567. 568.

Nam

# I N D E X.

## N.

- Namusa. 431.  
 Narbona. Narbonensis Gallia. 351.  
 Neratius Priscus. 477.  
 Nervæ Cocceji. 460. 461. 471.  
 Noctu quæ fiunt. 342. 343. nocturna judicia  
     Areopagitica. 5. 342. noctu dictator  
     dictus. 177. 342.  
 Nominatio sui ipsius pro magistratu accipien-  
     do. 265.  
 Nongenti. 242.  
 Notæ. notis scribere. 81. 82.  
 Novarum rerum constitutio. 367.  
 Numerus civium Rom. censorum varius.  
     167. & seqq.  
 Nummorum materia. 325. mistara. 326.  
     327. 328.

## O.

- Obnunciatio. 21. 24.  
 Observatio de cælo. 24.  
 Ofilius. v. *Aul. Ofilius*.  
 Opilius Macrinus rescripta Principum anterio-  
     rum tollere voluit. 555.  
 Oraculum cæleste vel divinum, pro placito  
     Principis. 554.  
 Oratio Principis. 552. 553.

# I N D E X.

- Orationes Principum an senatus consulta quan-**  
**doque dicta.** 553. 554.  
**Ordines civium Romanorum.** 90.  
**Ostracismus.** 51.  
**Ovile comitorum.** 28.  
  
**P.**  
**Papirius.** 36. 37. 383. 384. **Papirianum jus.** 39.  
**Papirius Cursor.** 46.  
**Panætius.** Panfa. 412.  
**Parricidium.** 149. 150. 151. 257.  
**Pater patratus.** 408.  
**Patres patricii.** 88. 89. 91. 92. **plebeji quan-**  
**doque fieri voluerunt.** 93. **comitiis**  
**plebejis interesse potuerunt.** 23.  
 92. 93.  
**Paulus apostolus provocat ad LL. Romanas:**  
 154.  
**Paulus Virginius.** 409.  
**Pecunia.** 331.  
**Pegasus.** 472. 473.  
**Percussio nummorum.** 337. 338.  
**Perduellionis crimen.** 152.  
**Peregrinis erecta judicia.** 306.  
**Personales constitutiones.** 556. **personalia quæ,**  
**& quot modis dicantur.** 556. 557.  
 559. **personam non agreduntur.** 560.  
**Pes nummorum.** 328. **in imper.** **Roctano.**  
 328.

Philo-

# I N D E X.

- Philosophia. 459.
- Philosophorum dissidia. de quibus componendis laboravit L. Gellius. 435. 436.
- Piso praefectus Urbi. 370. 371.
- Piso, praetor peregrinus, Verti intercessit. 305. 306.
- Plebs. plebeji. 85. 88. & seqq. Plebejorum cum patricijs connubium. 50. 288.
- Plebiscita dicta *Leges*. 13. 96. eorum origo. 88. 94. 95. 97. eorum vis. 87. 95.
- Plumbum album & nigrum. 327.
- Pompeja lex. 151.
- Pompejus Magnus. 433. 434.
- Pomponius an auctor Leg. 2. de O. J. 6. 7. ejus collega. 7.
- Pontes comitorum. 28.
- Pontifex maximus. 18. 67. 68. Imperatores pontifices maximi. 67. 68.
- Pontifices. 61. 64. 65. 66. 68. juris civilis custodes. *ibid.* 69. defierunt esse. 68.
- Pontificum comitia. 18. 22.
- Populi in civitatem R. recepti. 10.
- Populi judicia. 253.
- Populus qui differat à plebe. 88. 91. 92.
- Porcia lex. 146. 147. 148. 153.
- Praecones. 29.
- Praefectus praetorio. 187. 188. 189. 190. 191.
- Praefectus vigilum. 343. 375.
- Praefectus Urbi. 134. 135. 370. 371. ob  
C c 4
ferias

# I N D E X.

ferias Latinas. 371.

**Præmunire.** 106. 107. 108.

**Præsides provinciarum.** 358. 359.

**Prætor.** 295. 296. 299. 300. plebejus primus. 300.

**Prætores fideicommissarii.** 365. 366.

**Prætor inter fiscum & privatos jus dicens.** 366.

**Prætoria cohors.** 358.

**Prætorium edictum, jus,** 302. 305.

**Prætoris insignia.** 301. 302. munus. 302. auctoritas. 308.

**Prætor major.** 305. maximus. 177. 301. peregrinus. 303. 304. 305. 306. intercedit urbano. 305. 306.

**Prætorum numerus,** 345. 346. auctus à Syl-la, item C. Jul. Cæsare &c. 361. 362. 363. 364. 365. 366.

**Prætor tutelaris. liberalium causarum.** 366. 367. urbanus. 299. 300. 301. 302. 305.

**Prætura.** 299. 300. 302.

**Pragmatica sanctio.** 551. 552.

**Princeps. Principatus.** 103. 109. 110. 113.

**Princeps. princeps senatus; equestris ordinis. juventutis. agentium in rebus. delicti.** 486.

**Princeps quatenus legibus obnoxius.** 495. 496. 497. 498.

**Principatus. princeps. minus quandoque dicunt,**

cunt, quàm Regnum, & Rex. 536.

Princeps Romanus intellectus ab Ulpiano in  
L. 31. de LL. non quivis. 487.

Principale. 117.

Principem Romanum LL. solutum, an de  
uno, an de omnibus accipiendum.

489. 490. 500. quatenus & de qui-  
bus LL. exaudiendum. 490. 491.

492. 493. 494. 495. non pertinet  
ad alterius injuriam, sed, *salvo jure*  
*tertii* accipiendum. 494. 498. 499.

Principes quod LL. soluti fuerint, an hoc ipse  
potuerint omnia. 500. 501. 503.

Principes soluti Legibus, non tantum pænæ,  
sed omnis obligationis respectu. 490.  
492. 496.

Principi relictum, dignitati, non personæ re-  
lictum censetur. 499.

Principis placitum cum populi placito colla-  
tum. 509.

Principis vita exemplum. 497. 498.

Principium in comitiis curiatis. 20.

Principium pars rei potissima. 3. 4.

Privilegia. 557. non fuere irroganda per L. 12.

tab. *ibid.* & 558. & quatenus: 558:

559. 560. rerum & causarum. 559:

an. etiam privilegia ad odium pertine-  
ant. 557. 558:

Privilegium an sit latè interpretandum. 577.  
578.



# I N D E X.

- Privilegii extensio ad alios, quam quibus datum est. 560.
- Probandi nummos ars. 335.
- Probationum monetarum dies. 336. 337.
- Proculus. 471.
- Proletarii. 14. 160.
- Provincia. 352. in provincie formam redigere. & alia de provinciis. 353. 354. 357.
- Provincie ab Augusto distribute. 216. 217.
- Provincie Italice. 227. aquarum dictae. *ibid.*
- Provinciarum rectores. 358. 359. eorum comitatus. 358.
- Provinciarum sortitio. 355. 357. 358.
- Provocatio ad populum 46. 47. 48. 49. 144. 145. 146. 147. 148. 183. 184.
- Pseudophilippus. 356.
- Publicè. 461.
- Publicus Gellius. 435.
- P. Licinius Crassus. 404.
- P. Mucius Scaevola. 404. 405.
- P. Sulpicius. 433.
- Punicum bellum. primum. 347. secundum 354. tertium. 356.
- Puncta in comitiis. 28. 29.
- Pyrri machinationes pro pace cum Romanis. 386. 387. 388. 389. 390. Laus Pyrri. 387. 388.

Quæ

Q.

- Querere de crimine. de morte alicujus. 256.  
 Quæitores. 249. 250. 256. 257.  
 Quæstio. 251. 252. 253. 276. 257. de inju-  
 riis an fuerit quæstio. 361. Repetun-  
 darum. 246. 360. defalso. de Par-  
 ricidio. de Sicariis. 360. 361  
 Quæstiones extraordinariæ. 248. Publicæ,  
 perpetuæ. 49. 145. 246. 248. 359.  
 Quætores. 221. 222. 223. 224. 225. 226.  
 227. 237. Cancellarius. 236. Candi-  
 dati Principis. 232. 233. 234.  
 Quætores parricidii. 143. 144. 145. & seqq.  
 an condemnare & exequi potuerint.  
 249. 250. 251.  
 Quætores Provinciarum. 357. 358.  
 Quætores rei Capitalis. 247. 249. 250. 251.  
 Quatuorviri viis curandis. 323.  
 Quingenti solidi in materia donationis insinu-  
 andæ. 331.  
 Quinquagesima. 215.  
 Quinqueviri cis & uls Tiberim. 342. 343.  
 344.  
 Q. Cornelius Maximus. 442.  
 Q. Fabius Maximus Cunctator. 46. 397.  
 398. ejus actio cum Pænis de pace  
 vel bello eligendis. 398.  
 Q. Ligarius. 447. pro illo oratio Tullii. 448.

C C C

Q. Ma

# I N D E X.

- Q.** Mucius. Scevola. 397. 414. 415. 416.  
 à Damafippo trucidatus. 416. etiam  
 Ciceronis magifter fuit. 417.

## R.

- R.** Litera pro S. in quibusdam Romanorum  
 vocibus fubftituta. 391. 392.  
 Rabulæ forenfes. 123. 394. 426.  
 Regifugium. Regum ejection. quando. 136.  
 ejus caufa. 132.  
 Reipublicæ Romanæ quis ftatus fuerit fub  
 Regibus. 125.  
 Refcriptorum principalium periculum. 555.  
 eorum, & annotationum & Prag-  
 maticarum fæctionum fententia non  
 ad jus generale faciendum femper  
 comparata. 555.  
 Refcriptum an largè an ftrictè interpretan-  
 dum. 576. 577.  
 Refcriptum an fit fub appellatione beneficii.  
 577.  
 Refcriptum Principis. 532.  
 Respondendi de jure facultas. 461. 462. peti  
 coepit, & an petenda. 467. 468.  
 Refponfa Prudentum eorumque autoritas.  
 463. 464. 465. 466.  
 Reipublica etiam urbem Romam fignificat.  
 369. 370.  
 Rex. Reges. Reges Romani. 124.

**Rex**

# I N D E X.

- Rex sacrificulus, vel sacrorum. 82. 136.  
 Rogationes Legum. 12. 13.  
 Rogatores in Comitibus. 28.  
 Romanæ Civitatis augmentum. 10.  
 Romulus populo quæ reliquerit. 16. 100.  
 Romulus ut imperitaverit ad libitum. 125.  
     126.  
 Rostra. 19. 427. Augusti. 427. 428. Nova.  
     vetera. 428.  
 Rutilius Rufus. 407. 408. 409.

## S.

- Sabinæ virgines raptæ. 10. 11.  
 Sabinus. 459. 472.  
 Sacerdotes. 16. 19.  
 Sacerdotum comitia. 16. 18. 19. 25.  
 Sacerdotum primus iudicio publico condemnatus. 250.  
 Salvius Aristo. 480. 481. 482.  
 Salvius Iulianus. 478. 479. 480. non est auctor interdicti Salviani. 479. 480.  
 Sapientes dicti. 395.  
 Sardinia. 347. Sardoæ herba. Sardonius risus. 347. Sardi venales. 348.  
 Scævolarum nemo petiit censuram. 415.  
 Scævola Servidius. 482.  
*Schrot undt Korn.* 328.  
 Scipio Nasica optimus à Senatu appellatus. 393. 396.

Seces-

I N D E X.

- Secessiones plebis. 85. 86. 93. 268. 269.  
 Sectæ Philosophorum. 457. de his Lucius  
 Gellius laboravit componendis. 435.  
 436.  
 Sectæ juris Consultorum. 457. 458.  
 Scyllum. 30. vel 100. annorum. 71. 72.  
 Selectæ judices. 242. 243. 305. 311.  
 Sella Curulis. 297.  
 Sempronix Leges. 148. 149. 153.  
 Sempronius Sophus. 393. 394. 395.  
 Senatores plebeji. an ad comitia plebis perti-  
 nuerint. 91. 92. 93.  
 Senatus. Senatus autoritas & potestas. Sena-  
 tus Consultum. 89. 90. 91. 92. 99.  
 100. 101. 102. 103. 104. 111. 116.  
 Senatusconsulta pro orationibus Principum.  
 553. 554.  
 Senatusconsultorum adservatio. 208. 210.  
 229.  
 Senatusconsultum à quatuor Consulibus de-  
 nominatum. 475.  
 Senatusconsultum Pegasianum. 473. Tre-  
 bellianum *ibid.* Rubrianum. 474.  
 Senatus consultum summum. 100.  
 101. 102. 153.  
 Senatus quando potuerit jura cedere. 103.  
 538.  
 Sententiæ Ictorum an ab opinionibus eorun-  
 dem differant. 463.  
 Sententiæ Principis. v. *Decretum Principis.*  
Scrvæ

# I N D I E X

- Servidius Scævola.** 482.  
**Servius Sulpicius.** 419. 420. 421. 422. 423.  
 424. ejus de juris ignorantia objur-  
 gatio, facta à Q. Mucio. 420. in le-  
 gatione est mortuus. 427. ei statua  
 posita. *ib id.*  
**Servius Tullius.** 14. primus Romæ signavit  
 æs. 331.  
**Sextus Papirius.** 36. 419.  
**Sextus Pompejus.** 412.  
**Sicilia.** 348. 349. 350.  
**Solidus Justinianicus.** 328. ab aureo non dif-  
 fert. 329. Solidus auri. *ibid.* 320.  
 331.  
**Sol occasus suprema tempestas esto.** 343.  
**Solvere legibus. Soluti legibus.** 487. quis sol-  
 vere. LL. potuerit. 487. 488. 489.  
**Solutum esse LL. non est idem, quod habere**  
**majestatem** 500. 501. 503.  
**Solutio à LL. ad quas leges referenda.** 490.  
 495. 496. 497.  
**Soror unde appellata.** 456.  
**Sortitio provinciarum, jurisdictionum, quæ-**  
**stionum.** 355. 357. 358. 559. 360.  
**Σοφός. Σοφοκλείς.** 394. 395.  
**Status causa.** 315.  
**Statuta interpretationes legum vetantia.** 56.  
**Satus reip. mixtus sub Regibus.** 125.  
**Subhastare.** 313.  
**Subscriptio Principis.** 543.  
**Suffragia**

# I N D E X.

- Suffragia in comitiis. Ius suffragii. 29.  
 Suffragium vocis an tabellæ melius. 27.  
 Syllæ dictatura. 180. 183.  
 Sylla quid circa quæstiones publicas præstiterit.  
 395.

## T.

- Tabellæ. tabellarie leges. 25. 26. 27. 28.  
 Tabellæ iudicum. 251.  
 Tarquinius Priscus. 37. 38. 39. Superbus.  
 37. 38. 40.  
 Testamenta centuriatis an curiatis comitiis  
 facta. 17. 18.  
 Temperamentum reip. 125.  
 Tertullianus. 482.  
 Thebæ dirutæ. 356.  
 Theodoricus Gothus veronensis. 189.  
 Tiberii artes. 111.  
 Tiberii mos creandi consules, 31.  
 Titulus de O. J. nihil habet juris. 1. 2.  
 Titus Aristo. 481.  
 Titus Cæsius. 431.  
 Titus Claud. Centumalus, ædium suarum  
 fraudulentus venditor. 385.  
 Trajanus Candidatus Consulatus. 35.  
 Trajanus nunquam ad libellos rescripsit. 555.  
 Trebatius Testa. 440. 441. 442.  
 Treviri monetales. 325. 333.  
 Treviri capitales. iocus Ciceronis. 341. 342.  
 Tri-

# I N D E X.

- Tria populo relicta à Romulo. 16. 100. 124.  
 Tribunus. 127. celerum. v. *Celeres*.  
 Tribuni ærarii. 237. 138. 239. 240. 241.  
 242. 243.  
 Tribuni militum consulari potestate. 287.  
 288. 289. 291. 292.  
 Tribuni pl. an jus dixerint. 379.  
 Tribuni pl. creati. 196. eorum auctoritas  
 199.  
 Tribuni pl. in Basilica Porcia conveniebant.  
 240.  
 Tribunitia potestas. 199. 200. 201. minuta.  
 203. restituta. *ibid.*  
 Tribunorum pl. nomen Augustis assumptum.  
 204. 205.  
 Tribuni pl. retinere potestatem suam sub Di-  
 ctatoribus. 181.  
 Tribuni pl. Senatores facti. 80. Senatum ha-  
 bere potuerunt. *ibid.* Eorum nume-  
 rus. 94. quando constituti. 93. 94.  
 sacrosancti. 87. 94. 95.  
 Tribuni pl. sub Augustis. 205. 206.  
 Tribunitia lex. 40.  
 Tribus Romanæ. 11. 15.  
 Tubero. 410. ejus triclinium in honorem  
 Africani. 410. 411.  
 Tubero pater & filius. 444. 445. 446. 447.  
 Tullus Hostilius. 47.  
 Triumvirale supplicium. 340.

Trium-



# I N D E X.

- Triumviri capitales.** 321. 322. 323. 333.  
 338. 339.  
**Triumviri mensarii.** 333.  
**Triumviri monetales,** 323. 335. 326. 333.  
**Triumviri reip. constituendæ.** 109. 379.  
**Tucca.** 431.  
**Tuscanus.** 478.

## V.

- Valens.** 478.  
**Valerius Publicola.** 47. 144. 282. 285. 286.  
**Veneti.** 355.  
**Verbera. virgæ. more. in oves Romanos.** 146.  
 147. 148. 153. 154.  
**Verris prætura urbana.** 365.  
**Videri fecisse.** 252.  
**Vigesima.** 211. 212. 213. 429. *Nerva &*  
*Trajanæ laus circa vigesimam hære-*  
*ditatum.* 212. 213. 214.  
**Vigilum præfectus.** 375. **Vigiles.** 376.  
**Vigintiviratus.** 322.  
**Villicus Urbis.** 473.  
**Vincula.** 155.  
**Vindex. Vindicus.** 282. 283. 284. 285.  
**Vindicæ, vindicare. vindiciarum lis. Vindicia-**  
**as dare.** 271. 272. 273. 285. *Vin-*  
*dicæ secund. libertatem, secund. ser-*  
*vitutem.* 275. 276. 277. 278.  
 279. 280. *Vindicias dicere, quid*  
*Bac-*

## I N D E X:

Bachovio. 276. 277. 278. Abdicere  
vindicias: 281:

Vindicta: 285. 286.

Virginus. 267. 269. 270. 271.

Vitellii. 284.

Unius, an plurium regimen præferendum.  
111. 112.

Volcatius. 444.

Voleronis consilia. 23. ejus lex. 15. 16. 23.  
96. 116.

Volusius. 443.

Volusius Mæcianus. 478. 481.

Uls. Ultis. 343. 344.

Uncia Coloniensis. Romana. Burgundica:  
329. 330.

*Vtrique, utraque, pro, ambo.* 477.

Wardein. 336.

## Z.

Zygoftates. 336.

## SOLI DEO GLORIA.

M. I. C. M. I.

[Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]















Rw  
Cocceji

